Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

Phil. a. Gunst. sculps.

FLAVII JOSEPHI

QUAE REPERIRI POTUERUNT,

OPERA OMNIA

GRAECE ET LATINE,

Cum Notis & Nova verſione

JOANNIS HUDSONI, S.T.P.

Aulae B. Mariae Virginis Principalis, & Bibliothecarii Bodlejani.

Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca JOSEPHI *& varios ejusdem Libros,*

D. EDUARDI BERNARDI, JACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, JO. SIBRANDAE, HENDR. ALDRICHII,

Ut & ineditae

In Univerſa FL. JOSEPHI Opera,

JOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI, & ſelectae ALIORUM.

ADJICIUNTUR IN FINE

CAROLI DAUBUZ Libri duo pro Teſtimonio FL. JOSEPHI de Jeſu Chriſto;

Et ejusdem Argumenti EPISTOLAE XXX. virorum Doctorum, ut REINESII, SNELLII, JO. FR. GRONOVII aliorumque, Philologicae & Hiſtoricae; ut &

PETRI BRINCH Examen Chronologiae & Hiſtoriae Joſephicae; JO. BAPTIST. OTTII Animadverſiones ad JOSEPHUM & ſpecimen LEXICI FLAVIANI; CHRIST. NOLDII Hiſtoria Idumaea, ſeu de Vita & Geſtis Herodum &c. &c.

Quorum Syllabus exſtat ante initium Libri Primi Antiquitatum.

Omnia collegit, diſpoſuit, & poſt JO. HUDSONUM *ad Codices fere omnes, cum impreſſos, tum Manuſcriptos, praecipue* LUGDUNO-BATAVOS, *diligenter recenſuit, Notasque paſſim ſuas, & quinque in fine Indices adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS;

Linguae Graecae, Hiſtoriarum & Eloquentiae Profeſſor, in Academia, quae Lugduni eſt, Batava.

TOMIS DUOBUS.

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

S.S. SAINTE CENEVIEVE

ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORIBUS,

ALBRECHTO NICOLAO,

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN GAUDRIAAN, EQUESTRI ORDINI NOBILIUM HOLLANDIAE ADLECTO, MAGISTRORUM RATIONUM COMITATUS HOLLANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI ADSESSORI, AGRI RHENOLANDICI CURATORIBUS ADSCRIPTO, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI &c. &c. &c.

HERMANNO VAN DEN HONERT, J.U.D.

DORDRACENAE URBIS SENATORI AC CONSULARI, AGGERUM ALBLASSERWERDENSIUM COMITI &c. &c.

CORNELIO VAN VALKENBURG, J.U.D.

HARLEMENSIS URBIS SENATORI ET CONSULARI, EJUSDEM URBIS PRAETORI, AGGERUM RHENOLANDICAE PRAEFECTURAE ADSESSORI &c. &c.

ET

EORUMQUE COLLEGIS

AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

URBIS LUGDUNO BATAVAE CONSULIBUS,

CONRADO RUISCH J.U.D.
NICOLAO VAN BANCHEM J.U.D.
AEGIDIO VAN DER MARK.
THEODORO VAN GROENEVELD J.U.D.

ET

VIRO AMPLISSIMO

DAVIDI VAN ROYEN J.U.D.

ILLUSTRI CURATORUM ET CONSULUM CONSESSUI A SECRETIS,

NOVAM HANC JOSEPHI EDITIONEM

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

*

ILLUSTRES ACADEMIAE PATRES,

SCRIPTOR ISTE, VOBIS QUEM OFFERO,

QUIS, ET QUALIS SIT, SI QUAERITIS;

JUDAEUS EST FLAVIUS JOSEPHUS,

NOTUS OMNIBUS.

ANNALES QUI NOBILIS CONDIDIT GENTIS,

CUJUS DUCTOR COLONIAE DEUS;

FAMAMQUE, FALSIS TEMERATAM CRIMINIBUS,

VICTURIS CONTRA APIONEM DEFENDIT CHARTIS.

SACERDOTALI ORTUS GENERE,

PONTIFICES PROAVOS ET REGES VIDIT.

HINC AD HISTORIAM ATTULIT

SANCTAM MENTEM, FIDUM CALAMUM, CELSUM SPIRITUM,

TANTI VIRI MIRABILES NE LATERENT CASUS

MIRANDA MAXIME ORBI QUI PATEFECIT,

LEGI VOLUIT

VITAE SCRIPTOR IPSE SUAE:

NE VIDERETUR VIXISSE MALE, QUI SCRIPSIT BENE.

IRATI DEI JUDICIUM TREMENDUM

SENSERE SOLYMAE, DEVOTA CIVITAS;

HORRUIT HERODUM STIRPS EXCISA RADICITUS;

SUBIIT EXSTINCTUM MOSIS IMPERIUM.

FILIUM

FILIUM DEI, VITAE DUCEM, JESUM CHRISTUM,

JUSTUM, VERACEM, SACERDOTEM SUMMUM,

PATRIA ADORANT MOENIA, SED PROSTRATA;

SANCTA DESIGNANT ALTARIA, SED EVERSA;

UT DOMINUM AGNOSCIT TEMPLUM, SED DESTRUCTUM;

AB HOSTE, A SUIS, A COELO.

FLAMMIS IN PORTICIBUS, IN ADYTIS CREPITANTIBUS,

CLARA LUX ORITUR EVANGELIO.

PRAECO JOSEPHUS.

JUDAEUS, UT SCRIBENS, AN CHRISTIANUS,

PARUM DIFFERT.

VERITATI SUA FAMA VEL AB HOSTE CONSTAT.

AUCTOREM HUNC MAGNUM,

NOBILEM, DOCTUM, DISERTUM, UTILEM,

SAEPIUS AD PRELUM REVOCARANT TYPI,

NON PRO SUO NITENTEM MERITO.

PLURES TENTARANT PER ORBEM ERUDITI,

INFAUSTO OMNES ADFLICTI SIDERE.

QUORUM FLEBILES AUXIT RUINAS,

SEPELIIT QUEM NUPER HEROUM ALTRIX,

UBI NOVAE FLORENT ATHENAE,

GENS ANGLICANA, MAGNUS HUDSON,

QUI LATIO QUOQUE PURIOREM DEDIT.

 HUJUS

HUJUS EGO SOLLICITA PREMENS VESTIGIA,
CONRADENS UNDIQUE FLAVIO QUAE PROSINT,
LABORIOSA HAEC EDIDI VOLUMINA,
ORBI BENE UT FACEREM ERUDITO,
VOBIS NON MINUS UT PLACEREM;
DECUSQUE BATAVO CONSTARET LYCAEO,
LUGDUNIQUE INCLYTUM VIGERET NOMEN;
CUJUS EX MEMBRANIS, SENIO VERENDIS,
JUVENTAS JOSEPHO, CEU PELIAE, DATUR.

JUDAEUM SCRIPTOREM TITUS IMPERATOR
BIBLIOTHECAE INSERUIT FLAVIAE,
IN ICONE SUSPEXIT ROMA.
VOS ME AD ALTA EVECTUM MUNERA
CONSPICUUM FLORI REDDITIS JUVENTUTIS,
ORNATIS TITULIS, INVITATIS PROEMIIS,
QUOD SPIRO, QUOD SPERO, VESTRUM EST.

L E

LECTORI BENEVOLO

S. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

RESPONDIT tandem votis noſtris eventus, neque conatus ille, viſus quibuſdam audax & periculoſæ opus aleæ, irritus fuit. Quaſi vero, aut equum *Sejanum* agitaret is, qui *Flavii* Operibus edendis incumberet; aut *Fulviam*, fatalem maritis ſuis uxorem, domum duceret; ſic omnes *Joſephum* edere cogitantes idem manere fatum, notiſſima inter Eruditos vagabatur fabula. Meticuloſus merito, imo ſtultus a cordatis viris vocari meruiſſem, ſi animum infringi hiſce plus quam anilibus nugis ſiviſſem. Ita videlicet mecum reputabam: omnes illos, qui tam longo atque difficili labori ſeſe adplicuiſſent, vel duodecima diei hora cœpiſſe ædificare, vel in longum laborum ſuorum procraſtinaſſe uſum; quin nec hoc mirum videbatur, vegeto corpore & virentibus annis abreptos quoſdam, qui in ea deſudarant palæſtra, quum miſceri quotidie funera ſenum juvenumque videamus. Imo tanto magis ſtimulum indies admoveri mihi ſentiebam, ut perficerem opus perfectoque gauderem, quod plures ante me vel ad primam lineam prolapſos, vel in medio curſu deſtitutos, vel denique, ad ipſam metam impacto vitæ curriculo, effuſos, in vanum exercuiſſet. Dederant in hunc Agonem olim & proximis quoque temporibus nomina *Bertrami*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Cunæi*, *Petiti*, *Bigotii*, *Bœcleri*, *Noldii*, *Voſſii*, *Cocceji*, *Scotani*, *Boſii*, *Monachii*, *Bernardi*, *Spanhemii*, *Olearii*, *Gronovii*, *Relandi*; & quis non, qui vel inter principes Eruditi Orbis gradiebatur, vel inſeri principiis illuſtri aliquo edito facinore ambiebat? Quorundam intra verba ſtetit fides; Plurimos in ipſo labore mors oppreſſit; Huic indignatio præreptæ laureæ, illi obortæ ſimultates, aliis alia obfuerunt.

Tandem (neque enim diſſimulanda ſunt merita aliorum, ſed ſua cuique jura reddenda) omnium omnem ſuperavit jactum *Joannes Hudſon*, vir Græce doctiſſimus, & cujus plurima in Helladem exſtant merita. Hic enim eſt, qui *Joſephi* nobis dedit Opera, non tantum ad perfectiſſimam, multorum annorum ſudore, limam revocata; verum, abdicata illa Veteri, & non uno nomine culpanda, quæ *Epiphanii Ruſinique* nomine fulgebat, Verſione; ad ipſa Græca prorſus Novam laborioſa concinnavit induſtria. Sed ipſe dum *Joſepho* ſuos indulget annos, laborem cepit multum, fructum laboris percepit nullum. Diſceſſit enim ad plures, dum ſuprema manus operi inponitur, & in Indice verſantur typi, præfandi quoque vice aliis derelicta. Avide hanc Editionem Batavi Germanique exſpectabant Bibliopolæ, ut addita nova quadam acceſſione hederam placentem ſuæ merci apponerent. Ea cauſſa *Gronovium*, *Olearium*, *Relandum* continuit, ne vel ante ſua publicarent, vel acrius etiam Scriptori huic incumberent, quam multum ſperata illa Editione frui liceret. Sic nulla præter Anglicanam illam Cl. *Hudſoni* præ manibus erat Editio, elegans certe, ſed pro more gentis pretioſa, nec facile omnibus comparanda. Quare, quum præclaro inſtituto laudatiſſima hæc Bibliopolarum Triga, qui jam ante magno ære *Jo. Cocceji* notatum emendatumque manu exemplar ſuum fecerant, atque de aliis ad novam locupletationem ſibi proſpexerant, mihi ſuum aperuiſſet conſilium revocandi *Joſephi* ad typos Batavos, quam maxime fieri poſſet luculenter. &

ope-

operoſe; & ſtudii mei & officii eſſe exiſtimavi hunc amplecti laborem, atque in id incumbere, quo majore, quam hactenus, cum uſu fructuque haberetur atque legeretur ab omnibus nobiliſſimus Hiſtoriarum Auctor, & proximo poſt Sacros Scriptores loco *Flavius Joſephus.*

Prima inde mihi cura fuit, in omnes oras circumſpicere, atque Doctos ubicunque Viros ſollicitare de juvando hoc inſigni molimine meo, deque plurimorum Eruditorum votis bene mereri. Angliam tantum non expilaverat Cl. *Hudſonus*, omnibuſque ibi perluſtratis Bibliothecis, reſiduum inde nihil fecerat; miſſa & ipſi aliunde plurima erant ſubſidia. Et tamen poſteriorum curæ atque diligentiæ quædam reliquiſſe teſtari hæc Editio poterit, quæ novis Collationibus atque Acceſſionibus haud pœnitendis locupletata, dignitatem ſuam facile tuebitur. Principem certe merentur locum Codices duo *Lugd. Bat.* quos olim poſſedit *Iſaacus Voſſius*, quorumque excerpta quædam habuit Cl. *Hudſonus*, & copia itidem facta fuiſſe *Jo. Coccejo* notata manu ejus ad oram libri teſtantur. Hos diligenti cura inſpeximus, paſſimque varietatem illorum, ubi a *Voſſianis* excerptis diſcrepabant, per literas L. B. nonnunquam lineolis (L. B.) incluſas, ubi *Hudſonianis* Lectionibus interſeri neceſſe erat, adnotavimus. Uterque Codex in charta ſcriptus eſt, ſed notæ valde bonæ & antiquæ; Prior, qui olim pertinuit ad *Wilhelmum Nooms*, ut appoſitum nomen teſtatur, poſteriores Antiquitatum libros novem integros continet, non vero decem, uti perperam inpreſſum exſtat in Bibliothecæ Lugd. Bat. Catalogo Pag. 392. Num. 26. incipit enim ab initio libri duodecimi; & quoniam hi maxime libri corruptiſſimi olim erant, hinc *Boſii* editionem retardavit, quod integrum horum Codicem nanciſci nondum potuerit, hujus MS. excerpta interim plurimum deſiderans, ut ſcribit *Grævius* in Epiſtola ad *Heinſium*, quæ in noviſſima Collectione Cl. *Burmanni* occurrit Num. CLI. Eoſdem libros, ſed addito undecimo, exſtare accepi in *Mediolanenſi* Bibliotheca *Ambroſiana*, verum ita cum editis congruentes, ut vix inde diſcedere animadvertas. Placuit tamen ejus Codicis dare notitiam eam, qualis ad nos pervenit ex literis Clariſſimi Italiæ ſui luminis *Ludovici Antonii Muratorii. Vetuſtior* (inquit) *Flavii Joſephi MS. Codex pergamenus Ambroſianæ Bibliothecæ ſignatus Lit. F. n.* 128. *fol. minori, qui fuit olim Archiepiſcopi Philadelphiæ, mancus eſt, ac initium habet a libro* XI. *Hiſt. Judaicarum. Præſtantiſſimæ ceterum notæ, ac venerandæ antiquitatis. Prima pagella in ſuperiori externo angulo lacera: aliæ omnes integræ, nullaque temporis injuria vitiatæ, ita ut perſpicue legi poſſint ab homine vetuſtiorum characterum perito, vel in ejus codicis lectione parumper exercitato; nam litera* β *in eo ſemper hac forma ſcribitur u.* κ *vero u, ita ut ab* η, *quam frequentiſſime in eodem codice idem character repræſentet, nec minimum differat. Rari admodum nexus, at is in errorem facile inducit, qui* λ. *&* ι. *complectitur, ea forma perpetuo expreſſus, quæ pro litera* μ *in adjacenti verbo ſit accipienda. Subſcriptam præterea literam jota recentiorum more nullam habet, ſed vocali ſuæ adhærentem.*

Poſt eam partem hiſtoriarum ſequuntur libri Antiquitatum, ac demum vita Joſephi græce ſcripta, & typis vulgata.

Primæ pagellæ faciem alteram a prima integra linea fideliter exſcripſi, atque ita ſe habet; & præter τὸ ὕστερον πρότερον *duobus in locis, nil aliud varium notavi ab impreſſo, quo utor, Aureliæ Allobrogum typis Petri de la Roviere* 1611.

Καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομήσει, καὶ τὰ ἀρχαίας ἀποκαταστήσει εὐδαιμονίας, ταῦτ' αὐτῆς παρέσχε. παρορμήσας γὰρ τὸν κύριον ψυχλὼ, ἐπέπεισεν αὐτὸν γράψαι καθ' πᾶσαν τὴν οὐσίαν. Ὅτι κύριος ὁ βασιλεὺς λέγει. ἐπεί με ὁ θεὸς ὁ μέγας τὰ οἰκουμένης ἀπέδειξε βασιλέα. πείθομαι τοῖνυν εἶναι ὂν τὸ τῶν ἰουδαϊκῶν ἔθνος προσκυνεῖ καὶ χαίρ τοὐμὸν πρέπειν ὄνομα ἀλλὰ τῶν προφητῶν. Καὶ ὅτι τὸν ναὸν οἰκοδομήσω αὐτῷ ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἰουδαίᾳ χώρᾳ. ταῦτα δ' ἐγὼ κύριος ἀναγινώσκων τὸ βιβλίον, ὃ, τὰ αὐτῷ προφητείας ὁ ἡσαΐας καὶ πάλι-

πλιπε ωεϑ ἐτῶν ϗαχοσίων καὶ δέκα. ἔτϑ γὰρ ἐν ὑποῤῥήτοι εἶπε ταῦτα λέγειν τ̃ ϑεὸν. Οπ βέλομαι κῦρον ἐγὼ πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ὑποδείξας βασιλεία. πίμψαί μϗ τ̃ λαὸν εἰς τὴν ἰδίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαί μϗ τ̃ ναὸν.

Ταῦτα ἡσαΐας ωεοεφήτδοεν ἔμωεσϑεν, ἢ καϑαεκαφῆναι τ̃ ναὸν ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ πεντηκονϗα. Ταῦτ' ἄν ἀναγνόνϗα τ̃ κῦρον. Καὶ ϑαυμάσανϗα τὸ ϑεῖον ὁρμή τις ελα--βεν.

Addiderat Cl. idem *Muratorius* in ſuis ad me literis, miſiſſe ſeſe olim ad *Hudſonum* ipſum nonnulla adnotamenta ſua in antiquiſſimam *Joſephi* Verſionem Latinam, quam Ambroſianæ Bibliothecæ MS. Codex ex Ægyptia papiro conflatus, ac propterea venerandæ antiquitatis, complectitur, ſed nunquam certiorem ſeſe fuiſſe factum, an ad *Hudſonum* pervenerint. Ego vero perveniſſe quidem exiſtimo, verum uſui non fuiſſe, quod ille plane novam adornaverit verſionem. Quare ego quoque recipere non potui conditionem oblatam mihi ab Eruditiſſimo atque amiciſſimo viro *Petro Piovene* S. I. qui a Re Antiquaria eſt Sereniſſimo Duci Parmæ atque Placentiæ, unico in Italis oris literatorum Mecænati; Scripſit enim in Sereniſſimi Principis ſui Bibliotheca exſtare Exemplar Joſephi Latinum curioſiſſimum in pergameno XIII. circiter ſeculo elaboratum, & mirum quantum ab exemplaribus adhuc evulgatis diſcrepans; ordine primum deinde verbis.

Poſterior Codex MS. Bibliothecæ *Lugd. Bat.* Pag. 395. Num. 72. in charta ſerica conſcriptus, libros VII. de Bello Judaico omnes complectitur, in initio tantum & fine paullum mutilus; deëſt enim Prologus, & incipit Σπίσως τοῖς δυνατοῖς Ἰϗδαίων &c. finit vero aliquanto ab extremis poſtremi libri, in verbis Ἀνπόχῳ δὲ &c. Exſtat præterea in eadem Bibliotheca pag. 402. Num. 7. Fragmentum *Joſephi* ex Libro Antiquit. XIV. quod in Græcis ante defuit, excerptum videlicet ex Codice illo inſigni Antiquit. L. B. de quo modo egimus. Comprehendit Decreta illa Romana & Aſiatica, quæ primus vulgavit, ingenti ex hoc MS. ſuppleta lacuna, *Jacobus Gronovius*, una cum Emendationibus quibuſdam in Suidæ Lexicon. Unde & hiantem illum locum in Editione ſua ſupplevit *Hudſonus*, paucula tantum in Notis ſuis ex *Gronovianis* Animadverſionibus excerpens, quæ ſuis locis a pag. 706. & ſequent. inſertæ integræ in hac Editione comparent. Inter alia collectanea reperta mihi etiam fuit Oratio *Agrippæ* & *Berenices* ad Judæos tumultuantes, quæ exſtat Lib. II. de Bello Cap. XVI. pag. 186. cujuſque Collatio exſtat inter Addenda pag. 181. Ipſe vero Codex reperitur in Catalogo Bibliothecæ *Lugd. Bat.* pag. 396. Num. 13. ut taceam Editionem unam atque alteram *Joſephi* ab *Iſaaco Voſſio* multis in locis cum MSS. ſuis, & ab aliis collatam, uti Editio Baſ. 1544. cujus mentio pag. 391. Num. 5. & Genevenſis, pag. 391. Num. 6. qui apparatus univerſus in præſtantiſſima illa Bibliotheca ſervatus, uſui noſtro inſerviit. Credideram & amplius quid ibi me inventurum, quum legerem pag. 403. Num. 34. memorari Lectiones *Flavianas* deſcriptas ex libris *Hermolai Barbari* & *Scipionis Catoromachi*; ſed animadverti nihil cum Flavio noſtro illis commune eſſe. Atque hæc quidem propius ad manum fuerunt; petita vero longius atque accepta ſunt ea quæ ſequuntur. Poſſedit *Fred. Roſtgardus* Nobiliſſ. Danus, exemplar MS. *Joſephi* de Bello Judaico præſtantiſſimum, quod itidem in Catalogo librorum ejus, menſe Januario hujus anni Hafniæ ſub haſta venditorum, pag. 459. Num. 151. ſic deſcribitur: *Joſephus de Bello Judaico, Græce. Codex MS. chartaceus, optimæ notæ, quadringentorum circiter annorum. Spiſſum volumen in* 4^to *minori.* Integer vero iſte Codex eſt, atque nullo modo interruptus a principio uſque ad finem pergit; inque ejus calce adſcriptum erat notum illud de *Jeſu Chriſto* teſtimonium. In tempore collationem ejus inſtituerat vir doctiſſimus, & cum alias, tum hoc facto optime de me & eruditis meritus *Joannes Grammius*, Linguæ Græcæ in Academia

Hafnienſi Profeſſor; cujus liberalitate ex ſuis quoque MSS. tranſmiſſus ad me eſt accuratiſſima pariter Collatio librorum contra *Apionem*, ipſius, uti & ſuperior de Bello, manu inſtituta & ſcripta. Citatur ultima hæc nomine Codicis *Hafnienſis*, quoniam ita appellaverat quoque *Hudſonus*, qui non niſi pauca ejuſdem excerpta nactus fuerat. Numerum jam MSS. ſi quærimus denſitatemque Variantium Lectionem, immanem ſylvam ex Regiis Codicibus *Gallia* ad nos tranſmiſit; fuitque ibi fautor hujus Operis, atque indagator talium Theſaurorum *Jacobus Philippus D'Orville*, tum peregre ibidem Studiorum cauſſa agens; nunc vero poſt viſam quoque Britanniam, Italicis fruens opibus, & antiquum viſens Latium; cujus inde avide reditum exſpectamus, ut collectam undique eruditionem pleno ſinu in patriæ ſuæ gloriam effundat. Hæ vero Collationes & aliæ plures propter infinitum V. L. numerum, & quod ſerius veniſſent, in Addendis collocantur pag. 1. & ſeqq. Complectuntur autem libros de Bello Judaico ad ſex vel ſeptem MSS. collatos; inter quos Regius ſeculi undecimi, & inſigne Exemplar Bibliothecæ *Coiſlinianæ.* Liber deinde *Joſephi* de *Maccabæis* cum quinque Codd. Pariſienſibus miræ diſcrepantiæ collatus cernitur ibid. pag. 157. uſque 171. Vita dein *Joſephi* cum MS. Regio pag. 171. uſque 175. Ordo tum ſequitur & lectio capitum atque fragmenta quædam ex Regiis item Codd. pag. 176. uſque 180. Denique Variæ Lectiones excerptæ ex MSS. Codd. Regiis quinque in Antiquitates Judaicas, quarum magna parte uſus *Bigotius* fuit, & quæ paſſim in *Hudſonianis* titulo *Bigotianarum* citantur (ſicuti excerpta *Bigotiana*, nullo certo adſcripto Codice in plurimorum Doctorum Virorum manus atque Bibliothecas pervenerunt) ſed ſine auctoritate ulla ex quibus Codd. depromtæ eſſent; quare conſpectum earum accuratiſſimum invidere Curioſo Lectori nolui, præſertim quum plurima quoque occurrant in iiſdem quæ fruſtra in *Bigotianis* quæras; miſit hanc ultimam farraginem Pariſiis D. *Sallierus*, atque invenies pag. 424. uſque 481. quæ ultimæ Librum itidem de Vita, & alios contra *Apionem* cum MSS. collatos exhibent. Et hæc quidem de Codd. MSS. qui vel in tempore vel ſerius ad nos pervenerunt, quibuſque vel in Notis uſi ſumus, vel prout citius tardiusve ad nos venerunt, inter Addenda collocavimus.

Progredior jam ad Doctorum Virorum Curas quibus auctior hæc Editio quam *Hudſoniana* procedit, quæque vel editas Notas vel ineditas complectuntur. Editæ ſparſim fuerant Notæ *Edw. Bernardi* & *Henrici Aldrichii* ad aliquot Antiquit. & de Bello libros; item *Franciſc. Combefiſii* ad Librum de Maccabæis; *Jacobi Gronovii* ad Decreta Romana & Aſiatica: Ineditæ autem, & quas nunc primum damus, *Joannis Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, & *Hadriani Relandi*, quibus noſtras ſubinde animadverſiones correctioneſque adſperſimus. De ſingulis horum aliquid dicendum eſt, ut & inſuper de illis, in quas fruſtra inquiſivi.

Norunt omnes, magno impetu atque maximo labore ad *Joſephi* ſcripta provolaſſe virum undecunque doctiſſimum, & ab orientali præſertim literatura inſtructiſſimum, *Edwardum Bernardum.* Tota hiſtoria *Joſephi Bernardini* & abortivi veluti fœtus, expreſſe admodum continetur in Vita ejuſdem, quæ a *Thoma Smitho* edita eſt Londini MDCCIV. una cum *Roberti Huntingtoni*, Epiſcopi *Raphoenſis*, Vita & Epiſtolis. At quoniam iſtius libelli pauca admodum impreſſa ſunt exemplaria, & ob id in paucorum verſetur manibus, ipſa ejus verba apponam, prouti leguntur pag. 29. & ſeqq. *Jam ſibi redditus Bernardus, ad anteactos labores, iſto itinere per annum & ultra intermiſſos, alacriori animo reverſus eſt. Habuit vero, ſi quiſquam alius, vaſtum omniumque diſciplinarum capax ingenium, quod induſtriam, laxamentis debili infirmoque corpori ſuſtentando neceſſariis ægre cedentem, multo minus turpi*

otio

otio & ignavia obſoleſcentem, nunquam deſtituit. Veruntamen licet ſcientias Mathematicas ex inſtituto Profeſſionis diligenter quidem excoluerit, uti poſtea videbimus, tamen longe fortiori animi propenſione & genio ductus, amœnioris literaturæ, puta Hiſtoriæ, tum ſacræ tum prophanæ, omnium gentium omniumque ſeculorum, Chronologiæ & Antiquitatum ſtudium magis deperibat, habebatque in deliciis. Nec diu pulcherrima & maxime optanda ingenii vires hac ex parte late explicandi defuit occaſio. Ante plures annos D. Fellus, illius opera uſurus, Joſephi, *præſtantiſſimi Hiſtoricorum, & poſt Scriptores ſacros maxime æſtimandi, novam, eamque cæteris omnibus emendatiorem, editionem typis Sheldonianis adornare conſtituerat: ſed ab iſto propoſito, neſcio an ſubſidiis ad id opus complendum deſtitutus, an ex fama de V. Cl. Andrea Boſio fere ubique ſparſa, quod ille nimirum eundem quoque edendum deſtinaſſet, collectis undique e codicibus MSS. Viennenſibus, Lipſienſibus, Schluſingenſibus, quos ipſe,* * *Vir maxime induſtrius ſagaxque, & in Græcis literis excellens contulit, variantibus lectionibus, & etiam e Pariſienſibus & Florentinis, quorum nimirum lectiones amicorum ſuorum curæ ac humanitati debuit, aut aliorſum impeditus, tunc ſibi deſiſtendum eſſe pro prudentia ſua voluit, præſtolaturus, donec foetum iſtum nobilem, quem omnes pulcherrimum ſuiſque partibus abſolutum fore & ominabantur & optabant, prelum Lipſienſe, obſtetricante doctiſſimo Boſio, parturiiſſet. Ille iſta bona ſpe per multos annos concepta, & quæ luctuoſa Boſii, de re literaria ſcriptis ſuis hactenus præclare meriti, & opere deſtinato longe præclarius merituri, morte plane decollaverat, fruſtratus, metam, ſine læſa cujuſpiam æmuli curſoris in iſthoc ſtadio ambitioſe certaturi fama, jam attingi poſſe ſatis gnarus, iſtius incepti, auſpiciis ſuis, qui omnia in Academia potuit, maturandi ſive gloriam ſive onus in Bernardum curavit transferendum. Bernardus autem inſtar ſapientis Architecti de omni idonea re materiaria, inſtrumentis, reliquoque neceſſario apparatu, ante jacta ædium condendarum fundamenta, ſumme ſolliciti, quantum eſſet exemplarium manuſcriptorum, tum Græci textus, tum verſionis Epiphanianæ in noſtris Bibliothecis latentium, primo in uſus ſuos comparavit, ſchedis Boſianis, jam illo inſtigante, ab hæredibus ingenti pretio redemptis, & magni ſane faciendis: cum ex Samuelis Petiti largis commentariis longe antea in Bibliothecæ Bodleianæ gazophylacium ex Gallia tranſvectis, vix quippiam ſubſidii ad illuſtrandum textum colligi potuerit, (demptis excceptiſque quibuſdam e membranis Peireſcianis, ab illo Viro ingenioſiſſimo olim excerptis)* † *quos nimirum ſpiſſa Rabbinicarum obſervationum farragine ad nauſeam uſque oppleviſſet. Deinde, Bernardus, ſpecimine operis Joſephici edito, doctiſſimos Amicos ſuos per Galliam, Belgium, & Germaniam, alibique ſparſos, crebris literis ſolicitavit, ut ſuppetias in hac re omnibus profutura laboranti ferre vellent. Vix quicquam nuncii aut faventiori aure exceptum aut ſonantiori plauſu. Omnes bona dicere de opere & Editore certatim geſtiebant: & inter ipſos quoque D. Iſaacus Voſſius, acerrimus ingeniorum cenſor, imo laudum, quas aliqui jure vendicaverint, ſive ex exquiſitiſſimo judicandi acumine, ſive ex moroſitate indolis, ſæpe nimium quam parcus. Hiſce ſubſidiis inſtructiſſimus Bernardus grande hoc opus jam aggreſſus eſt; fruſtra querelas ſuas de hac palma ſibi prærepta interponente D. Monachio Leidenſi, inque illo, craſi licet labore continenti vigiliiſque pene exhauſta, ac viribus debilitatis, alacer & ſibi conſtans, neglecta bonæ valetudinis cura, diu perſeveravit. Unde vero contigerit, quod opus iſtud deſideratiſſimum & tanto molimine elaboratum, quaſi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, ſalva & integra manente D. Bernardi fama, heic paucis indicabo. Multi verſionem Epiphanii, tanquam imper-*

** *fe-*

* Ad D. Boſium ſcripſit Bernardus A. M.DC.LXXIII. de hac, quam dudum aggreſſus eſt, editione, epiſtolam inter cæteras de eodem argumento ad illum datas editum, pag. 137. Vide epiſtolam Schelhammeri ad eundem, p. 462. Vide quoque D. Lionelli Jenkinſii epiſtolam ad eundem, p. 425. De literis vero hiſce D. Jenkinſii v. epiſtolam D. Ezechielis Spanhemii ad Boſium, p. 465.

† Vide epiſtolam Bredelii ad Boſium, p. 350.

fectam, indoctam, & Græco textui in quamplurimis parum respondentem, redarguentes, novam, vel saltem Gelenii interpretationem recognitam & emendatam, ubi iste Vir doctissimus præ festinatione aut oscitantia sensum Authoris non rite fuisset assecutus, importune & pene ingestis convitiis desiderarunt, & de variantium lectionum in molem vix tolerandam excrescentium copia acriter questi sunt. Quod & ipse primo inspectis perlectisque, D. Bernardi rogatu, antequam typis excluderentur, schedis, objectum iri facile præsentiebam, amice monens, in his tanto cum labore, ne dicam curiositate, annotandis, inque censum referendis, omnem operam inutiliter collocari: paucis tantummodo, quarum ope vera Græci, ubi aut luxatus aut corruptus jacebat, textus lectio erui & restitui potest, exceptis, & cum cura seligendis: exemplo Viri præstantissimi, & in hisce literis tractandis summo cum judicio exercitatissimi, Henrici Valesii, quod imitandum proposui: versionibus Rufini Aquilejensis & Epiphanii Scholastici sæpenumero ab illo consultis, inque novum examen, ubi opus erat, revocatis. Librarii autem, alii ex aliis transcribentes, voces sæpe aut mutarunt aut addiderunt, prout ipsis lubebat: unde pro numero exemplarium, si plura suppetiissent, feracior ejusmodi lectionum seges, non cujuspiam bonæ frugis, & plane resecandæ, continuo excresceret. Quod de quamplurimis quoque Græcis lectionibus, quarum tamen diversa ratio laborioſa exploratione melius indigeret, pariter dicendum est: sæpe enim pompæ quasi causa & ad ostentandam diligentiam ab Editoribus recentioris ævi accumulari solent. Maxime vero displicuit Commentariorum prolixitas, in quibus integræ Dissertationes, ad calcem operis meliori jure rejiciendæ, aut justo volumine seorsim edendæ, extra omnem, ut hi putabant Censores, necessitatem inferuntur. Hinc inter Curatores & D. Bernardum primo ortæ simultates, deinde mutua displicentia, & apertæ lites, utrisque, pro diversa, quam secuti sunt, sententia, argumentis ultro citroque agitatis tenacissime inhærentibus. Hoc usſit animum Bernardi, ægerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipse statuisset, sibi juberi ineundam. Cessant operæ Typographicæ, nec amplius jam, Democraticis Schismaticisque rempublicam literariam, pariter ac civilem & ecclesiasticam, turbantibus, præsertim post D. Felli, præcipui hujus editionis fundi, animam in cœlis receptam, de edendo integro Josepho sumptibus Universitatis erat cogitatum. Post sex septemve annos, D. Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxoniensium precibus victus, opus illud denuo in manus sumpsit, jam contractiori forma ad modulum novi speciminis publicandum: cum vero flagrante bello tanto oneri ferendo vix essent, paucis schedis impressis, jam suæ temeritatis satis convicti, & ipsi quoque destiterunt. Ita de Josepho ejusque Chronologia restituta conclamatum est: cujus tristi fato comites & assecłæ, Aristeas, Josephus Gorionides, & Hegesippus de excidio urbis Hierosolymorum, *prostrati, tantisque sub ruinis sepulti jacent. Quantum vero in omni literarum genere excelluerit Bernardus, qualem Polyhistora & Criticum, quanta subtilitate ingenii, quam solerti pollentem judicio, quam in intricatissimis temporum supputationibus accuratum, quam in Scriptoribus omnium generum, Latinis, Græcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Copticis, legendis familiarem, quam antiquitatum sacrarum prophanarumque probe callentem, in Scholiis, annotationibus, & dissertationibus in quatuor libros Archæologiæ Judaïcæ Flavii Josephi, & partem quinti, (in his enim solis illius sudavit industria, nec ultra in alienam provinciam extenditur) se præstiterit, supervacanei erit laboris hic pluribus ostendere: cum id jam omnes, distractis exemplaribus, norint, & ubivis sit testatissimum. Dolebunt mecum harum literarum studiosi & amantes, hisce, sive æquis sive iniquis, interpellationibus, grave istud damnum, quod vix seculum reparaverit, Reipublicæ literariæ contigisse.*

Hujus *Bernardi* Curas integras, prout ad Græca ipse edidit, suis locis adposuimus, excerpserat enim modo pauca quædam, quæ ad Varietatem Le-

Lectionis facerent, *Hudſonus*; quum *Græca* dico, intelligo Notas ejus in *Joſephum* inchoatas & editas, quæ *Græcam* ejus dictionem aut hiſtoriam illuſtrant; plura enim in ejus Editione *Latinam* Veteris Interpretis verſionem ſpectant, quæ nullum hic locum merebantur, quod aliam atque novam Cl. *Hudſoni* interpretationem ſecuti ſumus. Inter illos libros, quos de Bello edidit, in Primo atque parte Secundi crebro in Notis *Aldrichii* nomen legitur. Fuit autem *Henricus Aldrichius* Rector in Ædibus Eccleſiæ Chriſti; eratque omnibus humanioribus ſtudiis egregie excultus; muſices gnarus & Muſarum amicus, Poëta quoque haud mediocris; Indulgentia ſumma exſtitit erga Alumnos, præſertim Nobiles, qui ſub ejus auſpiciis vivebant, diſciplinæ alias Eccleſiaſticæ exactor rigidus, Presbyterianarum partium inimicus atrox, Regiæ vero auctoritatis propugnator acerrimus. Diu vixit in Academia ſumma cum gratia & virtutum omnium laude; perpauca ſcripſit, exque ſuis ipſe ſcriptis nihil fere edidit, factis vero ſuaviſſimam ſui memoriam amicis & poſteris reliquit.

Franciſci deinde *Combefiſii* Commentarium ad libellum de *Maccabæis* inter reliquorum Notas inſeruimus. Opuſculum hoc cum Notis ejus & nova contra *Eraſmum* Verſione editum erat in Auctario noviſſimo Bibl. Patrum, atque inde in *Joſephi* ſui Appendicem receperant *Lipſienſes* anno MDCXCI. Denique, & Præceptoris quondam noſtri honoratiſſimi, *Jacobi Gronovii*, doctiſſimis ad ingentem iſtam Lacunam, ab iſto primum expletam, Notis meritum locum adſignavimus.

Apparent autem nunc primum *Jo. Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, atque *Hadriani Relandi* ad *Joſephi* Opera Omnia Notæ. Exemplar *Cocceji* ubique ad oras adſperſas habebat MSS. collationes, *Bigotianas* videlicet ex duobus Codicibus optimæ notæ ad Libros X. priores. Antiq. *Voſſianas* vero ad reliquos, ut & Libros de Bello. *Bigotianæ* quidem in plurimorum venerunt poſſeſſionem, nam & *Bernardus* habuit, & *Hudſonus*, & ipſe reperi in *Joſephi* Editione Baſileënſi ad marginem diligenter adſcriptas, habuique ex humanitate plurimum reverendi *Myſtæ* Harlemenſis Eccleſiæ *Abrah. Allardini*, qui inſuper alterum exemplar *Joſephi* poſſidet, in quo omnia illa, quæ ſua manu in meo *Jo. Coccejus* perſcripſit, alia nitidiore deſcripta exſtabant. Quorum librorum etſi propter Originales, aliosque a priore manu, non magnus mihi uſus eſſe potuit; volui tamen publice exſtare commendationem hanc honeſtiſſimam ſuaviſſimi quondam in literarum rudimentis, altioribuſque deinde diſciplinis, mei ſodalis. Multas conjecturas libro ſuo adſcripſerat *Coccejus*, quas fideliter ſub ejus immortali nomine publicavimus. *Relandi* vero meritum haud exiguum quoque erga *Joſephum* exſtitit; inſerta enim charta pura, ubique Notas ſuas & Animadverſiones ſeminaverat, in numerum molemque majorem excreturas, ſi per acerba, heu! tanti viri fata licuiſſet. Sunt tamen illæ tales, ut adfirmare auſim, plurimam Auctori Maximo lucem affundere, atque ingenium ſcribentis doctrinamque mirifice commendare. Debemus illas hæredum laudatiſſimæ benevolentiæ. Magna apud omnes Eruditos fama eſt *Ezechielis* illius *Spanhemii*, qui non modo ſuis præluxit majoribus, ſed inexpletam omnifariæ eruditionis videtur habuiſſe copiam. Notum erat nobis exſtare Codicem manu ejus notatum in Bibliotheca Potentiſſimi Boruſſiæ Regis, ſed ardua via adipiſcendi; tandem eluctatus moleſtias, ipſum Exemplar manu ejus ubique conſcriptum nactus ſum, mittente Cl. viro *Maturino Veyſſiére la Croze*, Regiæ Majeſtati a Bibliotheca, idque ex ſingulari humanitate Baronis *de Printz*, qui ipſe addita Latiniſſima Epiſtola, verbis quoque honorificentiſſimis munus illud exornavit. Et utinam immortalitate dignus ille Heros adhuc inter vivos verſaretur; quo omnes commendata illa tot virtutibus adſpicientes ora, ut *Joſephi* quoque *Spanhemiani* Servato-

rem ſuſpicerent! In recenſendo autem *Joſepho* duo intendit Ill. *Spanhemius*, primum ut *Joſephi* dictiones & narrationem ubique inter ſe conferret, dein ut rariora verba atque ſignificantiores dictiones, quales multæ in nobili hoc Auctore occurrunt, ex *Homero*, *Æſchylo*, *Euripide*, *Sophocle*, *Heſychio* & aliis, illuſtraret; quæ quidem omnia plurimum ad Scriptoris hujus intellectum facere, nemo inficias iverit. Breves plerumque ejus Notæ ſunt, neque mirum, quum in ora Editionis *Geleniane Genevenſis* omnia illa ſcripſerit, manu difficili, per citationes locorum ad paginas, quæ ut Novæ huic Editioni per Capita & Paragraphos aptarentur, multo labore conſtiterunt. Haſce notas adepti ſumus, ubi typi perveniſſent jam ad finem Lib. Quinti. Uſi itaque mox ſumus illis ab initio Libri VI. & quæ notata erant ad Libros V. priores, inter Addenda ſeu Appendicem locavimus pag. 416. Exemplari *Spanhemiano* complures chartæ ſolutæ adjectæ erant, manu ejus deſcriptæ, quæ præter alia multa Indicem quoque Geographicum pulcherrimum, atque alios continebant Indices; unde apparet omnino animum ad *Joſephi* Editionem applicuiſſe inſignem illum Virum. Comprehendebant pagellæ iſtæ ſolutæ Chronologica *Joſephi*; Æras apud *Joſephum* in Hiſtoria Sacra & Externa obſervatas; Rectores *Syriæ* & *Judææ*; *Judææ* Præſides & Procuratores, nomina item aliorum Præſidum in *Joſephi* ſcriptis occurrentia; Obſervationes de *Joſepho* ipſo; Loca & Verba in *Joſepho* ſuſpecta & notanda; verba denique *Joſephi* apud *Heſychium* obſervata; Quæ omnia collocata ſunt in extremo Tom. II. pag. 402. & ſeqq.

Omnibus hiſce Variorum Doctorum Notis inter *Hudſonianas* locum dedimus, ſed ita, ut ſemper illorum nomen adpingatur, ubi vero nullum additum nomen eſt, eas ſciat L. B. *Hudſonianas* eſſe. Crebro autem in illis, ut & in Addendis (jam loco ſuo inſertis) & Addendis *Hudſonianis* nomina leguntur Eruditorum Virorum *Ibbetſoni* & *Lauthii*, quorum conjecturæ ibidem laudantur; in hoſce ante mihi ignotos inquiſitione facta, *Ibbetſono* prænomen *Richardo* dari agnovi, virumque ipſum privatam vitam & paucis notam egiſſe; *Lauthios* vero eſſe duos ejus nominis, in pagis prope Londinum degentes, quorum ulteriorem notitiam dare nequeo.

Jam tandem aliquid quoque adferam de iis, quæ feruntur in ſermonibus, Doctorum Virorum lucubrationibus, quæ vel interciderunt, vel in occulto ſervantur. Præter hoſce ſcilicet quos modo memoravi, notum eſt *Petrum Cunæum*, *Stephanum Le Moyne*, ſive *Monachium*, *Gottfridum Olearium*, & *Jacobum Gronovium* ſerio omnes de edendo *Joſepho* cogitaſſe. *Petri Cunæi* laborioſa commentatio, repetita ſæpius lucerna evigilata, voracibus flammis, ipſo quidem volente & coram jubente domino, abſumta eſt. Quum etenim Clariſſimum illud Academiæ noſtræ Lumen, quæ ultima ipſi fuit gravaretur ægritudine, ſentiretque ſibi vitæ lucem, ſe cito ſuis defuturum; captata occaſione quum juxta focum forte decumberet, neptem ſuam juſſit certum chartarum faſciculum (quo videlicet omnia quæ ad *Joſephum* adnotaverat comprehendebantur) ex Muſeo ſuo adferre, atque allatum coram oculis ſuis igni injicere; quod ita factum ex Ampliſſimis doctiſſimi iſtius Viri nepotibus intellexi. Incerta magis de *Monachii* laboribus fama eſt; volunt, denſum fuiſſe ipſi Volumen, in quod omnia (ut erat diffuſæ admodum eruditionis) quæ ad *Joſephum* aliquo modo trahi poſſent, conjiciebat; certum vero illud, ipſum dolore percitum, quod *Bernardus* novam hujus Auctoris Editionem occupaſſet, abjeciſſe per tempus conſilium ſuum de edendo *Joſepho*, atque plurima ex illo Obſervationum Oceano in Libros, quos ſub titulo Variorum Sacrorum edidit, derivaſſe. Dicitur tamen poſtea ad antiquum reverſus laborem; ſed intervenit ſuprema dies, atque ita imperfectum relictum non modo illud opus eſt, verum nuſquam quoque denſum illud

illud Volumen, multis ante (ut ferunt) viſum & oſtenſum, apparuit, licet etiam nomine Magiſtratus inquiſitio per Domeſticos eſſet habita, quod mihi etiamnum quædam ex illis ſuperſtes ita ſe habuiſſe adfirmavit. *Olearium* quod attinet, adfirmare nequeo, an aliquid ad prelum paratum habuerit, amici ex Germania nunciarunt mihi nihil ex lucubrationibus ejus in hunc Auctorem inveniri. *Jacobi Gronovii* denique ipſe aliquid vidi penes filium *Abrahamum*, inchoatum non perfectum, Notulas videlicet, quæ non ultra primum Antiquitatum librum pergerent, atque adeo vix ad vigeſimam nonam integri *Joſephi* partem pertinerent; ſcriptas in ſchedis tumultuariis; neque tamen illas neglectui habuiſſemus, ſi noſtri arbitrii ea res fuiſſet; famam vero Viri & Eruditionem multo melius tuebuntur doctiſſimæ illæ ad Decreta Romana & Aſiatica Obſervationes, quas ſuo loco inſeri curavimus. Nihil etenim, quod prece vel pretio acquiri potuit, a nobis fuiſſe prætermiſſum patere poteſt ex Notulis poſtumis *Joannis Sibrandæ* Franequerani, atque in patria ibidem Academia Prælectoris quondam Græcarum Literarum; quæ & ipſæ non ultra primum iſtum Librum progrediuntur, & tamen legi poſſunt poſt eundem pag. 60. & nobiſcum ultro communicatæ fuerunt a praeſtantiſſimo *Joanne Doitſma*, Hornanæ Scholæ prudentiſſimo Moderatore.

Et hæc quidem ſunt, quæ ad *Flavii Joſephi* contextum illuſtrandum ſumma cum cura a nobis requiſita, vel ultro a Viris Doctis, quorum nominibus publice a nobis honos (ut par eſt) habetur, ſuppeditata fuerunt. Quoniam vero Tomus Poſterior mole ſua Priorem minime æquaret, in illum conjecimus quæcunque vel ſerius accepimus, vel integros inplebant libellos, ad Joſephicam tamen ſcriptionem facientes. Unde præter illas, quas memoravimus, Collationes, invenies ibi Doctiſſimi Viri *J. Waſſe* Specimen Examinis V. L. *Hudſonianarum* pag. 51-56. *Jo. Alberti Fabricii*, Germanorum longe clariſſimi, Excerptum ex Bibliotheca Græca de *Flavio Joſepho*, ſed plurimum ab auctore, qui pro ſua humanitate id ad nos tranſmiſit, locupletatum, pag. 57-71. Sequuntur dein Præfatio *Arnoldi Peraxyli Arlenii*, longe pulcherrima ad *Diegum Hurtadum de Mendoza*, quæ præfixa Editioni *Baſileënſi* immerito ab aliis Editoribus fuit neglecta, pag. 72-75. aliarumque ſimul ſubſequentium Editionum Præfationes, ut & *Thomæ Ittigii* laudatiſſima Prolegomena, pag. 76-95. Appendix dein ad *Flavii Joſephi* Opera, quæ una cum *Ittigii* Prolegomenis in poſtrema Editione *Joſephi* Germanica exſtat, olim a *Jo. Alberto Fabricio*, ut ipſe teſtatur, tunc adhuc admodum juvene (vide ibidem paullo ſuperius pag. 76.) congeſta; qua continentur *Ariſteas* de LXX. Interpretibus, Fragmentum *Joſepho* tributum περὶ πανὸς, & alia quædam, quæ inveniri ibidem poſſunt uſque pag. 156. interpoſitis dein quibuſdam V. L. habes Excerptum de *Joſepho* ex *M. Andreæ Frankenbergeri* Inſtitutionibus Antiq. & Hiſtor. pag. 182-185. quod excipiunt *Caroli Daubuz* Libri duo, quibus aſſeritur *Joſepho* ut legitimum Teſtimonium illud vexatiſſimum de *Jeſu Chriſto*, uſque pag. 232. quibus ob argumenti ſimilitudinem adjunximus xxx. *Epiſtolas Philologicas & Hiſtoricas* plurium eorumque celebriorum in literis Virorum, quæ minori olim forma editæ Noribergæ anno 1661. cura *Chriſtophori Arnoldi*, Eruditorum uſui minus patebant, & procedunt uſque pag. 285. Teſtimonium illud de Jeſu exſtat in Editione noſtra Antiqu. Lib. XVIII. Cap. III. §. 3. pag. 876. atque ibi cum verſaremur, de peculiari Diſſertatiuncula ſuper illud cogitatio animum ſubiit, cum alia, quæ Numiſmata, *Joſepho* illuſtrando ſculpta, explicaret (quæque hanc Præfationem meam ſequitur) ad finem Tomi II. adjicienda; Sed, ut verum fatear, quæ dici poſſunt, dicta ſunt omnia, & quantumvis clamitent Faber, & qui illum ſequuntur, omnino *Joſepho*, ita

ut legitur, tribuendum exiſtimo, quæcunque Scriptorem nobilem cauſſa ſtimulaverit, ut nobiliſſimum hoc emblema purpuræ ſuæ aſſueret.

Poſt hæc omnia occurrit *Petri Brinch*, apud *Danos* Collegii Medicei Inſpectoris Chronologiæ & Hiſtoriæ *Fl. Joſephi* Examen, quod editum *Hafniæ* A. MDCCI. rariſſime in hiſce terris viſum, ab amicis *Hafnienſibus* ad me transmiſſum eſt. Scriptum vero illud, in quo ab origine Mundi uſque ad mortem Herodis Magni Chronologiam Joſephicam examinat; & præterea ex Antiquitatibus ejuſdem Judaicis notat & examinat ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum conſentanea, vel certe illis non ſunt memorata, invenitur pag. 290-304. Et quoniam hic mentio incidit diſcrepantiæ cujuſdam *Joſephicæ* cum S. S. commodum inſerere heic lubet ſtricturas quaſdam, quas adſcripſerat in fronte libri ſui Reverend. *Albertus Alberthoma*, Eccleſiæ Lugd. Bat. quondam paſtor fideliſſimus, quique in literis plurimum ſibi vixit, miraque cura atque diligentia omnes Bibliothecæ ſuæ libros a capite ad calcem maxima cum attentione legerat. Joſephum inter illos avidiſſime pervolutaverat, ut adſcripta ubique loca ex aliis ſcriptoribus, inter legendum obſervata, abunde teſtabantur. Is itaque hiſce ipſis verbis ad hæc Capita ſeu Numeros retulit crimina quædam, ſeu aſtutias *Joſephi* noſtri.

I. *Plerumque Auctor* COPIOSIUS COMMEMORAT, *quæ a Moſe & Sequentium temporum Hiſtoricis Sacris compendio tradita ſunt, & narratione ſua quamplurimis Scripturæ locis lucem affundit: quod inprimis obſervare licet l. 4. c. 8. Antiq. ubi ſæpiſſime legum Moſaïcarum rationes & cauſas exponit.*

II. *Nonnunquam tamen (neſcio quo conſilio)* OMITTIT, *quæ tradiderant Scriptores Sacri: ita pauciſſimis mentionem facit raptus Eliæ: nihil quoque refert de Naamanis lepra ope Eliſæi curata.*

III. *Rurſus varia Hiſtoriæ Sacræ* ADTEXUIT, *quorum ſola fides penes noſtrum Auctorem eſt. Vide quæ ſcribit de Moſis rebus geſtis in Ægypto. ſic Plurima Hiſtoriæ Salomonis admiſcuit, de quibus altum in S. Litt. ſilentium.*

IV. ORATIONES *a ſummis viris publice habitas totidem quaſi verbis repræſentat, & velut integras exhibet, quorum fragmenta ſolummodo in S. Libris ſuperſunt, prout mos quoque eſt Hiſtoricis præſtantiſſimis Livio & aliis. Confer Voſſ. de Arte Hiſtor. c. 20. 21. & Juſtin. l. 38. c. 3. in f.*

V. *Ad eundem modum Epiſtolas, velut ex autographo recitat; e. g. literas Hirami & Salomonis.*

VI. *Inprimis notandum eſt*, AUCTOREM NOSTRUM SOLLICITE CAVISSE, NE NARRATIONES DE REBUS SACRIS MINUS PLACEANT GENTILIBUS:

1. *Hinc* MIRACULA *a Deo olim edita, ad captum Ethnicorum vulgo exponit. Exempla videri paſſim poſſunt.*

2. *Eo ſpectat formula, ſæpe ab Auctore uſurpata ut in fine Lib.* 11. *&c.* SED DE HIS UT CUIQUE LIBET, ITA SENTIAT.

VII. *Sæpiſſime profert* TESTIMONIA AUCTORUM GENTILIUM, *ad confirmationem Hiſtoriæ Sacræ.*

VIII. *Plurimum quoque utitur* LOCUTIONIBUS, *Græcis & Romanis Scriptoribus uſitatis.*

1. *Eo quoque referendum eſt, quod Hebræorum menſes vulgo interpretatur mox adjecta appellatione Macedonum, aliquando etiam Ægyptiorum.*

2. SUPPUTAT *quoque* TEMPORA *per Olympiades & per annos Coſſ. Rom.*

IX. SOMNIA, *quæ viris quibuſdam Sanctis divinitus contigerunt, interpretatur fere (ut videtur) ex regulis Oneirocriticis Veterum. Erat autem Joſephus ipſe interpretandorum ſomniorum peritus, uti de ſe teſtatur.*

X. DIVINA ORACULA (*quæ Romanum Imperium ſpectant*) *ita vulgo exponit, ne ingrata queant eſſe Romanis. e. g. illa quæ notat de ſomnio Nabuchodon. & paſſim.*

XI.

XI. Ut Judæorum Gentem *Ethnicis commendet*,

1. *Eorum hoſpitalitatem & benignitatem erga alias gentes maxime laudat.*

2. *Principum extraneorum munificentiam erga Judæos ſtudioſius etiam commemorat.*

XII. *Adde quod in Græcorum & Rom. gratiam cenſeat Joſephus ſacram Poëſin fere contineri metris earum gentium. Clerici Ep. Hieron. p.* 311. Hæc ille.

Similis fere argumenti ſunt Diſſertatiunculæ quædam, ſtudioſe conſcriptæ ab *J. B. Ottio*, atque ad nos tranſmiſſæ ab eodem Eruditiſſimo Viro, curante plurimum Reverendo *F. A. Lampe*, S. Th. celeberrimo in Ultrajectina Academia Profeſſore. Continent *Omiſſa Varia a Flavio Joſepho*, & inſuper *Centuriam Locorum N. T. cum Flavianis vel Phraſibus vel Hiſtoriis aliquid commune habentium &c.* quæ quidem ultima pars ſpecimen continet laboris utiliſſimi, ſi quis eum ſubire vellet, ut ad Raphelii morem, ſicut ille ex Polybio, Xenophonte atque Arriano collegit, quæ ad N. T. illuſtrationem faciant, *Joſephum* quoque accurata induſtria perlegeret; quem plurimum in phraſi ſua atque verbis cum S. S. N. T. convenire inter legendum ſæpiſſime deprehendimus. Miſit vero haſce Obſervationes inprimendas Auctor, ut ſalivam literatis moveat Lexici in *Joſephum* Operoſioris commemoratio atque promiſſio, in quo ſecundum literarum ordinem pag. 320. in fine, congeſta dicit quidquid vel *Joſepho* vel ex *Joſepho* S. S. lucem credidit adferre poſſe, & ſic quaſi *Concordantiam* fore *Joſephicam*. Verba ejus hæc ſunt: *Hanc Centuriam ſpeciminis ſaltem loco damus; poſſent enim in ſexcenta alia Scripturæ etiam Novi Teſtamenti loca pura ſiſti, quibus aliquid vel ex Joſepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipſi. Majores noſtri labores ex quibus hæc excerpſimus, in modum Lexici conſcripti juſtum & magnum Volumen in Folio habent & quaſi Concordantiam, infinitis Obſervationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil deſit, dein quæ rem Numismaticam veterem illuſtrant, conſignata enim ſunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numiſmata, quæ omnia vel abſolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri poſſunt.* Ipſius Lexici Specimen habes pag. 319. ex quo conſilium & modus Viri Præſtantiſſimi omnibus patere poteſt. Sed in ejus Libri editione obſervandum erit, prius omnia *Joſephi* loca, quæ ex Veteribus ante *Hudſonum* Editionibus expreſſa ſunt, conferri ad noviſſimam debere, ut non ſolum Libri, Capita, Paginæ, ſed verba quoque reſpondeant; dein ut Numiſmata non alia adferantur, niſi quæ *Joſepho* illuſtrando faciant, eaque, ſi fieri poſſit, multa hactenus inedita oſtendant, Nummi ipſi juſta magnitudine, non veluti æquales picturæ ſculpantur, neque archetypis deteriores, in quo tantum propter inſcitiam artificum ex Typographorum avaritia peccari video, ut pluries, imo nonnunquam prima vice repetiti, vix umbram ſimilitudinis oſtendant. *Ottiana* iſta comparent pag. 305-323.

Sequitur dein pag. 324-329. Diſſertatio *Chriſtophori Cellarii* contra iſtum celeberrimum Novatorem *Joannem Harduinum*, qua contra illum *Flavii Joſephi* de *Herodibus* hiſtoriam a Νοθείας ſuſpicione vindicat. Agmen denique claudit Opuſculum Doctiſſimum, *Chriſtiani Noldii* Hiſtoria *Idumæa*, ſeu Diatribe de Vita & Geſtis *Herodum*. pag. 333-401. Quæ enim ſuperſunt ſuperius memoravimus, *Spanhemiana* videlicet & Collationes quaſdam MSS.

Univerſum Opus Indices claudunt; Auctorum videlicet, qui a *Joſepho* citantur; Vocum Græcarum, quæ obſervatu digniores apud *Joſephum* occurrunt; Chorographicus Regionum, Urbium, Locorum &c. multum ex ſchedis *Spanhemianis* ſuppletus atque emendatus, ſicuti in illo quoque Rerum, qui ſequitur plurimum Incomparabilis ejus viri nobis profuit induſtria. Index Quintus atque ultimus nomina habet Scriptorum quibus in Notis aliqua lux affunditur.

Et tantum erat, *Candide Lector*, quod præfari neceſſe erat, ut & ſuſcepti Operis atque Benigniſſimi Numinis auxilio abſoluti, ratio conſtaret; ſuuſque honos haberetur tot Viris Clariſſimis, de *Joſepho* & Re Literaria optime meritis, a quibus maximum huic Editioni momentum acceſſiſſe fateor.

Tria reſtant verba. Sæpius in Notis ad Tabulas Numiſmaticas (præſertim ab Ill. *Spanhemio*) provocari videas; eratque animus ad finem Tomi Secundi illas ponere, ſed mutavimus poſtea conſilium, & melius duximus poſt hanc Præfationem eaſdem collocare. Adjunximus iiſdem brevem interpretationem, qualis ſcilicet pro *Joſepho* illuſtrando ſufficiebat, & paſſim quoque ſignificavimus ad quæ loca in Auctore noſtro pertinerent, & ubinam a *Spanhemio* vel Nobis in Notis mentio eorum injecta eſſet. Nummi vero inter eos haud vulgares occurrunt, & nonnulli qui nunc primum ex Muſæo noſtro, vel incogniti antea, vel integriores prodeunt; quod ſupereſt, labore Noſtro fruere, & Literarum Felicitati bene precare.

ADDENDA ET EMENDANDA.

De Bello Jud. Lib. II. *Cap.* VIII. §. 9. inter τὶς & ἀκόντων intercidiſſe δ'. exiſtimat *Petitus* in Var. Lect. p. 204. ſc. *invitis ſex è novem qui adſunt* Cap. XIV. §. 1. in initio pro ἐπιτροπὴν legit ἐπιστοπὴν *Caſaub.* Cap. XVI. §. 4. pag. 188. in Notis Hudſoni pro *cis Iſtrum.* repone *trans Iſtrum.* Ibid. pag. 189. in f. ad illa *Octo menſibus* conferri meretur *Lipſius* de Magnitudine Rom. II. 10. pag. 190. lin. 18. pro *pendit* lege *pendet.* Cap. XVIII. §. 1. pag. 197. ad primam notam addiderat in Add. *Hudſ.* Lectionem Γεβανῖτιν ex Bod. rectam forſitan eſſe, & conſuli debere *Relandum* in Palæſtina pag. 199. Ibid. §. 3. p. 198. in verſione ad *diſſimulantes illorum fidem*, notaverat in Add. *Hudſon.* Fortè, *ineſcantè illorum fidem.* ut & §. 5. *audaciores—è medio--formidandos autem carcere detinebant* ſeſe malle. dubitatque an non Κίστιον Γάλλον ſcripſerit *Joſephus* ibid. §. 11. in init. pro eo quod legitur Κίστιον Γάλλον. Cap. XIX. §. 5. Vide *Savilii* Notas ad *Tacitum* p. 115. Ed. *Arg.* §. 8. in f. pro *Beteron* repone *Bethora.*

1. Æ.s.

2. Æ.s.

3. Æ.

4. Æ.s.

5. Æ.s.

6. Æ.s.

7. Æ.s.

8. Æ.

9. Æ.

10. Æ.s.

11. Æ.s.

12. Æ.s.

13. Æ.

14. Æ.s.

15. Æ.

16. Æ.

17. Æ.

18. Æ.

19. Æ.s.

20. Æ.s.

SIGEBERTI HAVERCAMPI NOTÆ IN TABULAS DUAS NUMISMATICAS,

QUÆ CONTINENT NUMISMATA XLI. PRO ILLUSTRANDIS VARIIS JOSEPHI LOCIS.

Nummi, quibus Aſteriſcus apponitur, ex Muſæo Noſtro vulgantur.

TAB. I.

Num. 1. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput* Hadriani, *corona laurea, radiis inde erumpentibus, quaſi alter* Apollo, *decori. Ab altera parte dimidia ratis eſt, cum literis quibuſdam lectu difficilibus, ſed ex quarum reliquiis apparet pertinere Numiſma ad* Dorenſes, *qui ob beneficium aliquod ab* Hadriano *acceptum ſeſe* Sebaſtenos, *i. e. Cæſareënſes vocant.*

Doram, Phœniciæ *civitatem plus ſemel commemorat Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* VII. *pag.* 655. *&* 656. Joſephus. *Ubi enim prælium deſcribit inter* Antiochum *atque* Tryphonem, *& quomodo hic ex ſuperiore* Syria *ejectus fuerit in* Phœniciam, *addit inſecutum ad* Doram *uſque* Tryphonem, *qui eo ſe receperat, fuiſſe* Antiochum; *fuiſſe autem dicit locum munitum & expugnatu difficilem. Sita fuit hæc civitas in* Phœnicia *ad montem* Carmelum, *uti teſtatur* Flavius *Lib.* II. *Contra* Apionem §. 9. *pag.* 478. *ubi paullo ante lepidam fabellam ejuſdem* Apionis *commemorat, videlicet* dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat veniſſe ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promiſiſſe traditurum ſe eis Apollinem Deum Dorenſium: venturumque illum ad noſtrum templum, ſi omnes aſcenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero feciſſe quoddam machinamentum ligneum, & circumpoſuiſſe ſibi, & in eo tres ordines finxiſſe lucernarum, & ita ambulaſſe, ut procul ſtantibus appareret, quaſi ſtella per terram iter agens. Judæos quidem, inexſpectata viſione obſtupefactos, cum procul quidem abeſſent, quieſcere: Zabidum vero multa quiete ad templum veniſſe, & aureum detraxiſſe cantherii caput (ita enim ſcripſit, facetus videri volens) & rurſus Doram velociter ſe contuliſſe. Igitur & nos dicere poſſumus, quod aſinum, hoc eſt ſemetipſum, gravat Apion, facitque ſtultitia ſimul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nuſquam terrarum exſtant, & civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni noſtræ confinis eſt, poſita juxta Gazam, & nulla in ea eſt urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum itinere diſtat à Judæa. Cur itaque nos præterea accuſat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, ſi ſic facile credidere patres noſtri ad ſe venturum Apollinem, & cum ſtellis ſuper terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifeſtum quod lucernam nunquam prius conſpexerunt, qui tot & tanta lucernarum accenſionis feſta celebrarunt.

Integrum adduxi locum, quod ex eo appareat urbi Doræ (*licet perperam* Idumææ, *a qua, uti in Notis docemur, quatuor dierum itinere diſtabat, tributæ*) *adſcribi cultum* Apollinis, *ita ut* Apollo *Deus* Dorenſium *appelletur. Quod* Doræ *tamen* Phœniciæ *convenire ſingularis hic docet nummus, quem ſub* Hadriano *cuderunt* Dorenſes, *in quo ab altera parte* Apollinis *inſignia, radios præter laurum, Imperatorio addunt capiti; & ab altera parte navalem ſuam potentiam, per navis figuram exprimunt. Fuit enim hæc urbs eo nomine inclita, quare etiam* ΝΑΥΑΟΧΟC *ſeu* Navale *dicta fuit; uti obſervat* Spanhemius *ad Lib.* V. *Antiqu. Cap.* I. *pag.* 422. *in* Addendis. *Ipſum vero Nummum ſecum ex itinere* Græco *atque* Aſiatico *muſice redux adduxit Nobiliſſ. & Generoſiſſ.* Jo. Ægidius ab Egmont, de Nieuburg, *ipſumque inter reliqua omnis generis inedita Numiſmata, ex indulgentia ejus, in uſum meum, & aliquando forſan publicum, delineari juſſi.*

Num. 2. ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Caput Herois* Eurypyli; *ab altera parte* Paphiæ Veneris *templum, cum inſcriptione,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΩΛΙΩΝΟC. Pergamenis *cur* Eurypylus *in Nummis decori ſit, erudite (ut ſolet) explicat* Spanhemius *de Uſu & Præſtantia Numiſm. pag. minoris Edit.* 479. *Adducimus vero Nummum hunc, ut oſtendamus, id quod dicimus in Notis ad Antiq. Lib.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 722. *ſemper nomen id efferri per duplex* Lamda, *&* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *æque ab Antiquis ac* ΠΟΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, quod & idem docet Nummus qui numero inferius* 32. *occurrit, & qui obſervatur Num.* 11.

Num. 3. *Caput biceps, virile atque muliebre; ab altera parte laureæ incluſa cernitur bipennis inter monogramma quoddam, botrum, atque pharetram, cum literis* ΤΕΝΕΔΙΩΝ. *Similes huic nummo (qui nunc primum ex Muſæo Nobiliſſimi* Markii *prodit) innuit Ill.* Spanhemius *in Notis ſuis ad Antiqu. Lib.* XI. *Cap.* VI. *pag.* 568. *ubi ad illa de Rege* Perſarum, *cujus thronum cum ſecuribus circumſtabant Satellites,* Θεσήκεζαν ὃ τ Θρόνον αὐτῦ πελέκεις ἔχονλες ἄνθρωποι, *notat, ſic quoque ſecurigeros circa ſolium* Teni *aut* Tenedi *fuiſſe, quo ſecuri continuo plecterentur rei.*

Num. 4. ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑCΥ. ΑΤΤΟ. *quæ epitheta declarant fuiſſe urbem* Mocam *Sacram, jure Aſyli gaviſam, & ſuis legibus uſam. Nummus vero ipſe, delineatus apud* Patinum *pag.* 184. Antonini Pii eſt, *atque Deam* Fortunam *in templo tetraſtylo exhibet. In alio ejuſdem urbis nummo (quem in* Severo *memorat Vaillantius pag.* 84. *nuſquam vero adhuc depictum offendi) eadem epitheta occurrunt; & muliebris deprehenditur figura, dextra præferens ſpicas & papaver, læva vero cornucopiæ tenens, ad indicandam regionis ejus ſummam fertilitatem. Fuit vero* Moca *civitas* Arabiæ, Maacha *aliis dicta, de qua Nota conſuli poteſt* Spanhemii, *qui hoſce citavit nummos ad Antiqu. Lib.* VII. *Cap.* VI. *pag.* 378.

Num. 5. ΣΕΡ. ΓΑΛΒΑ ΙΜΡ. CAES. AUG. *Caput* Galbæ *laureatum. Ab altera parte laureæ incluſa hæc legitur inſcriptio.* ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ. ΙΖΥ. *qua innuitur cujus fuiſſe anno æræ*

*****

An-

Antiochenſis CXVII., *de qua, uti & de Nummo hoc videndus* Noriſius *in celeberrimo de Epochis* Syro-Macedonum *libro pag.* 165. *Hujus* Muciani, Syriæ *Præſidis, ſæpius cum laude mentionem facit* Joſephus, *ipſumque hunc nummum citavit* Spanhemius *ad Lib.* IV. *de Bello. Cap.* I. *pag.* 266.

Num. 6. ΝΕΡΩΝ. *Caput* Neronis *laureatum, & ab altera parte, pro fertilitate terræ deſignanda, Cornucopiæ gemina figura, cum inſcriptione* ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΑΡ. Gadara, Cœle-Syriæ *urbs, cujus epocham docet Eminentiſſ.* Noriſius *pag.* 297. *& ſeq. crebro a* Flavio *commemoratur; narrat enim Lib.* I. *Cap.* VII. *de Bello, pag.* 69. *& Antiquit. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. *inſtaurata fuiſſe* Gadara (Judæi *enim paullo ante everterant*) *a* Pompejo, *poſt devictum* Ariſtobulum, *in gratiam liberti ſui* Demetrii Gadarenſis. *Eandem urbem antea* Alexander Jannæus, Judæorum *rex, poſt decem menſium obſidionem expugnaverat, teſte eodem Antiqu. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 669. *poſtea vero* Herodes Magnus *minus civiliter* Gadarenſes *tractavit; unde acris Legatorum ad Cæſarem* Auguſtum *in* Syria *agentem expoſtulatio cum* Herode, *quem imperioſum, acerbum, atque tyrannum nuncupabant; quemque de vi, rapinis, & templorum everſionibus, ſed infelici ſucceſſu, accuſabant, teſte* Joſepho *Antiqu. Lib.* XV. *Cap.* X. *pag.* 775.

Num. 7. *Spectat & hic nummus ad* Gadara, *de quibus modo egimus; eumque deſcripſit* Noriſius *pag.* 300. *non autem depinxit, communicatam modo ſcripturam ejus a* Nicolao Toinardo *memorans; depinxerat vero jam olim* Æneas Vicus *inter* Neronis *Numiſmata, verum alteram tantum partem, quam itaque ſolam dare poſſumus. Legitur ibi præter inſcriptionem* ΓΑΔΑΡΑ *æra eadem, quæ in ſuperiori,* L. ΑΑΡ. *addita priori litera quæ nota anni apud* Græcos *eſſe ſolet; innuitur autem annus* CXXXI. *Male enim connectuntur apud Vicum literæ* ΑΑ. *quaſi* ΑΜ. *eſſent. Figura vero muliebris turrito capite, dextra lauream tenens, læva cornucopiæ, palmamque ad pedes, ad caput ſtellam habens, urbis* Gadaræ *Genium deſignat, quæ Neroni, tanquam Apollini alteri, victoras ſuas muſicas gratulari videtur. Capitis epigraphe apud Noriſium eſt* ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ.

Num. 8. & 9. *Sufficit delineationem aureorum horum numiſmatum proponere, quæ paſſim apud Antiquarios,* Vaillantium, Begerum & Spanhemium (*ex quo pag.* 404 *&* 406. *deſumta ſunt*) *celebrantur & explicantur. Occurrunt in illis capita jugata* Ptolemæorum Ægypti *regum, quorum amorem & munificentiam in literas & literatos, & alii omnes paſſim, tum quoque* Joſephus *celebrat, ubi ſtudium Philadelphi pro conquirendis libris* Judæorum *Sacris, atque magnifica ejuſdem donaria,* Hieroſolymas *miſſa, commemorat Antiq. Lib.* XII. *Cap.* II. *pag.* 590. *ubi ipſos hoſce Nummos, in Notis, citat Spanhemius, cum inſcriptione* ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. *in quibus a parte illa, quæ* ΑΔΕΛΦΩΝ *inſcribitur,* Ptolemæi Philadelphi, *ejuſque conjugis ſimul ac ſororis,* Arſinoës *jugata occurrunt capita; ab altera vero parte illa Ptolemæi Lagi atque* Berenices *pariter jugata ſpectantur. Putat vero male verti Ill.* Spanhemius *pag.* 406. *ab* Leone Allatio *in Monumento* Adulitano ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ *per* Deorum Fratrum, *atque ipſe mallet,* Deorum Fratris Sororiſque; *ſed fruſtra; quum pariter jam olim* fratres *inter Deos dixerit* Saturnum & Opem Tertullianus *Lib. Ad Nationes* II. *Cap.* XIII. Inceſto jam junctos Opem & Saturnum Fratres recepiſtis.

Num. 10. *Caput muliebre, ſine inſcriptione; ab altera vero parte eſt Aquila fulmini inſiſtens inter cornucopiæ & literam* Π. *cum inſcriptione* ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Protulit nummum hunc* Begerus *Tom.* III. *Theſ.* Brandenburgici *pag.* 33. *quod autem in hac pictura, capitis ornatum & ipſam aliquo modo faciem differre vides a* Begeriano *nummo, inde eſt, quod partem priorem juxta nummum, quem ipſi hujus Reginæ poſſidemus, pingi ſculpique curavimus, haud ingratam hanc varietatem rati fore Antiquitatum ſtudioſis in Nummo plane memorabili.*

Exiſtimat Cl. Begerus *faciem hanc muliebrem referri debere ad* Cleopatram, Ptolemæi Euergetæ, *tertii Ægyptiorum regis, ante* Berenices *ſcilicet,* Magæ, Cyrenarum *regis filiæ cum eodem nuptias, uxorem. Totum Viri Cl. argumentum ſola litera* Π. *nititur, quam ipſe pro numerali capit, atque ad annum æræ* Alexandrinæ LXXX. *refert, regnique adeo* Euergetæ XV. *ut ipſe computat. Verum ut alia taceam, ſublato fundamento hujus conjecturæ, & ipſa tota corruit, quum inſuper contra Hiſtoriarum nitatur fidem. Literæ ſimiles in Nummis* Ægyptiorum *non ſunt numerales, niſi litera inſuper* L. *quæ* Ανκαβάντ@ *denotat addatur, uti apud Vaillantium pag.* 124. *& alibi videre eſt, verum ſemper initiales ſunt alicujus urbis, quæ nummum iſtum cuderit; ſic ibidem apud* Vaillantium *& pag.* 111. 115. *&c. literæ* ΠΑ. *denotant a* Paphiis *cuſos nummos; uti pag.* 70. *litera* ΗΡ. *docent ab* Heracleopolitis *profectum nummum ibidem* Philopatoris; *& pag.* 84. ΣΑ. Salaminem *deſignare creduntur; atque pag.* 50. ΘΕ. Thebæos, *& ſic in cæteris. unde literam* Π. Peluſium, *vel aliam* Ægypti *urbem denotare exiſtimo; faciem vero illam ad aliam Reginam referendam eſſe, vel uno hoc argumento. Quum* Magæ *filiam* Berenicen *uxorem caperet* Ptolemæus, Euergetes *poſtea dictus, vivebat adhuc pater ejus* Philadelphus, *atque aliquot poſt annis vixit. Unde nequaquam uxori* Euergetis, *quæ ſtatuatur ei etiam ante* Berenicem *nupta fuiſſe,* ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, *qui in hoc nummo legitur, titulus convenit. Quæ ut jam omnia mittam, ipſe meam ſententiam in medium adferam. Puto videlicet pertinere ad* Cleopatram, *filiam* Antiochi Magni, Syriæ *regis, quæ nupta fuit* Ptolemæo Epiphani, *quinto* Ægypti *regi, & cui in dotem pater dedit* Cœlen-Syriam, Phœnicen, Judæam & Samariam; *Supervixit ipſa marito, & magno in honore habita a filio, cui ob id* Philometori *cognomen fuit; majore multo* Ægyptiorum *deſiderio, ætate florente deceſſit; uti docet* Vaillantius *pag.* 88. *in præclariſſima ſua* Ptolemæorum *Hiſtoria. Eſt itaque ipſa hæc* Cleopatra *illa, cujus mentionem fecit Joſephus Lib. Antiqu.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 600. Poſtea autem (*inquit*) amicitiam & fœdus cum Ptolemæo fecit Antiochus: eique filiam ſuam Cleopatram nuptum collocavit, & Cœlen-Syriam, & Samariam, & Judæam, & Phœnicen dotis nomine tribuit. *Jam etenim bellum contra* Romanos *decreverat* Antiochus Magnus, *& ob id validas affinitates potenteſque ſocios quærebat. Eſt & denique ejuſdem hujus* Cleopatræ *alter nihi nummus, æreus quoque, & alio tempore publicandus, hoc paullo minor, cum ſimili typo, ſed litera urbis initiali* M. *qui ſimiliter Cl,* Begeri *penitus convellit ſententiam de æra hoc modo expreſſa.*

Num. 11. *Caput inberbe, nudum, quod ex falſa inſcriptione* ΟΥΗΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ Ovidio (*qui hinc in Editionibus Poëmatum ſuorum faciei filum ſortiri nunc ſolet*) *tribuitur ab Ill.* Spanhemio *pag.* 43. *Operis Minoris, ſeu* 54. *Majoris. Ab altera parte facies eſt barbata, quam* Jovi *tribuo, cum inſcriptione* ΜΕΝ... ΑΣΙΟΥ.

Diximus ad Num. 2. *in antiquo ære &* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, &* ΠΟΛΛΙΩΝΑ. *Plures vero nummos, hujus explicandi gratia, adducit Spanhemius, in quibus per* O. *non vero per* Ω. *prior pars nominis iſtius ſcribi ſolet, quem conſulat Lector eruditi cupiens. Certum quidem eſt, cuſum hunc nummulum ſub* Auguſto, *quod ex adſcriptis nominibus* Vedii, *&* Menandri *qui* Parrhaſii *filium ſe ſcribit, apparere poteſt. Depingit enim inter* Auguſti *nummos Goltzius tab.* LXXV. *Num.* 24. *unum, in cujus altera parte legitur* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ. *Templum eſt octo columnis ſuffultum, ad cujus latera caduceus eſt cum quatuor ſpi-*

ſpicis; ad Cæſaream *vero* Palæſtinæ *pertinere docet inſcriptio Num. ibidem* 23. *ubi legitur* ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *juxta caput* Auguſti *ad cujus collum pharetra eſt. Idemque Templum in altero* Cæſarenſium *cernitur, citante* Vaillantio *in* Auguſto *pag.* 4. *cum eodem nomine; adſcribitur enim* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *& ad caput, quod* Auguſti *eſt, & nudum ſine laurea,* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Denique ipſe* Spanhemius *in poſtrema atque majore Editione pag.* 54. *&* 55. Auguſti *pariter nummum citat, in quo Cæſaris ejus ab altera parte caput cum literis* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *ab altera ſimile caput barbatum ut in hoc (quem explicamus) numinulo, & literis* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. *qui nummi omnes, ſicuti nimis aperte ad* Auguſtum *ipſum pertinent; ita nulla ratio eſt quare hunc* Auguſto *abjudicaremus, &* Ovidio *largiremur, niſi literæ* ΝΑΣΩΝ. *quas quidem ego quovis pignore auſim contendere non ita in numino exſtare, vel recenti fabrica, in nummo cætera antiquo, artificio, ſordidis hominibus nimis familiari, exſculptos fuiſſe; ita ut ex literis* ΠΟΛΛΙΩΝ *remanſerint antiquæ poſteriores duæ, reliquæ vero* ΠΟΛΛΙ *ita mutatæ fuerint, ut litera* Ι. *in* Σ. *mutata fuerit, proxima* Λ. *lineolam in medio, ut* Α. *fieret, acceperit, deletis dein primis* ΠΟ. *tertia* Λ. *manſerit, verum virgulam ad latus, ut* Ν. *fieret acceperit; & ſic novus in nummis hoſpes* Ovidius Naſo *pro* Vedio Pollione *emerſerit. Uterque vero &* Menander *ille* Parrhaſii *filius, &* Vedius Pollio, Cupedii *filius, cum magiſtratus fuerint* Cæſarenſium *uno atque eodem tempore, Cæſari* Auguſto *nummos cuderunt; neque privato* Ovidio *id facere, florenti licet amicitia* Cæſaris *conſueverunt; vel, fulmine ejus offlato poëta, auſi fuerunt; vel denique poſt mortem, ad revocandam* Muſarum *Venerumque omnium Sacerdotis memoriam potuerunt; ut qui vivente adhuc* Auguſto *magiſtratu* Cæſareënſi *perfuncti fuerunt.*

Num. 12. *Rariſſimus hic nummulus nunc primum ex noſtro Muſæo prodit; neque enim ante quis unquam* Aretæ *Regis faciem in tanta Antiquitatis felicitate exhibuit. Reſervare eum conſtitueram, ut una cum aliis pretioſis antiquæ Monetæ reliquiis quæ in Muſæo noſtro aliorumque Belgarum ſervantur, aliquando operoſius prodiret in publicum; ſed in Flavii Joſephi gratiam exprimere eundem hic placuit; magnam enim ibi, ut ex Indice videre eſt, hiſtoriæ partem Aretas facit. Habet a priore parte caput Regis diademate cinctum; a poſteriore figuram muliebrem, ſtantem, dextra tenentem pateram, læva haſtam, cum inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ. *Nummulus hic ex ære eſt, rariſſimus, & optime conſervatus.*

Num. 13. M. SCAVR. AED. CVR. *in imo* REX ARETAS. *per tranſverſum* EX S. C. *Camelus, ad cujus pedes Rex genuflexus ramum profert. Ab altera parte* P. HYPSAE AED. CVR. *& in imo* C. HYPSAEVS COS. PREIVER. CAPTV. Jupiter *in quadrigis currentibus, dextra fulmen tenens, ſiniſtra habemas, in imo ſcorpio viſitur.*

Quæ ad hujus denarii explicationem pertinent, peti poſſunt ex Commentatoribus ad Familias Romanas, Urſino & Vaillantio; *quantum vero* Joſephicæ *hiſtoriæ illuſtrandæ huc iſte refertur denarius, inſpici meretur Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *ubi legimus redemiſſe* Aretam *Regem* Arabiæ *bellum trecentis talentis a* Scauro *& ipſo pacis ſatis cupido. Eadem fere leguntur de Bello Lib.* I. *Cap.* VIII *pag.* 69. *ubi hunc quoque nummum in partes advocat* Aldrichius.

Cum autem Scaurus (*inquit*) in Petram Arabiæ *regiam* expeditionem feciſſet, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani juſſu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat *ei* præbebat: miſſuſque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hoſpes eſſet, perſuaſit ei ut pecunia vaſtationem agri redimeret. & ipſe trecentorum talentorum ſponſor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit: non minus quod ipſe hoc voluerit, quam quod Aretas idem concupiverit. *Alibi vero ſic ſcribit:*

Interea Scaurus, in Arabiam ingreſſus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Pellam erant omnia depopulabatur; hoc tamen facto malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens victui neceſſaria; quem etiam ad Aretam, quaſi ei familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipſo redimeret. Atque perſuaſum eſt Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

Num. 14. Judæam *a* Veſpaſiano Titoque *captam complures referunt nummi, cum pluribus typis atque inſcriptionibus a* Græcis *pariter &* Romanis *in horum, ut & in* Domitiani *honorem cuſis. Sola itaque raritas & inſignis inſcriptio nummum hunc, quem ineditum hactenus ex Muſæo noſtro damus, commendant. Cernitur in illo caput* Domitiani *laureatum, cum literis* ΔΟ..... ΚΑΙΣΑΡ. *ab altera parte Victoria, pedem globo imprimens, clypeo, palmæ arbori appenſo, inſcribit: in circuitu* Judæa *capta hiſce ipſis* Græcis *literis deſignatur.* ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΟΣΙΑΣ.

Num. 15. *Neque hunc addidiſſem, quamvis non inter vulgares, numinulum, niſi eximia ars atque pulchritudo in integerrimo elucens denario plurimam illi gratiam adderent. Capita habet* M. Antonii *Triumviri fratriſque ejus Conſulis* L. Antonii, *cum inſcriptionibus* L. ANTONI COS. *&* M. ANT. IMP. AVG. III VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P.

M. Antonii *amicitia Magnus factus eſt* Herodes, *qui illi ad extremum uſque fidus manſit, & turrim,* Antoniam *dictam, in ejus honorem ædificavit.* M. *vero* Antonii *plures in Familia* Antonia *apud* Vaillantium *exſtant nummi, qui cum rebus* Judaïcis, *Hiſtoria Joſephica & devicto* Ariſtobulo *communionem aliquam habent; ſed nolumus numero gravari.* M. *&* L. Antoniorum *facies repræſentaſſe contenti, quoniam utriuſque merita erga Judæos egregia fuerunt, ſicuti Decreta P. R. oſtendunt; in quibus* Marci *&* Lucii Antonii *nomina laudantur Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* X. §. 13. *&* §. 17. *pag.* 708. *&* 709.

Num. 16. *Magnum* Pompeji *nomen in Oriente fuit, ubi maximas res armis geſſit, plurimoſque partibus ſuis faventes Bello Civili invenit. Hujus* Pompeji *cum alias virtutes, tum continentiam, ut qui a ſacris pecuniis ornamentiſque Templi* Hieroſolymitani *nihil abſtulerit, merito laudat* Flavius *Antiqu. Lib* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. Non mediocriter autem læſa eſt templi religio, inacceſſi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingreſſi ſunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, niſi pontificibus ſolis, videre fas erat. Cum autem intus eſſent & menſa aurea, & ſacrum candelabrum, & pateræ quibus libatur, & magna vis aromatum, prætereaque in theſauris ſacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: ſed hac in re convenienter ſuæ virtuti ſe geſſit. Sequenti vero die, juſſis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum reſtituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga ſe Officia, tum quia Judæos incolas Ariſtobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores ſecuri percuſſit. *Quæ eadem fere repetuntur Lib.* I. *de Bello Cap.* VII. *pag.* 68. *Quare non injucundum exiſtimavi vultum ejus, qualem proxime ad veram venerandi ejus oris ſimilitudinem accedere puto, ex integerrimo, qui penes me eſt, denario depingere. In eo* Q. Naſidius, *cujus nomen legitur priſco more* Q NASIDIV. *ſcriptum, infra navem cum velo expanſo & remigantibus, dum claſſi* Sexti

Pompeji *præfuit, ejus enim partibus, patris judicium in* Cneo *contra* Cæſarem *ſequendo ſecutus, adhæſit,* Cnei Pompeji Magni *expreſſit vultum, in quo juxta* Lucanum *Lib.* VIII. ℣. 679. *agnoſcitur*

—— —— —— illa verenda
Regibus hirta coma, & generoſa fronte decora
Cæſaries.

Sive κόμης ἀναξολὴ, ut Græci vocabant. Tridens vero ante vultum, & delphinus in imo, maris denotant imperium, adeoque Neptuno *Regi* Cneum Pompejum *adæquant.*

Num. 17. & 18. *Græciæ Veteris, ſeu* Italiæ, *celebris admodum erat civitas* Tarentum, *ubi* Joſephus *notat* Antipatrum, Herodis Magni *filium, accepiſſe ex* Judæa *literas, quæ* Pheroræ *obitum, malum ipſi omen, annunciaverint. Lib. Antiqu.* XVII. *Cap.* V. §. 1. *pag.* 836. *Plura hujus nobilis urbis, & Lacedæmoniorum olim coloniæ exſtant Numiſmata; in quibus fere omnibus conditores ejus atque inſtauratores* Taras & Phalanthus *exhibentur; cujus generis & hæc duo ſunt Numiſmata ex Muſæo noſtro, quæ in quibuſdam minutiis ab hactenus editis diſcrepant, ſed de quibus nunc quidem agere ſuperſedemus.*

Regni Commagenes *crebra mentio occurrit apud* Joſephum, *ſed præcipue memorabilis eſt everſio regii ibidem nominis, quod immerito* Romani, *fiſco ſuo ſtudentes, ſub ampliatore ejus* Veſpaſiano, *abſtulerunt* Antiocho *ultimo, qui, ſi quis alius, una cum ſobole ſua, optime de iſtis Orbis domitoribus, atque de ipſo Imperatore, fuerat meritus. Fatum miſerandi iſtius Regis, qui ex ſummis opibus, ſenili ætate, nullo ſuo merito, ad privatam recidit fortunam, copioſe deſcripſit Hiſtoricus Lib.* VII. *de Bello Cap.* XXVII. *pag.* 420. *Hujus* Antiochi, *filiorum itidem ejus, aliorumque* Commagenes *Regum quum reſidua Numiſmata ſculpta invenerim Volumine* I. *Theſauri* Britannici *pag.* 108. *& ſeq. non ingratum Lectori meo fore ſpectaculum judicavi, ſi ſingula apponerem, ſunt autem decem numero.*

Num. 19. ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *Caput regis* Antiochi *diadematum. Ab altera parte Laureæ includitur Capricornus, ſub quo* Seleucidarum *nota, Anchora, conſpicitur, cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Nummum hunc ad* Antiochum I. *pertinere credunt.*

Num. 20. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦΑ. *Caput regis* Antiochi *diadematum, ita ut extrema pars alterius nodi per collum diffluat. Ab altera parte Scorpio cum ſolita inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *laureæ incluſus cernitur. Nummus hic paullum differt ab* Haimiano, *quoniam ex meo dedi Muſæo, tam pulchrum integrumque, ut vix unquam ſimilem viderim. Putat autem* Jo. Maſſonus Antiocho III. *qui ſub* Tiberio *deceſſit, eſſe aſſignandum.*

Num. 21. ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput regis diadematum. Ab altera parte duæ cornucopiæ decuſſatim poſitæ, & inſcriptio* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 22. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput diadematum* Antiochi *Regis; ab altera parte Scorpio Laureæ incluſus cum inſcriptione* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

Num. 23. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput Regis diademate revinctum; ab altera parte Laureæ incluſus Scorpio, cum literis* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 24. ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. *Miſeri regis* Antiochi *ultimi ſenile caput, ultima diadematis parte in collum diffluente. Ab altera parte Scorpionis typus & ſolita inſcriptio.*

Num. 25. *Caput* Caji Cæſaris, *cum inſcriptione* ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ..... *Ab altera parte Regis cujuſdam caput eſt, quem non male arbitratur* Haimius *pag.* 242. Antiochi *cujuſdam* Commagenes *eſſe, & quidem ejus qui Caligulæ vixerit temporibus. Notas idem illas, quæ ſub mento regii capitis viſuntur ſe non capere aſſerit. Dolendum certe eſt circa oras non integriorem eſſe nummum, quæ videntur literas habuiſſe nomen & dignitatem depicti capitis indicantes. Sicuti vero teſtantur Scriptores,* Antiochum *quendam a* Cajo *donatum fuiſſe non tantum* Commagenes *regno verum etiam maritimis* Ciliciæ *oris, hic vero nummus in rei teſtimonium & gratitudinis ergo ab* Antiocho *cum ſua non tantum, ſed & Imperatoris* Romani *effigie percuſſus ſit, ita in eodem vocare ſe* Commagenes & Ciliciæ *Regem potuit; ut literæ* IA. *quæ adhuc ſuperſunt, reliquæ ſint ex* KIA. *quæ* Ciliciam *deſignaverint.*

Num. 26. ΑΝΤΙΟΧΟ.. ΒΑΣΙΑ... *Caput Regis diadematum, quod impreſſas ad collum & mentum duas habet notas ſeu marcas (quales creberrimæ in Græcorum nummis) quibus inpreſſum eſt Cornucopiæ ducuſſatum, quod ad Num.* 21. *in* Commagenorum *quoque nummo vidimus, &* Seleucidarum *inſigne Anchora. Ab altera parte Scorpio Laureæ includitur cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Pertinet vero nummus ad eundem, de quo modo,* Antiochum, IV. *videlicet, a* Cajo *atque Claudio ad honores evectum.*

Num. 27. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΙΟΤΑΠΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. *Caput elegans* Jotapes *Reginæ diademate cinctum. Altera pars cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *ſolitum Scorpionis & Laureæ habet ſymbolum.*

Num. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙΟΙ. *Regii juvenes equis inſidentes. Ab altera parte Capricornus in Laurea, ſubtus Anchora eſt, deſuper vero Stella, cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Juvenes illi duo filii ſunt infeliciſſimi iſtius* Antiochi *ultimi* Commagenes *Regis,* Epiphanes & Callinicus, *quorum iras animumque ob ereptas Regni ſpes deſcribit* Joſephus *de Bello Lib.* VII. *Cap.* VII. *pag.* 420. *ſicuti & mirabilem audaciam majoris, ſive* Epiphanis, *dum cum* Macedonica *ſua phalange vaſtiſſima* Hieroſolymæ *mœnia vi ſuperare conatur Lib.* V. *de Bello Cap.* XI. *pag.* 354.

Num. 29. ΙΟΤΑΠΗ..... *Caput muliebre. Ab altera parte caput juvenile eſt cum literis non ſatis cognitis.*

Longiorem vero de hiſce omnibus ſermonem inſtituerem, niſi doctiſſimi viri Jo. Maſſoni *diligentia, iſto me onere levaſſet. Exſtat enim ejus Diſſertatiuncula ſuper hoſce Nummos ipſoſque Commagenes Reges,* Antiochos *omnes dictos, Tomo Primo Theſauri ſui* Britannici *pag.* 113. *a* Nicolao Franciſco Haymio *inſertus. At quoniam is liber rarior in hiſce terris eſt, & non niſi magno parari poteſt, ipſa Clariſſimi viri verba prout exſtant ſubjiciam. Ita vero ſe habent:*

Cum plurium ANTIOCHORUM, in *Commagene* regnantium meminerint Scriptores antiqui; non erit inutile explicandis ſuperioribus aliiſque Nummis, qui diverſos etiam vultus ferre videntur; ſi brevem & accuratiorem præmiſerimus notitiam Principum, qui Regionem illam ſub imperio tenuerunt, ex quo ampliſſimum *Seleucidarum* regnum ad anguſtos hoſce terminos redactum eſt, donec Romanorum Provinciæ formam, imperante Veſpaſiano, ſubiit.

I. Qui primus in hac ſerie occurrit, *Antiochus* nomine & *Commagenæ* Rex *Dioni* diſerte dicitur, in anni U. C. 685. actis (a), ut qui tum, & quidem poſt *Luculli* de Tigrane victoriam (b), ac Urbis, quæ *Tigranocerta* ab hoc Armeniæ Rege nominata fuerat, expugnationem, *in fidem receptus* eſt. *Appianus* vero, qui in *Luculli* rebus hunc *Commagenæ* regem non memorat, poſtea *Pompeji* contra *Mithridatem* geſta narrans, ſcribit, (c) Pompejum, *ſuperato Tauro* (d), *bellum Antiocho Commageno intuliſſe, donec & ille in amicitiam receptus eſt.* Deinde conſtitutiones Regnorum & Provinciarum à *Pompejo* factas tradens, addit, eum *Antiocho*

(a) Lib. 35. fragmentorum initio.
(b) Reportatam *pridie nonas Octobr.* ſi Plutarcho fides in *Lucullo.*
(c) De Bellis Mithr. p. 244. vid. & p. 251.
(d) Anno ſcil. U. C. 690.

tiocho Commageno commisisse Seleuciam, & quidquid ex incursu in Mesopotamia ceperat. Id *Strabo* antiquior Auctor confirmat quo ad *Seleuciam*, quam dicit *Castellum fuisse Mesopotamiæ ad Euphratis Pontem situm, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquandiu inclusam, cum Syriâ excidisset* (a).

Utrum vero hic *Antiochus Commagenus* idem fuerit cum *Antiocho* XIII. & ultimo Syriæ Rege, qui *Antiochi Pii* filius erat, disputant doctissimi viri. *Vaillantius* quidem unum eundemque fuisse affirmat; at fatebor, mihi rem obscurissimam videri, licet omnia Scriptorum antiquorum loca ad accuratum revocaverim examen, quod hîc prolixius discutiendum non puto.

Utut sit, recte videntur eruditi viri de primo *Commagenes* Rege *Antiocho* intelligere, quæ *Cicero*, dum *Ciliciæ* Proconsul erat, anno *U. C.* 703. scribit de *Rege Antiocho Commageno*, lib. 15. famil. Epist. 1, 3, & 4. Nullo saltem testimonio probari potest, hunc *Antiochum* esse diversum ab illo, qui paucis ante annis eam regionem, *Luculli & Pompeji* gratia, moderabatur.

Idem quoque omnino videtur, cujus *Julius Cæsar* meminit in descriptione Copiarum, quas *Pompejus* comparaverat ante *Pharsalicam* pugnam, anno U. C. 706. circiter medio commissam. *Ducenti* Equites, ait Cæsar (b), *ex Syriâ à* COMMAGENO ANTIOCHO, *cui magna præmia Pompejus tribuit, missi erant.* Hæc certe *præmia* manifeste indicant, eundem esse *Antiochum*, cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Mesopotamiâ dederat, *uti supra* vidimus.

An ille vero postea in Cæsaris amicitiam receptus, ac sic in regno confirmatus fuerit cum Cæsar in Syriam ex Ægypto sub Æstatis initium An. U. C. 707. venisset, expressis quidem verbis Historia non tradit. Id tamen ex *Hirtii* (c) narratione, de rebus à Cæsare in Syria constitutis, colligere fas est. *Commoratus*, inquit, Cæsar, *fere in omnibus Civitatibus*, [*Syriæ*] *quæ majore sunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, Tyrannos, Dynastas Provinciæ*, [*Syriæ*] *finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi & Populo R. amicissimos.*

Igitur exinde credere licet, *Antiochum* illum haud alium ab eo fuisse, quem *Dio* ad annum *U. C.* 716. *lib.* 49. scribit oppugnatum & *Samosatis* obsessum à *Ventidio M. Antonii* legato ac ab ipso *Antonio*, in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum esse. Quibus consona profert *Plutarchus* in Antonio.

II. Verum brevi post tempore Rex ille successorem habuerit MITHRIDATEM (d); quandoquidem *Plutarchus* ibidem inter Reges, qui cum copiis M. Antonio ante *Actiacam* pugnam, anno U. C. 723. adfuerunt, numerat *Mithridatem Commagenæ Regem.* Hunc autem locum haud satis attente doctissimus *Norisius* legerat, autumans (e) Plutarchum *recensere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in Castris Antonii;* quasi vero ipsemet Rex non interfuisset. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus solummodo, alium continuo regnum occupasse.

III. Alter enim ANTIOCHUS *Commagenus à Dione*, sub fin. lib. 52. ad annum U. C. 725. memoratur, quem Augustus tum *ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. Eum*, subjungit Dio, *Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit.*

Quis vero fuerit iste *frater* hujus *Antiochi*, non aperit Dio, nec utrum tunc temporis adhuc in vivis successerit *Antiocho* fratri, seu potius *Commagenem* Augustus Romano subjecerit Imperio.

IV. At alius MITHRIDATES, decem circiter post annis, scilicet U. C. 734. Rex creatus fuit ab Augusto, in Syria degente ac Orientis Provincias ordinante, uti *Dio* ad eum annum lib. 54. testatur. *Mithridati cuidam*, ait, *Commagenem, quod ejus Rex patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit.* Verum neque hinc patet, quis fuerit *Rex* ille, qui *Mithridatis patrem* occiderat; an jam ante defunctus, vel tunc demum Regno motus.

Igitur haud recte Ill. *Norisius* (f), tanquam ex utroque *Dionis* loco, asserit, 1°. *Antiochum* anno U. C. 725. condemnatum *fratrem* fuisse prioris *Mithridatis*; 2^do. hunc ab illo fratre occisum, atque 3°. eundem esse patrem *Mithridatis* secundi, qui *puer* Antiocho successerit patruo. Nihil horum certe scribit *Dio*, nec ullo modo innuit; ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præsertim quo ad duo postrema puncta, docet. Etenim diserte illo scribente, *Antiochum* esse ab Augusto neci datum, *quod fratris legatum occidisset*; manifestum est, eum simul non fuisse necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis *Antiochi* causam multo-satius dedisset Historicus sapiens. Deinde *Dio* clare satis indicat, *patrem* posterioris *Mithridatis* regem non fuisse, sed potius hominem privatum; siquidem tradit, eum à *Rege Commagenes* occisum esse.

V. Proximus porro successor, quem Historia nobis monstrat, ANTIOCHUS est ille, cujus tantum mortem *Tacitus* ad An. U. C. 770. narrat (g). *Per id*, inquit, *tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, Regibus defunctis, turbabantur Nationes, plerisque Romanum, aliis Regium imperium cupientibus.* Verum tunc Commagene facta est ab Imp. *Tiberio* Provincia Romana, remque anno sequente *Germanicus* in Orientem missus, perfecit. *Commagenis*, addit idem Auctor (h) *Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.* Quam mutationem *Strabo* (i) quoque, tunc libris Geographicis coronidem imponens, adnotavit, in Commagenes descriptione: Nunc, subdit, *Provincia facta est.*

IV. Iterum tamen ad jus Regium, mortuo *Tiberio*, rediit, anno U. C. 790. seu Æræ Christianæ vulgaris 37. Ad hunc enim Dio lib. 59. scribit, *Cajum* Caligulam ANTIOCHO, *Antiochi filio; Commagenem, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedisse.* Hoc quidem regnum idem Imperator postea abstulit, licet ei *Antiochus* assentator & tyrannidis magister esset, teste eodem Historico ad An. U. C. 793. At ipsum statim reddidit *Claudius* primo imperii anno, prout *Dio* ad annum U. C. 794. narrat. *Antiocho*, ait, *Commagenen, quam idem Cajus ei dederat ademeratque, restituit.* Quod confirmat Josephus (k), scribens, *Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum* à Claudio fuisse.

(a) *Strabo* lib. 16. pag. 749. ubi quidem MSS. pro τῷ Κομμαγηνῷ uti *Casaubonus* legit, habent τῇ Κομμαγηνῇ; sed prior lectio confirmatur illo *Appiani* loco.

(b) De Bello Civ. lib. 3. c. 5.

(c) De Bell. Alex.

(d) Eum forsan spectat Nummus Aleppo ad D. *Carol. Hodges* missus, ac à posticâ parte cum *Pallade* sic inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab anticâ vero cernitur caput imberbe cum tiara, quæ Cassidi similis, uti repræsentatur apud Cl. *Spanhemium* T. 1. f. 482. qui ad Ponti Regem refert suum.

(e) De Epoch. Syrom. Diss. II. c. IV. p. 127.

Ad

(f) Ibid. p. 127. (g) Annal. lib. II. c. 42. (h) Ibid. c. 56.

(i) Lib. XVI. p. 749. sic & *Joseph.* Antiq. lib. XVIII. c. 3.

(k) Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex isto Dionis loco emendandam esse, recte jam notavit *Tillemontius* hist. T. 1. p. 1012.

Ad hanc autem *Ciliciæ* partem, *Antiocho* datam, pertinuiſſe *Clitas*, ejus oræ accolas, uti & Civitatem *Anemurienſem*, docet Tacitus ad annum U.C. 805. Annal. XII. c. 55. ubi narrat, *agreſtium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum*, tunc tumultuantes, & eam Civitatem obſidentes, ad officium reductos eſſe *à Rege ejus oræ Antiocho*, uti vocat. Eidem *& Armeniæ* partem tribuit *Nero*, ejus operâ in bello contra Parthos uſus, ex *Tacito* Annal. lib. XIV. c. 26. collat. cum lib. XIII. c. 7, & 37. Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos (a), quin & *Veſpaſianum*, ad Imperium nitentem potentiſſime juvit, cum eſſet *vetuſtis opibus ingens, & inſervientium Regum ditiſſimus*, uti habet *Tacitus*, Hiſt. lib. II. c. 81.

At tandem in ſenectute, cum ante felix & potens vixiſſet, *Antiochus* à Pæto Syriæ Proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus, *anno*, inquit Joſephus (b), *Veſpaſiani quarto*, ſeu U. C. 825. atque tranſlatus eſt, primum *Lacedæmonem*, deinde *Romam*, ubi honorifice habitus reliquam tranſegit vitam, cum duobus filiis, EPIPHANE & CALLINICO, de quibus plura inferius notabimus.

Sic demum *Antiochi* regnum in Provinciam Romanam à *Veſpaſiano* redactum eſt. Quod *Suetonius* his, in *Veſpaſiani* vita, verbis tradit c. 4. *Item Tracheam Ciliciam, & Commagenem, ditionis Regiæ uſque ad id tempus, in Provinciarum formam redegit.*

His præmiſſis ad ipſos tandem Nummos, ſupra exhibitos accedendum; & primum quidem ut melius diſtinguantur de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum *Antiochum*, ejuſque familiam ſpectare.

Id genus autem ſunt tertius (in Tab. noſtra Num. 19. uſque 29.) & reliqui ad nonum uſque. Etenim, quod ad ipſum *Antiochum* attinet, tertius Nummus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem, ac quæ cernitur in IV. V. VI. (VIII. quoque) & VII. Jam vero ex IV. certiſſime novimus *Antiochum, eo ſignatum, in Cilicia* regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes Rege *Antiocho*, affirmari poteſt, uti ſuperius ex Hiſtoricis antiquis oſtendimus. *Lacanatas* enim *Ciliciæ* populum fuiſſe demonſtrat *Ptolemæus*, qui Geographiæ lib. V. Civitates *Ciliciæ* mediterraneas recenſens, primum ſingulis *Tracheæ*, ſeu *Aſperæ* regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit Λακανίτιδ@ regio, cujus Civitas apponitur Εἰρηνόπολις. Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in *Cilicia ſecunda* ponitur, ut fuſius videre eſt in Cl. *Cellarii* Geographia antiqua lib. III. c. VI. p. 144, 145.

Corrigendi vero ex hoc Nummo vulgares *Ptolemæi* codices, atque pro ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, legendum ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Cæterum parem huic Nummum habuit Cl. *Vaillant*, ut ipſemet indicat, hæc de *Auguſta*, Ciliciæ urbe ſcribens (c): *Hæc autem erat, cum* Lacanatide, *ditionis Antiochi Regis Commagenæ, ut confirmat noſter ejus Principis Nummus cum epigraphe* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

At errat celeberrimus ille vir addens (d), *utramque regionem, ut & regnum Commagenæ, Romanis acceſſiſſe anno U. C. 771. poſt mortem illius Principis*, Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce *Antiochus* nullam *Ciliciæ* partem ſub ſua ditione unquam habuit; ut quæ demum *Antiocho* ejus filio data fuerit.

(a) *Joſeph.* de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12. *Tacit.* Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c.
(b) De B. Jud. lib. VII. c. 27.
(c) Num. Impp. Gr. p. 261.
(d) Sic & p. 149. V. ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ.

Nec minus hallucinatur, dum *Auguſtanorum* Ciliciæ Populorum Epocham ab eodem anno U. C. 771. deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum 773. iniiſſe potuiſſe, præſertim *ex Elagabali* Numiſmate in eadem Gaza Nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto: ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥC. ΗQΡ. anno 198.

Sed ut ad *Antiochi* Regis nummos revertamus, tertius, hic exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejuſdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ *Sigma* (e) Veſpaſiani potius temporibus convenit.

Deinde quo ad Nummum Num. 27. hic poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejuſdem *Antiochi* poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio Nummo, in *Cilicia* maritima cuſo, conſtat, huic Regi *Jotapen* fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii (f) jamdudum vulgarunt numiſma, à *Sebaſtenis* cuſum, in cujus antica parte idem *Antiochi* caput cernitur hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. in Poſtica vero legitur circa muliebr. figuram ſedentem, *&c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Quem nummum ad alium Regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill. *Noriſius* adverſus *Seguinum & Harduinum*, qui eum *Antiocho* III. tribuunt.

Quibus addendum, Nummos hujuſce *Jotapæ*, quales plurimos in *Britannicis* (g) & aliis Muſæis tractavi, ejuſdem eſſe metalli, ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis *Antiochi* IV. Nummis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac Reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundum figuræ, quam in VI. *Antiochi* Nummo cernimus. Caput enim Reginæ diadémate redimitum & huic N. 27. geminum, ſic inſcribitur in *Covelliano* Nummo: ΒΑCΙΛΙCΑ (h) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. In aliis hæc ultima vox integre legitur, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, non vero ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, uti male *Seguinus* habet.

Num. 28. porro Nummus, hucuſque Antiquariis ignotus, ambos certe filios, *Antiochi* IV. *& Jotapes*, nobis exhibet, prout me docuerunt id genus nummi cæteris integriores. Talem & elegantiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis Cimeliis referta D. *Hans Sloane* Baroneti Gaza, in quo manifeſtiſſime ſub ipſis Principibus Equitantibus legitur ΒΑCΙΛΕΩC. ΥΙΟΙ. REGIS. FILII; quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur Nummis Gazarum Illuſtriſſimorum D. D. Ducis *Devoniæ*, ac Comitis *Pembrochiæ*, *&c.*

Itaque hic habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, quos ſupra diximus *Antiochi* IV. filios fuiſſe, & quos *Joſephus* à fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat; de *Bello Jud. lib.* VII. *c.* 27. Ubi *Pæti* impetum narrans: *Antiochus*, inquit, *decrevit, toto regno, in quo erat ſtatu, relicto, cum conjuge ac liberis egredi.* —— *Pætus autem in Samoſatam, qui eam capeſſerent, mittit, & per eos civitatem tenebat* —— —— *Haud tamen Rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere.* —— *Adoleſcentibus autem bellique peritis, vique corporis præſtantibus*, FILIIS *ejus, non erat facile in calamitate ſine pugnâ durare.* —— *Vehementi autem pugnâ per totam diem habitâ, inſignem demonſtrarunt fortitudinem, &c.* deinde narrat ſu-

(e) Cujuſmodi occurrit in alio ejuſdem Regis Nummo, penes D. Car. Hedges, ſic: ΑΝΤΙΟΧΟC. ΕΠΙ. ΒΑCΙΛΕVC. ΜΕΓ.
(f) Vid. *Seguin.* Sel. Num. p. 402. ed. 2. *Harduin* de Popp. & urb. p. 587. Ed. 1. *Noris* de Epoch. p. 129. ſeqq.
(g) D. *Caroli Hedges* Equitis aurati, D. *Gulielmi Lloyd* filii Epiſcopi Vigor. D. *Falkner*, &c.
(h) Sic cum ſimplici C. tantum.

fugam *Antiochi* Patris, cum *Conjuge ac filiabus*, *in Ciliciam*, atque *Epiphanis* cum decem Equitibus ad *Vologesem* Parthorum regem, cujus postea litteras ad *Vespasianum* commendatitias tulerunt, Romam, cum audivissent Patrem *Antiochum* regie *Lacedæmone* vivere. *Patre autem ad eos* [filios] *Lacedæmone statim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi* [scil. Romæ] *mansere.*

Nequaquam vero hîc omittendum est, *Epiphani*, de quo ceu majore natu loquitur ubique Josephus, desponsatam fuisse *Drusillam*, à Patre *Agrippa* majore, qui eam *sexennem* reliquit, cum *anno* Æræ nostræ XLIV. obiret; ex *Josepho*, Antiq. XIX. c. 7. Cujus loci interpretationem latinam, à *Gelenio* factam, Cl. *Norisius* tantum ob oculos habebat, cum scriberet (a), *Josephum* L. C. *auctorem esse*, *Antiochum* IV. *curasse*, *ut filio suo majori natu* Epiphani MARIAMNE *Agrippæ Judæorum regis filia decennis desponderetur*; quamvis ipsemet Eminentiss. vir, aliquot ante paginis, rectius dixisset, Agrippam despondisse *Drusillam filiam nondum* (b) *sexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.*

Epiphanes tamen Uxorem non duxit *Drusillam*, quæ deinceps AZIZO regi *Emesenorum* data est à fratre *Agrippa* juniore: *Epiphanes enim*, narrat Josephus (c), *Antiochi regis filius recusavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti, ut erat* Drusillæ *patri pollicitus.*

Cæterum & Princeps ille, *Antiochus Epiphanes* vocabatur, non secus ac pater, si *Josepho* fides, de B. J. Lib. V. c. 29. Gr. at Lat. L. VI. c. 12. Ut nullum sit dubium, quin *Epiphanes* fuerit cognomen huic familiæ fere proprium; quæque sit alias prima hujus tituli causa, origo, & significatio, de qua prolixe satis jam alii (d) tractarunt.

Ita & *Callinicus* aliud erat cognomen, quo alter *Antiochi* IV. filius à fratre majore distinguebatur; quemadmodum & aliis datum est, eâdem distinctionis causâ, variis Principibus, atque præsertim inter Seleucidas *Demetrio* III. ac *Antiocho* XIII. ultimoque Syriæ Regi, qui simul *Epiphanes & Philopator* cognominabatur; si quidem ejus sint, ut Antiquariis hucusque visum, Nummi (e) his signati titulis.

Unde, uti & ex *Anchorâ* in plurimis *Commagenorum* Nummis cusâ, non male colligere possumus, *Antiochos* hosce *Commagenos* revera ex *Seleucidarum* Gente suam originem duxisse. Videtur enim hæc *Anchora*, quæ & in aliis Seleucidarum Numismatibus scalpta, ad illam alludere, quam scriptores antiqui (f), tradunt in *Seleuci* prioris femore signatam, cum nasceretur, atque sculptam in annulo, quem *Laodice* mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auspicium & augurium. Imo, si *Justino* credimus, *Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii, nepotesque ejus* ANCHORAM *in femore, veluti notam generis naturalem, habuere.*

Ad eandem quoque *Antiochi* IV. Commageni familiam forte spectat illa JOTAPE, cujus nomen & caput in Nummulo meo, supra N°. 29. conspicitur. Eadem certe non est facies, ac illa *Jotapæ* prioris, quam *Antiochi* IV. uxorem diximus; nec etiam ejusdem metalli, aut scalpturæ videtur nummus.

(a) De Epoch. p. 136. coll. p. 128.
(b) Hac voce non utitur *Josephus*, cui *Drusilla* dicitur omnino ἐξετὴς.
(c) Joseph. Ant. L. XX. c. 5.
(d) *Joan Marsham* Can. Ægypt. p. 54. *Henr. Noris* de Epoch. p. 129. - 131. &c.
(e) Qualem possidet Nobiliss. D. *Dux Devoniæ*; cum in alio, Gazæ Ampliss. D. Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΥΣΟΥ insuper legatur cognomen; scil integre: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.
(f) *Appianus* in Syriac. p. 123. *Justin.* l. XV. c. 4.

Jam vero novimus ex *Josepho*, non modo *Antiocho* IV. FILIAS fuisse, quibuscum uti & *uxore* in *Ciliciam* fugit (g); sed & unam ex illis filiabus, JOTAPEM quoque dictam, *Alexandro*, Judæo ex *Herodis* stirpe Principi, nuptam fuisse, *Antiq.* XVIII. *c.* 7. Hunc locum *Alexandri* genealogiam simul dilucide pingentem hîc dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. *Cæterum*, teste Josepho, *Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus est, Alexandrum & Tigranem filios suscepit, è Glaphyrâ Archelai Cappadocum regis filiâ. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos delatus esset, sine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armeniis Rex à Nerone fuit datus, filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum Regis filiam* JOTAPEN *duxit*, & Lesidis, Ἡσιόδῳ, *in Cilicia rex à Vespasiano constitutus est.*

Inde, inquam, facile retegitur Recentiorum hallucinatio, qui scripserunt, *Alexandrum Jotapes* maritum, *pronepotem* Herodis magni fuisse Sic præ cæteris hîc mihi nominandus Purpuratus *Norisius*, (contra *Seguinum & Harduinum* disputans, de Nummis, à *Sebastenis & Commagenis*, cum *Jotapes* nomine, cusis, quos illi tribuebant *Jotapæ* Alexandri conjugi,) eundem sequutus errorem hæc habet (h): *At nullus dubito utrumque nummum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi* IV. *regis Commagenes, ac matrem Jotapes, quæ Alexandro*, TIGRANIS, *regis Armeniæ*, FILIO, *ac Herodis Magni* PRONEPOTI, *nupta fuit.* Quibus gemina, sex post paginis, repetit: *Alexander erat filius Tigranis, qui Tacito* lib. 14. *dicitur* Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos; *siquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium, ac matrem Glaphyram, filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Vespasianus donavit Alexandro ac Jotapi insulam & Urbem Sebastem, quam ejusdem Alexandri laudatus proavus septem fere lustris possederat.*

At vero manifestum ex superioribus Josephi verbis fit, 1°. huncce *Alexandrum* fuisse Herodis M. *abnepotem*, non *pronepotem*, atque 2°. *Tigranem* ejus patrem, Armeniæ regem, fuisse Archelai *pronepotem*, non vero *nepotem*, ut male *Tacitus* scripsit. Hunc autem gravissimi alias Historici Romani errorem jam dudum doctiss. *Noldius* (i) sic recte confutaverat: "Nam eum Tigranem, *pronepotem* Ar"chelai fuisse, præter Josephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. "ipsa rerum series ostendit. Quo pacto enim *Ti*"*granes*, *nepos*, circa medium *Augusti* natus (Pa"ter (k) non multo post *victoriam ad Actium* ab "*Herode* interfectus) sub *Nerone* (l) agere aut pati "potuit? quo profecto tempore natura eum aut "morte aut senio ita multaverat, ut rebus geren"dis aptus tum haud esse potuerit.

Quo ad regionem, cujus rex *Alexander*, conjux *Jotapes*, creatus à *Vespasiano* fuit partem *Ciliciæ* fuisse ex Josepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpâ, obscurum adhuc remanere mihi videtur. Etsi enim vox Ἡσιόδῳ, quæ in libris vulgatis, ac in Codice MS. Florentino legitur (m) mutetur ab *Harduino* in Νησιάδῳ, hancque emendationem suo calculo probet Cl. *Norisius*, qui nomen illud cum Jesuita intelligit de *Insula*, & *urbe*,

(g) De B. J. lib. VIII. c. 27.
(h) De Epoch. p. 132, & 137.
(i) Histor. Idum p. 367.
(k) *Alexander* nempe, qui ab *Herode M.* suo patre necatus, quique filium habuit *Tigranem*, primum in Herodis familiâ regem *Armeniæ*, atque adeo *nepotem* ejusdem Herodis M. simul & *Archelai* Cappadocis ex ejus filia *Glaphyra.*
(l) A quo *Tigranes* alter, de quo loquitur *Tacitus*, Rex Armeniæ datus est.
(m) Sic *Norisius* de *Epoch.* p. 135. testatur, atque in nonnullis Codd latinis legi, *Isiados*, ac in aliis *Ysiados*, cum in Editione Gryphiana An. 1539. habeatur *Lesidi.*

be, primum *Eleuſa*, dein *Sebaſte* dicta; Attamen mihi perſuadere nequeo, eam emendationem facile poſſe ex linguæ Græcæ genio, aut ex Geographia probari.

Quidquid ſit, haud integrum dare poſſumus aſſenſum interpretationi, quam Cl. *Wildius* ſuo aſſignavit nummo (a), qui noſtro ſimilis, licet haud ita ſit integer. Affirmat enim, ut de re certâ, *Jotapam*, eo nummo inſculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam eſſe, Alexandro, Herodis M. pronepoti nuptam *&c.* ſcilicet haud ſatis caute ſuo Nummo eandem adaptat deſcriptionem, quam *Harduinus* de Nummo dederat à *Sebaſtenis* cuſo, quam vero pluribus *Noriſius*, toties *laudatus* (b), confutaverat.

Duo priores ſuperſunt nummi hîc exponendi; verum id paucis abſolvemus; ſiquidem nihil certi de his affirmare valemus, niſi eos æque inter ſe differre, in Regum imaginibus, ac ab aliis Nummis quos *Antiocho* IV. aſſignavimus. Addam tantum forte priore repræſentari *Antiochum* I. qui, cum per plures regnaverit annos, non niſi *ſenex* obire potuit, qualis in eo nummo facies cernitur. Ita & alter in 2°, ſenilis itidem, vultus forſan fuerit *Antiochi* III. ſub *Tiberio* defuncti, qui & prioris filius potuit eſſe. Sed de his conjecturas ulterius proſequi non placet; judicent eruditi lectores pro ut lubebit, atque candide noſtras excipiant ſtricturas, quas auctiores & forſan emendatiores aliquando dabimus, ſi quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de *Syriæ Antiquitatibus*, edere liceat. Tum & alios, cum CLEOPATRÆ nomine, Nummos à *Commagenis* cuſos exhibere poterimus, ſi nos ſupremum Numen juverit.

Num. 30. *Numiſma eximium, metallo, pondere, pulchritudine, arte, raritate & integritate conſpicuum; ex puriſſimo autem eſt auro, pendetque unciam & monadas* 74. *Exſtat quidem apud Vaillantium & Haimium depictus, verum hic ex Muſæo noſtro neſcio quid plus vigoris animi ex viſu ſpirat; præterea id quod* Apollo *ſedens dextra tenet, nullo modo ſagitta in meo eſt, ut in reliquis, ſed bacillus potius, niſi regium ſit ſceptrum; neque enim retro pinnas habet, & in media parte craſſeſcit. Pertinet vero inſigne hoc numiſma ad* Syriæ *Regem*, Antiochum III. *cognomento* Magnum; *eundem illum, cujus expeditionem contra Judæam, & clementiam meritaque in victos & dedititios, epiſtolas itidem in illorum gratiam ſcriptas, luculenter commemorat* Joſephus *Antiq. Jud. Lib.* XII. *Cap.* III. *pag.* 597. *& ſeqq.*

Num. 31. Raphanæas, Syriæ *urbem, duobus in locis commemorat* Flavius *Lib.* VII. *de Bello Cap.* I. *in fine, ſeu pag.* 405. *ubi dicit duodecimam* Romanorum *legionem olim apud* Raphanæas *fuiſſe; atque iterum ibidem Cap.* V. *pag.* 411. *ubi Fluvium Sabbaticum labi ait medium inter* Arcæam, *regni* Agrippæ *urbem, atque* Raphanæas. *Hujus urbis eximium poſſideo Numiſma, primariæ magnitudinis, qualia Medallionum nomine vocant; non modo propter urbem ubi cuſum eſt, verum multo magis propter Auguſtæ cujus vultum refert, ſuſpiciendum. Exhibet enim ab altera parte caput* Anniæ Aureliæ Fauſtinæ, *quam* Elagabalus *olim inter alias conjugem ſibi adſcivit, cujuſque mulieris nummos rariſſimos eſſe norunt harum rerum periti. Adſcribitur* ANNIA ΑΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥCΤΕΙΝΑ. *ad humeros, pro more iſtorum temporum luna creſcens conſpicitur; quaſi ut inter nymphas Diana, ſic inter* Romanas *nurus Auguſta pulchritudine maxime emineret. Ab altera parte Dianæ multimammiæ eſt ſymbolum, verubus ſuis innixæ, ante quam habitu muliebri ſtans figura cernitur, dextra haſtam tenens, læva veſtem ad latus convolutam ſuſtinens. Legitur in circuitu* ΕΠΙ CTP. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ *& inferius æra* ΑΟC. *ſub Stratego* Quirino *a populo* Raphanæarum *urbis. Eſt vero pulcherrimum & integerrimum Numiſma, quod omnino ab omni ſuſpicione longiſſime abeſſe a quovis inſpiciente deprehendi poteſt; fallituraque idcirco* Virginius Valſechus, *qui in Diſſertatione Hiſtorico-Chronologica de* M. Aurelii Antonini Elagabali *Tribunitia Poteſtate quinta, pag.* 68. *& 74. dubitat de fide hujus nummi atque typi, eo quod æra* ΑΟC. *quæ, juxta* Antiochenſem, *annum* CCLXXI. *deſignat, minus ætati* Elagabali *per omnia conveniat, atque ipſe ſimilem aliquem arte confectum noverit; quæ quidem argumenta contra eruditos oculos, veritatis teſtes, nihil valent.*

Num. 32. ΔΡΟΥCΟC ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC ΚΑΙCΑΡΕC ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. Druſus & Germanicus Cæſaris Novi Dii, Fratrum amantes. *Sedet uterque Princeps; alter ſimpulum, alter lituum manu geſtat. Ab altera parte in corona quercea legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑCΙΑC. Communitatis Aſiæ, *& in circuitu* ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑCΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟC ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ſub Cajo Aſinio Pollione Proconſule. *Vide ad Num.* 2. *Hic vero deſumtus eſt ex Morellii ſpecimine Ed. Secundæ Tab.* XV. *Num.* 4.

Num. 33. Jovis Hellenii *meminit* Joſephus *Lib.* XII. *Antiq. Cap.* V. *pag.* 610. *ubi* Samaritæ *omnem cognationem cum* Judæis *abnegantes, ab* Antiocho Syriæ *rege petunt, ut Templum* Garizitanum, *quod nullo adhuc alicujus Dei nomine fuiſſet decoratum, conſecrari vellet* Jovi Hellenio, *quod ipſis, ut qui Græcos mores amplecti viderentur,* Syriæ *quoque rex conceſſit, ut in fine capitis legitur. Cultus autem hujus* Jovis Hellenii, *ſeu* ΔΙΟC ΕΛΛΑΝΙΟΥ. *ut ex Dorica dialecto Nummi appellant, admodum inſignis inter* Græcos Græcorum*que fuit colonos; uti abunde docuimus ad* Philippi Parutæ Siciliam *Numiſmaticam pag.* 343. *Paſſim juvenili facie, lauru & nonnunquam ſpicis coronata, depingitur, & ab altera parte Aquila fulmini inſiſtens cernitur, cui ad latus Aſtrum adeſt. Ratio picturæ ejus eſt, quod a* Jove *& benigno ejus fidere fertilitatem terræ procedere Græci agnoſcebant.*

Num. 34. Rhodi *inſulæ* Rhodiorum*que plus ſemel mentionem apud* Joſephum *fieri invenias, fuitque ſemper multum apud veteres nobilitata, & eo quoque nomine felix, quod terræ motu aliiſve caſibus afflicta maximos Reges certatim beneficos ſibi experta fuerit. Ex eo itaque amore gloriæ, quo inpatienter ardebat* Herodes, *atque animi magnitudine ſingulari,* Ægyptiis *regibus aliiſque* Rhodi *cultoribus æquiparari ſeſe voluit, dum urbem* Rhodum, Caſſiano *bello afflictam, quamvis inops, & per tempeſtatem, facta quoque oneris jactura, illuc appuliſſet, fovit tamen atque ultra vires etiam ſuas recreavit; uti docemus Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 727. *Pro ſua opulentia Græcarumque artium fama, ſemper urbs hæc pulcherrimos, frequenteſque adhuc in omnium cimeliis nummos, cudit. In iis paſſim Solis cernas radiatum caput, ad mirabilis iſtius coloſſi effigiem adumbratum, atque florem, unde urbi pariter atque inſulæ nomen. Singularem itaque* Rhodi *nummum produxit* Haymius *in Theſ.* Brit. *Tomo* I. *pag.* 138. *in quo a priori parte conſpicitur caput virile diadematum, a poſteriori Floris ſolita cum calyce adnato figura, caduceo præterea, litera* P. *quæ Rhodi eſt initialis, atque nomine* ΑΡΙCΤΑΚΟC. *Docet ibidem literas* ΑΚΟC *recenti manu refectos fuiſſe, priores vero* ΑΡΙCΤ. *vetuſtas eſſe & a prima manu, remanere præterea in reliqua nummi ora lituras aliarum, quæ olim exſtiterint literarum. Unde ipſe ſuſpicatur legi debere* ΑΡΙCΤΟΚΡΑΤΗC. *Caput itaque refert ad* Ariſtocratem, Rhodiorum *ducem, cujus meminerit* Suidas, *quemque idem ait ob magnam virtutis exſpectationem ad principatum a civibus fuiſſe evectum, ſed opinioni de ſe conceptæ minime reſpondiſſe. Plura contra hanc ſententiam proferre poſſem, ſed meam ſimpliciter proponere malo. Literæ* ΑΡΙCΤ. *ſive* Ariſtacum, *ſive* Ariſtocra-

(a) Select. Num. T. V. pag. 41, 42.
(b) De Epoch. p. 132. ſeqq.

cratem, *ſive etiam* Ariſtotelem, Ariſtarchum, Ariſtomachum, *aliudve nomen expreſſerint, ad magiſtratum urbis* Rhodi *referendæ ſunt, prouti paſſim in eorundem* Rhodiorum *nummis magiſtratus nomen, nunquam vero caput, exprimitur. Et ſic apud* Choulium, *ubi de* Apolline *agit in libro de Religione* Romanorum, Ariſtocriti *nomen agnoſcitur, apud* Begerum *Theſ.* Brand. *Tom.* I. *pag.* 412. Ariſtedæ; *apud* Goltzium *Tab.* XXIII. *Num.* X. Ariſtei. *Imo idem* Choulius *alteram nummi cujuſdam* Rhodii *partem profert (nam caput, quod Solis, ob præcedentes nummos fuiſſe videtur, non adeſt) in quo* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ *expreſſe legitur; eſt vero nummi typus ſimillimus noſtro, prout &* Ariſtei *ille* Goltzianus. *Eoſdem autem nummos cum hoc* Haymii *non eſſe, patet ex capite Solis, & quod ex argento ſint; hic vero ſit æreus & caput diadematum exprimat. Quoniam vero in omnibus idem Floris & Caducei typus obſervatur, credo eodem tempore & pari occaſione cuſos hoſce nummos fuiſſe. Caput vero ex diademate, non Principis vel Imperatoris exercitus, ſed Regis eſſe agnoſcitur; atque vel* Apollinis *Regis eſt, vel potuit eſſe* Hieronis Primi, *Syracuſanorum Regis; apparebit enim quædam ſimilitudo, ſi velis* Parutianam *meam inſpicere* Siciliam, *ibique Tab.* CXLVIII. *&* CXLIX. *quærere Num.* 18. 19. 20. *&* 24. *At quid* Hieroni Siculo *cum urbe & inſula* Rhodo? *Dicam. Ex* Rhodo *inſula per majores ſuos* Lindios *ortus fuit hic Hiero, uti demonſtravi in Commentariis* Parutianis *pag.* 344. 354. *&* 1026. *unde & ſymbola urbis* Rhodi *plus ſemel in nummis* Syracuſanis, *ſub eo rege cuſis, apparent, uti docui ibidem. Hinc* Rhodiis *impenſius ſtudens, plurima illis contulit beneficia. Memorabilis hiſtoria exſtat apud* Polybium; *narrat enim is Lib.* V. *pag.* 598. *quomodo poſt terræ motum iſtum, quo miſere afflicta fuerat civitas, & admirabilis ille Coloſſus Solis conciderat, ad omnes Reges Civitateſque legatos* Rhodii *miſerint, tanto cum ſucceſſu, ut ditiſſimi inde evaſerint. Munificentiſſimos inter enumerat* Gelonem *&* Hieronem *fratres, qui præter argenti talenta ſeptuaginta quinque, lebetes argenteos & alia tanta dederint dona, ut illa quoque inſuper ad centum aſſurgerent talenta; & poſt hæc & majora beneficia, quaſi dando beneficium tam præclaræ civitati, ipſi accepiſſent, ſtatuas in eorum Digmate poſuiſſe, Populum videlicet* Rhodiorum *a Populo* Syracuſano *coronatum. Neque miror ſane, ſi & aliis Regibus publice honorem aliquem* Rhodii, *ſapientes ſane viri, & ob prudentiam a* Polybio *laudati habuerint, &* Gelonem Hieronem*que præcipue, in poſterum etiam demereri ſibi ſtuduerint, ejuſque faciem ut Benefici alicujus Numinis (non tamen addito nomine, ne regem liber populus videretur agnoſcere) in ære ſignato publico nomine exſtare voluerint. Hos enim vel ſimiles honores intelligere videtur* Polybius, *dum pag.* 600. *concludit, immerito famam magnanimitatis & ſplendoris ſui temporis Reges captare ex minutis donis, quæ quandoque afflictis dare ſoleant, ob quæ tamen parem benevolentiam atque honorem a* Græcis *ſibi haberi poſtulent, atque antiquis Regibus ab iiſdem haberi eſt ſolitus. Adſpiravit itaque* Herodes *ad antiquam illam* Gelonis, Hieronis, Antiochi, Ptolemæi*que in liberalitate* Rhodiis *præſtita gloriam; notatque inſuper Joſephus de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *eundem Rhodiis ad claſſem parandam inſtruendamque pecunias ſæpe multiſque in locis præbuiſſe.*

Num. 35. *Caput muliebre velatum & turritum. Ab altera parte* Minerva *gradiens dextra Victoriolam ſuſtentat, læva clypeo nititur, cum hac inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. *Exhibet nummum hunc* Haymius *Tom.* I. *pag* 146. *ad Philopatorem autem, ex ſtirpe Regis* Tarcondimoti, *regnantem in Ciliciæ maritimæ parte refert ibidem* Maſſonus. Ciliciæ *vero maritimæ ſæpius mentionem facit Joſephus, præſertim Antiq. Lib.* XIII *Cap.* XIII. *pag.* 671 *ubi quoque regionis ejus urbem Mopſueſtiam (cujus inferius nummum proferemus) nominat. Omnis vero oræ ejus olim* Pompeji *temporibus Rex erat* Tarcondimotus *quidam,* Romanis *fideliſſimus trans* Taurum *ſocius, uti eum laudat* Cicero *ad Famil. Lib.* XV. *Ep.* I. *cujus filium ejuſdem nominis* Auguſtus *in regno confirmavit, quemque ſucceſſionem ſuæ poſteritati tradidiſſe aſſerit* Strabo *Lib.* IV. *pag.* 676.

Num. 36 *Caput muliebre velatum; ab altera parte eſt dimidia navis, cum inſcriptione* ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. *Urbs* Agrippias *ſæpius* Joſepho *memoratur, dicta ita ab* Herode, *quum antea Anthedon vocaretur, teſte eodem Lib. de Bello Lib.* I. *Cap.* IV. *pag.* 60. *&* *Cap.* XXI. *pag.* 108. *ubi cum* Raphia *&* Gaza *conjungit; erat enim ſita ad mare viginti circiter ſtadiis a Gaza diſſita. Nomen in* Agrippæ, *qui gener Auguſti fuit, memoriam accepit; ſicuti Sebaſte ab ipſo* Auguſto *vocata fuerat; teſte eodem ibid. Cap.* V. *pag.* 64. *Numeratur inter reſtitutas & frequentatas a* Gabinio, *una cum* Jamnia, Raphia, *aliiſque paulo poſt Cap.* VIII. *pag.* 70. *Eadem fere exſtant Lib. Antiqu.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 670. *Cap.* XV. *pag* 674. *Lib.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *&* *denique Lib.* XV. *Cap.* VII. *pag.* 761.

Num. 37. *Caput virile barbatum, cum inſcriptione* ΠΕΡΓΑΜΟC. *Ab altera parte Clavæ cernitur involutus Serpens; ad latus eſt Cornucopiæ; in circuitu legitur* ΕΠΙ CTPA. ΚΛ. ΚΕΦΑΛΙΩΝΟC. *Herois* Pergami *illud caput eſt, nobiliſſimæ in Myſia civitatis* Pergami *conditoris, cujus urbis incolæ, ob Æſculapii gloriam ſymbolum ejuſdem Dei Serpentem baculo involutum, ſeu clavæ, in monetis ſuis referre ſolent. In hac etiam Græca urbe,* Græcorum *amantiſſimus* Herodes *benevolentiæ & ſplendoris ſui monumenta exſtare voluit.* Nonne, *inquit Flavius, de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *pag.* 109. etiam Athenienſes & Lacedæmonii, Nicopolitani, & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis? *Exſtat vero* Pergami *hic nummulus apud* Haymium *Tomo* I. *pag.* 129.

Num. 38. Herculis *caput ſacra ſibi fronde coronatum; ab altera parte inter duos ſtellatos* Dioſcurorum *pileos ſacra Hydria ſive cantharus ſerpente circumvolutus cernitur, cum inſcriptione* ΜΑΣΑΝΙΣΣΑ... *quod magiſtratus ibidem nomen eſſe videtur. De typo hoc conſuli poteſt* Haymius *Tomo* I. *pag.* 129. Lacedæmonios *autem & alibi ſæpius laudat* Joſephus, *& de cognatione cum* Abramidis *gloriari ſcribit Antiqu. Lib.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 606. *ubi* Arii Lacedæmoniorum *Regis Epiſtolam ea de re profert, cujus literas dicit fuiſſe quadratas, ſigillum vero Aquilam Draconem tenentem. Reſponſorias vero Jonathæ, Senatus Judæorum & Communis recitat idem Lib.* XIII. *Cap.* V. *ubi itidem de iſta cognatione agitur. Sed & alii* Lacedæmoniorum *nummi apud eundem* Haymium *& alibi inveniuntur.*

Num. 39. Tarſi, *nobiliſſimæ* Ciliciæ *urbis, meminit* Joſephus *Antiq. Lib.* IX. *Cap.* X. *pag.* 497. *ubi de* Jonæ *Prophetæ fuga agit; ſed & præterea Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 21. *primos gentium conditores enumerans,* Tharſum *quoque, ex* Japheti, *per* Jovanum *poſteritate,* Cilicibus *originem dediſſe aſſerit, qui ſcilicet olim* Tharſenſes *dicti fuerint ex conditoris nomine; unde metropoli quoque nomen* Tarſo, theta *in ſermone familiari in* tau *mutato. Antiquitatemque hanc ex Hiſtorico noſtro adnotavit* Stephanus Byzantinus *in ſuo de Urbibus libro; quare etiam ad d. l. dubitat Cl.* Relandus *an non* naves Tarſis *in SS. ad* Cilicias *referri poſſint. Non multa hujus urbis ante* Romanorum *Imperatorum tempora cuſa numiſmata exſtant. Elegans tamen hoc eſt, quod damus ex* Begero *Tom.* III. *Theſ.* Brand. *pag.* 66. *in quo videlicet* Jovis *atque* Herculis *ibidem cultus exprimitur; unde ab altera parte ſedentis* Jovis *eſt effigies, dextra victoriolam, læva haſtam tenentis; ab altera parte* Herculis *ſymbolum Clava in populea cernitur corona. Addi debuerant literæ numerales* ΗΝΡ. *ſed cum non docuerit* Begerus, *quem ſitum in nummi area obtineant, ſufficere*

*** *** *mi-*

mihi visum est, id solum monere. Referri possunt ad æram Seleucidarum, *& designare annum ejus* CLXXXVIII. *& victorias* Alexandri *Regis* Syriæ *ab ejusque ducibus reportatas.*

Num. 40. Seleuci *Sexti, vigesimi ex* Seleucidis Syriæ *Regis, interitum describens* Josephus *Lib.* XIII. *Antiq. Cap.* XIII. *ait illum a* Mopsuestiensibus, *a quibus pecunias exigere vellet; una cum regia & amicis fuisse crematum. Erat* Mopsuestia Ciliciæ *urbs, unicumque hujus nummum inveni apud* Begerum *Tom.* III. *Thes.* Brand. *pag.* 67. *in quo ratio etiam nominis ejusdem ipso typo exprimitur. A priori enim parte* Jovis *caput est; posteriore* Mopsi *focus, unde & appellatam ita fuisse civitatem* Stephanus *& alii docuerunt; inscriptio vero* ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *docet liberam fuisse & suis legibus usam; quali titulo plures* Antiochensium *nummi, aliorumque superbiunt. Plura docta ad hunc typum congessit* Begerus; *illas vero notas, quæ in parte inferiori cernuntur, non attigit, quarum alteram monogramma (ut plura talia occurrunt) esse existimo; alteram æram indicare, & quidem* HΓ. *seu* ΡΓ. *ut innuatur cujus nummus anno centesimo tertio æræ* Seleucidarum.

Num. 41. *Caput diadematum* Mithradatis, Pontici *istius regis celeberrimi, illam animo insitam ferociam etiamnum sublimi ore spirans. Ab altera parte typus ei Regi solitus est, cerva pascens, cum inscriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. *Singulare hoc numisma binis de caussis profero; eo quod doceat nomen hujus Regis* Mithradates, *cujus interitum refert Josephus Antiq. Lib.* III. *Cap.* III. *p.* 688. *& de Bello Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 66. *non vero* Mithridates *scribi debere; tum, quod unicum hoc, visum quondam a me penes Nobiliss.* H. A. Marckium, *Dom. in* Leure, *sit toto orbe notum, ex auro purissimo atque indubitatæ fidei. Atque hæc in præsenti pro Josepho illustrando Numismata sufficiant.*

21. Æ.s.

22. Æ.s.

23. Æ.s.

24. Æ.s.

25. Æ.s.

26. Æ.s.

27. Æ.s.

28. Æ.s.

29. Æ.s.

30. Æ.

31. Æ.s.

32. Æ.

33. Æ.

34. Æ.

35. Æ.

36. Æ.s.

37. Æ.s.

38. Æ.

39. Æ.s.

40. Æ.s.

41. Æ.

†JACOBI GRONOVII
PRÆFATIO
AD
DECRETA ROMANA ET ASIATICA.

SI particula hæc debuit eruditiſſimo Joſepho, ſed luxato ſatis, ex hujus Academiæ bibliotheca reſtitui, habeo quod gratuler mihi, qui ad eam potui metari iter & apprehendere. Antiquos ejus ſcriptoris codices neſcio quo fato lacunis refertos eſſe apparuit ſatis ex ipſa Arlenii conqueſtione atque etiam ratione qua is in edendo fuit uſus, ut duos codices compoſuerit, quorum uterque alterius lacunas explere poterat. Ab eo tempore paulatim hîc illic aliquid erutum & productum eſt, ut docta ejus opera exſtarent integriora. Lectus ille mihi primum fuit accuratiſſime, ſed & jucundiſſime, quum Polybio puer admoverer, & in Suidæ fragmentis animadverterem per viros doctos aliqua iſti ſcriptori attribui, quæ erant Joſephi, prout mirabiliter & ſtyli modus & mentis placita in Joſepho & Polybio conveniunt, quæ tamen diſcerni oportet. In eo quiſquis legit libri XIV caput XVII, facile ille deprehendit circa finem aut quædam ibi excidiſſe, aut aliquid male poſitum eſſe, quum ſcribat pag. 485. παραθήσομαι δὲ καὶ τὰ γενόμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, *apponam etiam facta ſenatuſconſulta & decreta Julii Cæſaris.* Attamen omnia vicina quæ ſequuntur, ſunt Julii Cæſaris; & mox eo occiſo M. Antonius & P. Dolabella præponuntur SCto, cui nec caput nec pes adeſt; mox adnectitur L. Lentulus quaſi ille poſt Dolabellam fuerit. Et ſic tum jactat multa etiam eſſe alia talia ab ſenatu aut Imperatoribus δόγματα aut ab urbibus ψηφίσματα & γεγράμματα, quorum nulla oſtendit in illis quæ vel antecedunt vel ſubjiciuntur; nempe quia forſan bene doctus librarius, ſed operæ fugiens, aut horrens ad turbam nominum, corripuit ſeriem narrantis late & exſpatiantis in hoc capite Joſephi; & quum per mentionem decreti ab Lentulo facti de Judæis in urbe Epheſo eſſet data auctori occaſio adnectendi alia decreta de Judæis apud Delios, Sardianos, Coos, Laodicenſes, Mileſios, Pergamenos, univerſa iſta immerito & inique ſunt faſtidita.

Hæc quum ægre ferrem & magno omnium ſilentio dolerem ita putidam & hiantem offenſam in tanto ſcriptore non commovere viros doctos ad remedium quacunque concurſatione petendum, denique etiam potui in ſermonibus cum fortuna de tanto flagitio queri, quoniam res non erat amplius obſcura aut ignorata. Quippe deploraverat jam palam Iſaacus Voſſius anno præcedentis ſæculi LXXII in ſcripto de Sibyllinis oraculis cap. 8. in hæc verba, quæ recognoſcas licet. [*Judæos autem magno iſtoc tempore numero habitaſſe in pleriſque fere Aſiæ urbibus, patet ex beneficiis a Populo Romano collatis, quorum exempla ex Joſepho alias dabimus. Neſcio enim qua ratione factum ſit, ut pleraque illa decreta abſint ab editis Joſephi exemplaribus, cum & in ſcriptis libris & in verſione exſtent antiqua, licet admodum mutila.*] Immo mox anno LXXXIV in Obſervationibus ad Catullum pag. 313 prolaturus decretum, quod exſtat pag. 21, hæc præmittit: [*Verum ut liquidius innoteſcat, quantopere olim Judæis familiares fuerint orationes in maris litore, adſcribam decretum Halicarnaſſeorum, quo Judæis licentia a Romanis conceditur, ut ritu patrio preces fundant litorales.*] Quo adſcripto dein pag. 314 addit: [*Integrum adſcripſi ψήφισμα, quoniam & hoc æque ac reliqua decreta, quorum mentionem facit Joſephus, abſunt a vulgatis hujus ſcriptoris exemplaribus.*] Quæ tam patulæ & conſpicuæ & publice utiles viri docti ejulationes non ſunt certe ejus generis, ut ſperni mereantur aut inter notitias Joſephi non recenſeri, quas tot cernimus ſane inanes & nihil utiles colligi. Joſephus utique præ debilitate hac mancus pergit hærere in eodem luto, etſi poſt id tempus de eo ſæpe ſit itum in conſilium. Sed etiam ſummopere ſtupeo, cur ipſe Voſſius, qui etiam adſcripſit in margine *hæc abſunt ab editis*, hoc ſtudiorum Græcorum & eorum hiſtoriæ ſupplementum, hoc nobile ſolennitatis in talibus decretorum formulis ſpecimen, hoc peculiare facti perquam memorabilis documentum & per quos & qua via id impetrari potuerit, indicium, evulgandi non obiverit ipſe decus, præſertim quum per tot annos bene ſyngrapha velut ſua ſe adſtrinxerit ac ſciverit ſe pollicitationi ſuæ inhærere. Sed obſtitit credo illi eadem cauſa, quam remoratam opinor fuiſſe etiam priores exemplaris illius poſſeſſores, quorum unus adſcribitur Wilhelm Nooms: quod etiam exemplar cujus chirographi ſit, ſane non probatiſſimi, patet ex varietate vel magis pravitate lectionum, quam ideo partim contextui ſubjeci, partim in notis memoravi. Nec aliud obſtitiſſe crediderim aliis editoribus ab producendo, ſicut forſan & librarios ſcribas deterrere potuit, quo minus ea ſuis locis collocarent ac bene depingerent, ut nunc forſan in multis etiam vetuſtis codicibus

† Quoniam inter reliquas Præfationes hæc neglecta fuerat, hoc in loco apponi curavimus.

cibus fruſtra quærantur. Erat magna hallucinatio in auctoritate præfixa vel ſenatus conſulto ſub Dolabella & Antonio, vel Lentuli decreto ſic repetito, ut pateat ſcribam invitum illa exaraviſſe. Ignorata norma fuit præfationum in SCtis & edictis, unde illa ſunt in editionibus ita jejune contracta, & hîc tantopere involuta, ut bene vix queant expediri & purgari. Præſertim magna erat confuſio nominum propriorum, quum minus attenderetur in his Romana conſuetudo. His quum Romani adſueverint immiſcere tribum, ſed perpetua apoſiopeſi indicatam, os Græcum poſterioris temporis nequivit id recte percipere & hinc quoque in hac parte non vitioſe agere. In quo tamen omnem iram adverſus ſcribas deprecatur immenſa abſurditas Jo. Harduini, qui quum in Nummis Illuſtratis pag. 164 citaviſſet inſcriptionem ab Jac. Sponio publicatam, in qua occurrit *C. Sextilius P. F. Vot.* quam citavi pag. 35, velut rem inauditam & maximi momenti agens poſteriores literas explicat *Voturia*, & hinc tum tribum Voturiam, tum acumen ſuum in Plinii *Galeria* libro VII. ſect. L. reſtituta & Romana conſuetudine illuſtrata ex Aſconio Pediano jactans claudit [Vide in Plinianis notis & emendationibus ad lib. VII num. CXXXIX] ubi tamen nihil niſi hoc ipſum quoque reperies & rixam cum imperitis editoribus, qui eam vocem maſculino more ac ſono deformarint, ignari ſcilicet tribuum nomina ſolita ſic efferri. At, o bone, præſtitiſſet attuliſſe notam Pauli Manucii ad Ciceronem lib. VIII. famil. epiſt. 8. hanc, ubi agit de tribubus. [Galeria. Liv. lib. 27. Plinius lib. 7. cap. 49. etſi pro Galeria legitur Galerius. Sed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani.] Neque iſta verba latent in magno notarum corpore vix animadvertenda: immo illa ipſa ſolent adnecti Antiquitatibus Romanis Roſini, ut quibuſcunque adoleſcentibus exhibeantur. Cur igitur chartam ſic maculat & ſibi placere conatur? Sed vides hinc, quam poſſit conturbare homines nominum ratio. Non ideo tamen ſic contineri manum oportebat, aut adeo præclaram nitentis clavi purpuram ex veſte Judaica aboleri. Niſi fallor, unum hoc eſt monumentum, unde diſcimus, quomodo ab Imperatoribus SCta in provinciis ſolerent exſecutioni mandari, nempe ut in urbes, quas proponebant, ea mitterent addito mandato ſuo quod tacitas continebat minas, ni parerent. Itaque rurſus inſuere tentavi; fortunam præſtabit tempus. Vale, qui legis, & quod pag. 110 verſ. 29 excidit poſt vocem *omittente*, *ſed Dione apud Xiphilinum illic productum uſurpante*, appone.

DE

598

DEDICATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

VIRO LONGE NOBILISSIMO
JACOBO BRUGES
DUCI de CHANDOS
MARCHIONI & COMITI
DE CARNARVON,
ET
BARONI CHANDOS
DE SUDELEY.

CUM poſt multorum annorum laborem improbum, & magnos ſumptus Joſepho impenſos, pæne languerem, Tu ſolus, Vir illuſtriſſime, benignitate Tua me labantem excitaſti, & munificentia Tua effeciſti, ut Operi tam difficili & laborioſo par eſſem perficiundo. quapropter ſi quid fructus aut emolumenti ex meis Vigiliis capiat Reſpublica Literaria (capiet autem, uti ſpero, nonnihil) id omne Tibi acceptum referri debere palam aperteque profiteor. Joſephum igitur meum Patrocinio Tuo demiſſe & humiliter commendo, quem accipias rogo, ut grati animi & obſervantiæ in Te meæ Teſtem perpetuum & monumentum futurum. Quod ſupereſt, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut Te, Vir Nobiliſſime, Literis & Literatis præſidium certiſſimum, diutiſſime ſervet incolumem.

Tui

&

Dignitatis

Tuæ

Studioſiſſimus.

JOANNES HUDSON.

PRÆFATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ANTONIUS HALLIUS.

COGITANTI mihi ſæpenumero de Fatis Veterum Scriptorum, mirum omnino videri ſolet, neminem inter Eruditos extitiſſe, qui id Joſepho præſtaret, quod aliquammulti Auctoribus Joſepho multo vilioribus jamdudum præſtiterunt. Et neſcio ſane an rei difficultas quoſdam ab hoc opere aggrediundo abſterruerit; [1] *nonnullis certe mors ipſa impedimento fuerit, quo minus opus aggreſſum laudabiliter conficerent. Utcunque autem hæc ſe res habeat, id felicitatis uni demum contigit Hudſono, viro in Litteris peritiſſimo, ut rem diutiſſime deſideratam fortunate abſolveret. Et dolendum equidem eſt, virum doctiſſimum prius mortem obiiſſe, quam merita ſua in Joſephum Ipſe Lectoribus ſuis commonſtraſſet. Hoc tamen poſſum pro certo affirmare, Me ſæpius ex ipſo audiviſſe, illi non animum fuiſſe, ut Prolegomena longa ad Joſephum conderet, ſed Præfatiunculam duntaxat, quid ab eo in ſua Joſephi Editione præſtitum fuerat expoſituram. illud alterum pridem factum fuiſſe optime cognoverat a nobili Eruditorum Pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Joſepho Lipſienſi præmiſſis, & Joanne Alberto Fabricio in* [2] *Bibliotheca Græca, Opere in ſuo genere eximio.*

Ad quartum uſque Indicem, qui eſt Scriptorum a Joſepho laudatorum, Operæ proceſſerant Typographicæ, cum Hudſonus noſter, paulo poſt moriturus, me accerſens, Joſephum ſuum mihi in manus tradidit: rogavitque, ut ſi quæ reſtarent peragenda ipſe perficerem. annui libentiſſime, ne aut juſto ejus deſiderio, aut neceſſitudini, quæ per plures annos inter nos interceſſerat, deeſſe aliquatenus viderer.

Hudſono ad manus erant omnes Veterum Joſephi Interpretum & Textus Græci Editiones. Codices MSS. itidem fere omnes vel ipſe oculis luſtraverat, vel Lectiones ex iis ab aliis collectas poſſidebat. Criticorum etiam ſcrinia poſt Litteras inſtauratas præſtantiſſimorum diligenter excuſſerat, & ſi quod lucis inde ad Joſephum ſuum illuſtrandum hauriri potuerat id omne in Notas ſuas tranſtulerat. quas qui ſtudioſe perlegerit, facile judicabit quanti Joſephus Hudſono noſtro conſtitit: nihil eſſe litterarum deprehendet ſive veteris ſive recentioris ævi, nihil Librorum ſive ſacri ſive profani argumenti, ad quod ille animum oculoſque non converterat.

Ex Libris Scriptis, quorum Lectiones ob oculos habuit, Busbequianus videtur eſſe reliquis brevior, & non omnino abſimilis illi Epitome Antiquitatum, quam adhibuiſſe ſe teſtatur Arnoldus Peraxylus in procuranda Editione Baſileenſi; aut Epitome MS. Librorum de Bello, qua, a L. Capello mutuo accepta, in condendis Annalibus ſuis Jacobus [3] *Uſſerius ſe uſum fuiſſe profitetur. Eſt autem Codex A. Busbequii, qui in Bibliotheca Cæſarea ſervatur; optimæ notæ; ut & alius etiam J. Sambuci, in eadem Bibliotheca repoſitus.*

Inter Schedas J. A. * *Boſii cæteris præſtare videntur Lectiones e Codicibus Tho. Reineſii, viri ſummi, exſcriptæ; & Caſparis Barthii, celeberrimi Polyhiſtoris, ad* [4] *veterem Joſephi In-*

1 Inter quos eminent J. A. Boſius, Stephanus Monachius, Edvardus Bernhardus, Jacobus Gronovius, Godefridus Olearius, & Hadrianus Relandus.

2 Lib. IV. c. 6. quod quidem caput, in gratiam Lectorum, poſt *Teſtimonia* dedimus recuſum.

3 Vide ejus Epiſt. ad Arn. Boot.

* Quem limam Joſephi appellare ſolebat doctiſſ. Bernardus.

4 Colon. 1524. Fol.

Interpretem [1] *Notulæ. S. Petiti Conjecturæ, in Bibliotheca Bodleiana reconditæ, minus faciendæ; utpote nimium plus tribuentis Rabbinis, Magistellis istis, qui Antiquitates Judaicas primi omnium corruperunt. Sed Syllabum Codicum, per quos profecerit Hudsonus, ab ipso profectum, infra excusum exhibebimus.*

*Textum Josephi diligentissime recognovit, & ad Codices correxit; Errores Typographicos, qui in priores Editiones irrepserant, studiose sustulit; nonnullos tamen aut ipse reliquit, aut fortasse etiam admisit, quos nihilominus omnes, quanta fieri potuit cura, * ad finem Operis emendatos reperies.*

Josephus Scaliger, recentiorum doctissimus, veterem Flavii Interpretem imperitissimum appellat; neque Sigismundus Gelenius, vir alioquin laude sua minime fraudandus, qui emendare & ad Græca Josephi refingere veterem illam Versionem conatus est, hac in parte, Eruditis satisfecit. Hinc novus Hudsono labor surgebat; nova Versione ab ipso donandus erat Josephus; quam tam pure tamque Latine elaboratam nobis dedit, ut cum Scriptis hujus generis præstantissimis merito conferri posse videatur.

Neque dubium esse potest, quin multi amicorum multa illi subsidia ad Josephum illustrandum subministrarent. Copiam Editionis Basileensis, manu Is. Casauboni passim notatæ, Principi debuit Criticorum Richardo Bentleio; Varietatem Lectionis è Codice quodam Regis Galliarum Michaeli Lequienio, Dominicanorum doctissimo; Observationes quasdam egregias viro eruditissimo Richardo Ibbetsono, discipulo olim suo, cujus conjecturas semper exosculatus est; Annotata illustris E. Spanhemii Cl. Jablonskio. neque prætereundus est Guilielmus Lowthius, Præbendarius Wintonienſis dignissimus, cui tantum debuit quantum familiarium nemini. Alia fortasse aliis.

De Josepho sic fere censuit Hudsonus: Scriptorem fuisse eloquentissimum, & veri studiosissimum; sectatorem in nonnullis Dogmatum S. Joannis Baptistæ., ac proinde Testimonia de Iesu Christo *& Jacobo Justo genuina esse; errores quos illi nonnulli eruditorum impingunt Librariorum potius esse quam ipsius Josephi; non esse Auctorem Maccabaici, ut neque Tractatus de Universo, qui sub ejus nomine etiamnum alicubi exstat.*

Quid autem censendum sit de ipso Hudsono, Ego quam potero brevissime expediam. Natus erat [2] *Widopiæ prope Cockermutham in Agro Cumbrensi paulo post instauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo* [3] *Hechstettero. Juvenis admodum Oxonium* [4] *missus, in Collegio Reginensi sub Tutela Thomæ Crosthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempestate celebris, Philosophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut Litteras interim Humaniores nunquam neglexerit. illas enim per totum vitæ spatium mirifice dilexit, & tantos in iis progressus fecit, quantos nemo fere suorum æqualium, etsi vixerat in Collegio Litteratorum semper feracissimo. Non multo post quam gradum in Artibus Magistralem* [5] *susceperat, ad Collegium Universitatis commigravit. ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, Adolescentes ad Philosophiam & bonas litteras instituebat. Dum hæc solita diligentia curaret, Thomæ Hydeo, Linguarum pene omnium perito, in Præfectura Bibliothecæ Bodleianæ ab Academia* [6] *sufficitur. quem quidem provinciam ad mortem usque summa cum laude administravit. Principalitatem postea Aulæ Beatæ Mariæ Virginis ab honoratissimo Academiæ Cancellario* [7] *obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum omnium sui sæculi facile Principis. Edidit* [8] *Vellejum Paterculum,* [9] *Thucydidem,* [10] *Dionysium Halicarnassæum, Geographiæ veteris* [11] *Scriptores Græcos minores,* [12] *Longinum,* [13] *Mœridem Atticistam, &* [14] *Æsopum. Lactantium prelo paratum habuit; sed quid de eo factum sit, juxta cum ignarissimis scio. Alia minutiora sciens prætereo. Tandem anno* MDCCXIX. *die* [15] *27. Novembris, post diutinum languorem, magno litterarum damno, hydrope extinctus est. Uxorem duxit Margaretam, filiam D. Roberti Har-*

1 Ex manu Christiani Daumii.
* Suo loco ubique in Nova hac Editione sublatos aut correctos invenies.
2 Vulgo Wedehop.
3 Coll. Regin. Oxon. quondam Socio.
4 Anno 1676.
5 1684.
6 Anno 1701. mense Julio.
7 Anno 1712.
8 Oxon. 1693. 8°. & postea 1711.
9 Ibid. 1696. G. L. cum Scholiis, Fol.
10. G. L. cum Notis 2 Voll. Fol.
11. Quattuor Voll. in 8°. 1698, 1703, 1712.
12. Oxon. 1708. & 1718. 8°.
13. Ibid. 1711.
14. Oxon. 1718. 8°. cum nova Versione, & magna Fabularum accessione.
15. Hora 6 A. M. Ætatis circiter 57.

Harriſon Equitis Aurati; ex qua progenuit filiolam unicam, nomine itidem Margaretam, puellulam novem annorum, forma atque indole eximiam.

Viris eruditis ſuæ ætatis omnibus innotuit. hinc ipſi natæ doctorum amicitiæ, & cum multis litterarum etiam commercia. Tales erant in Italia Ludovicus Antonius Muratorius, Joannes Maria Salvinius, & vir illuſtris Franciſcus Blanchinius; In Gallia Joannes Boivinius, Ludolphus Kuſterus, & cujus amicitiam magni ſemper fecit Michael [1] Lequienius; In Germania Godefridus Olearius, Joannes Burchardus Menckenius, Joannes Chriſtophorus Wolfius, Henricus Ludovicus Schurtzfleiſchius, Joannes Georgius Eccardus, & quem præ cæteris coluit Joannes Albertus Fabricius; In Suecia Ericus Benzelius, a quo Philonem Judæum propediem exſpectamus; In Dania vir nobiliſſimus Friderieus Roſtgardus; In Belgio Jacobus Perizonius, Hadrianus Relandus, &, paulo ante obitum, Joannes Clericus. Notiores ſunt Angli, quam ut mea egeant nomenclatione.

Erat probitate antiqua, facie decora, ſtatura mediocri, valetudine firmiſſima, quam tamen ſtudiis & vigiliis nunquam intermiſſis penitus tandem labefactavit. Hæc habui inpræſentiarum dicenda de Joanne Hudſono, viro doctiſſimo, & mei, dum viveret, amantiſſimo.

1 Damaſceni Editor.

Scribebam in Coll. *Regin.* OXON.
VI. Non. Maji MDCCXX.

VE-

VETERUM TESTIMONIA DE JOSEPHO, EJUSQUE SCRIPTIS.

SÆCULO II. à CHR. N.

I. *Suetonius Tranquillus in Veſpaſiano, c. 5.*

APUD Judæam Carmeli Dei oraculum conſulentem, ita confirmavere ſortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo quamlibet magnum, id eſſe proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis *Joſephus*, cum conjiceretur in vincula, conſtantiſſime aſſeveravit fore, ut ab eodem brevi ſolveretur, verum jam Imperatore.

II. *Juſtinus Martyr in Orat. Cohort. ad Græcos, p. 10. Edit. Pariſ.*

Επὶ δὲ καὶ σοφώτατοι, φίλων τε καὶ Ιώσηπος, οἱ τὰ καθ' Ιουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα δοκοῦσιν καὶ παλαιοῦ τῶν Ιουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μεμνῆσθαι. ὁ μὲν γοῦν Ιώσηπος, τὸ δοκοῦν καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων σημαίνειν βουλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας ἔτω γέγραφε· ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας Αρχαιολογίαν ὀνομάζων.

Quin & ſapientiſſimi illi Philo & *Joſephus*, qui res Judaïcas ſcripſerunt, ut admodum vetuſti & antiqui Judæorum principis Moyſis faciunt mentionem. Ipſe certe *Joſephus*, vetuſtatem rerum per ipſorum librorum inſcriptionem ſignificare volens, hiſtoriam exorſus ita ſcripſit; FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBRI: vetuſtatem hiſtoriæ Antiquitatum nomine deſignans.

III. *Idem iterum, pag. 11.*

Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ελληνες, οἱ ἔξωθεν τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας καὶ τῆς ἀρχαιότητος Μωϋσέως ἱστοροῦντες γεγράφασι· καὶ ταῦτα πάντα παρὰ Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φήσαντες, παρ' οἷς σὺν ἐτύχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παῖδος ὠκειῶσθαι χώραν· καὶ διὰ τὴν περιεργοτέραν σπουδὴν πολλῆς ἠξιῶσθαι ἀποδοχῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὸ τοῦ ἤθους ἀξίωμα ἀναγράψασθαι περιελόμενοι, φίλων τε καὶ Ιώσηπος. ἔτοι γε, τὰς Ιουδαίων ἱστοροῦντες πράξεις, ὑπὸ μὲν τῶν Χαλδαίων ἤθους τὸν Μωϋσέα γεγονέναι φασί· τὸν δὲ πολλῶν αὐτοῦ διὰ λιμοῦ πρόφασιν ὑπὸ τῶν Φοινίκης ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον μεταναστάντων, ἐκεῖ τὸν ἄνδρα πτύχθαι φασίν· ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς τιμῆσαι οὔθετο, καὶ πρόαρχον καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθέτην γενέσθαι τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἠξίωσεν, ὁπλίσας ὑπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸ τῶν Εβραίων πλῆθος ἐπὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε.

Hæc ſunt, viri Græci, quæ de Moſis vetuſtate externi & à religione noſtra alieni homines, hiſtorias ſcribentes, tradiderunt: omnia iſta ſe ab Ægyptiis ſacerdotibus accepiſſe profeſſi; apud quos non natus ſolum, ſed etiam qui omni Ægyptiorum diſciplina imbueretur, dignus habitus eſt, propterea quod a Regis filia in filii locum fuerit adoptatus. Propter quam itidem cauſam magno eſt eductus ſtudio, quemadmodum in literas retulerunt ſapientiſſimi hiſtoriographi, qui de vita ejus & rebus geſtis generiſque ſplendore ſcribendi provinciam ſibi ſumpſere, Philon & *Joſephus*. Hi ſiquidem, Judæorum res geſtas memoriæ mandantes, à Chaldæis Moſen originem traxiſſe ſcribunt. Majores quippe ejus per famis cauſam è Phœnicia in Ægyptum tranſiiſſe, atque ibi virum eum genitum memorant: quem Deus ob præſtantem ipſius virtutem honore auctum, Principem, Imperatorem, & Legislatorem genti ſuæ præpoſuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem ſuam reverti, juſtum & æquum eſſe duxit.

IV. *Idem rurſus, pag. 14.*

Ταῦτα οὐ μῦθον ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελληνες, οὐδὲ μεταπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ, ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκήσεων ἐν τῇ Φάρῳ ἰωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ οἰκούντων τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκόότες, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων, σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, φίλωνός τε καὶ Ιωσήπου, καὶ ἑτέρων πολλῶν.

Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam hiſtoriam, renunciamus: ſed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus; & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere poteſtis, & potiſſimum ex eis qui iſta ſcriptis ſuis inſeruerunt, ſapientibus & ſpectatis viris, Philone & *Joſepho*, & pluribus aliis.

V. *Idem*

V. *Idem (vel Auctor incertus) in Quæst. & Respons. ad Orthodox. p. 462.*

Si ignorantia, quæ præter voluntatem provenit, veniam secum affert, sicuti nos Scriptura docet, quomodo qui olim exstitere Judæi, & Christum per ignorantiam supplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis affecti sunt calamitatibus, sicut in libris *de Excidio* eorum docet *Josephus*?

Εἰ συγγνώμην ἡ ἀκούσιος ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ἀπὸ τῆς γραφῆς διδασκόμεθα, πῶς οἱ μὲν πάλαι Ἰουδαῖοι, τὸν Χριστὸν ἐξ ἀγνοίας σταυρώσαντες, πολιτῶν καὶ ἀνυποιστῶν δεινῶν ἐπεκράτησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἁλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ἰώσηπος;

VI. *Irenæus, in Fragmento è Cod. Bibliothecæ Vindobonensis, p. 472. Edit. Oxon.*

Josephus ait, quod, quando in regali aula educabatur Moses, dux exercitus contra Æthiopes electus, & victor evadens, filiam Regis ejus uxorem duxerit: siquidem ex amore, quo ipsum prosequuta est, civitatem ei tradiderat.

Ἰώσηπός φησιν, ὅτι, Μωϋσῆς ἐν βασιλείοις ἐτρέφετο Μωϋσῆς, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς τῶν Αἰθιόπων, καὶ νικήσας, ἠγάγετο τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνου θυγατέρα· ἐπεὶπερ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὸν παρεδίδουν αὐτῷ τὴν πόλιν.

VII. *Theophilus ad Autolycum, lib. 3. p. 257. Edit. Oxon.*

Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum testimonium, sicuti scripsere de temporibus quæ ad nos spectant, Manetho quidem Ægyptius, & Menander Ephesius, necnon *Josippus*, qui contexuit *Historiam Belli Judaïci* cum Romanis gesti, ita & ista nobis sufficere in præsentiarum reor.

Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστόρησαν περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγράψαντες [a] Μανεθὼν ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μίναανδρος ὁ Ἐφέσιος, ἔτι δὲ καὶ Ἰώσιππος, ὁ ἀναγεγράφας τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον, τὰ γιγόμενον αὐτοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀρκετὸς ἔτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα.

VIII. [b] *Clemens Alexandrinus in Stromatum lib. 1. p. 341. Edit. Paris.*

Flavius autem *Josephus* Judæus, qui Judaïcas composuit historias, colligens tempora, ait, à Mose usque ad David esse annos DLXXXV. à David usque ad secundum annum Vespasiani MCLXXIX. deinde ab eo usque ad decimum annum Antonini annos LXXVII. ita ut à Mose usque ad decimum annum Antonini sint omnes anni MDCCCCXXXIII.

Φλαούιος δὲ Ἰώσηπος, ὁ Ἰουδαῖος, ὁ τὰς Ἰουδαϊκὰς συντάξας ἱστορίας, καταλογὰν τοὺς χρόνους, φησὶν, ἀπὸ Μωσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη γίγνεσθαι φησί· ἀπὸ δὲ Δαβὶδ ἕως Οὐεσπασιανοῦ δὶς πέντε ἔτους, [ἔτη] ἑξακόσια. εἶτα ἀπὸ τούτου μέχρι Ἀντωνίνου δεκάτου ἔτους, ἔτη ογ'. ὡς εἶναι ἀπὸ Μωσέως ἕως τοῦ δεκάτου ἔτους Ἀντωνίνου πάντα ἔτη ,ωλγ'.

IX. *Tertullianus in Apologetico adversus Gentes, p. 19. Edit. Paris.*

Judæus *Josephus* Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex.

SÆCULO III.

X. *Dion Cassius Histor. Rom. lib. 66. p. 745. Edit. Hanov. Vide infra in Joannes Xiphilinus.*

XI. *Minucius Felix, p. 36. Edit. Oxon.*

Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudeas, ut transeamus veteres, *Flavii Josephi*, vel Antonii Juliani, de Judæis require.

XII. *Origines in Commentariis ad Matthæum, p. 223. Edit. Rothom.*

Usque adeo autem Jacobus hic Justitia sua apud populum celeber fuit, ut *Flavius Josephus*, qui XX. libris *Judaïcam Antiquitatem* conscripsit, rationem reddere volens, quare talia perpessus fuerit populus, ut Templum etiam dirutum fuerit, dicat hæc illis ira Dei contigisse, propter ea quæ adversus Jacobum, fratrem Iesu, qui Christus dicitur, perpetraverunt. Ac mirabile quidem illud est, cum Iesum verum esse Christum non crediderit, eum tamen tantam Jacobo justitiam testimonio suo tribuisse; dicit autem existimasse etiam populum, se hæc Jacobi causa sustinuisse.

Ἐπὶ ποσοῦτον δὲ διέλαμψεν ἐτ[ῶ]ς ὁ Ἰάκωβος ἐν τῷ λαῷ ὅτι δικαιοσύνῃ, ὡς Φλάβιον Ἰώσηπον, ἀναγράψαντα ἐν εἴκοσι βιβλίοις τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας, τὴν αἰτίαν ἀποδοῦναι βουλόμενον διὰ τὸ πιαθῆναι τὸν λαὸν, εἰς δὲ τὸν ναὸν κατασκαφῆναι, εἰρηκέναι, διὰ μῆνιν θεοῦ τοῦτο αὐτοῖς ἀπηντηκέναι, [c] λέγοντα περὶ εἰς Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ, τὸν λεγομένου Χριστοῦ, ὑπ' αὐτῶν πεπολημένα. καὶ τὸ θαυμαζόν ἐστιν, ὅτι, τὸν Ἰησοῦν ἡμῶν [d] μὴ καταδεξάμενον εἶναι Χριστὸν, [e] ὅμως ἔτι περὶ Ἰακώβου δικαιοσύνῃ ἐμαρτύρησε τοσαύτῃ· λέγει δὲ ὅτι καὶ ὁ λαὸς τοῦτο [f] ἐνόμιζε διὰ τὸν Ἰάκωβον πεπονθέναι.

XIII. *Idem contra Celsum, l. 1. p. 14. Edit. Cant.*

Licet enim volentibus legere duos libros *Flavii Josephi* de *Judæorum Antiquitate*, ubi longam Scriptorum seriem citat in gentis ejus antiquitatis testimonium.

Δυνατὸν δὲ τὸν βουλόμενον ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα Φλαβίου Ἰωσήπου περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶν· ὅπου καὶ πολλὴν συναγωγὴν συγγραφέων φέρει μαρτυρούντων τῇ Ἰουδαίων ἀρχαιότητι.

XIV. *Idem*

a In *Suida Codd. Μάνεθως.* al. *Μανεθών.*
b Idem *Clemens* Strom. 5. meminit τῆς συντάξεως τῶν τῆς Μακκαβαϊκῶν ἱστοριῶν. Vide *Huet.* D. E. p. 464. Edit. 8.
c Vide *Euseb.* Hist. Eccles. lib. 2. c. 23. p. 65. & *Syncellum* p. 339.
d Vide *Martini* Dissert. de Loco *Josephi*, p. 249.
e Vide doctiss. *Huet.* D. E. p. 32.
f Hac de re plura mox infra.

XIV. *Idem iterum, p. 35.*

Εν γὰ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τ Ιυδαϊκῆς Αρχαιολογίας ὁ Ιώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ιωάννῃ ὡς Βαπτιςῇ γεγωημένῳ, κ καθάρσιον τοῖς βαπτιζομένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ' αὐτὸς, [g] καίτοιγε ἀπιςῶν τῷ Ιησ ὡς Χριςῷ, ζητῶν τ αἰτίαν τ τ Ιεροσολύμων πλώσεως, κ τ γ ναῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κ γ Ιησ ὀπιβυλὴ τότων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἐπέκλειναν τ προφητευόμενον Χριςόν· ὁ δ, κ ὥσπερ ἄκων ὑ μακρὰν τ ἀληθείας γιόμενος, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ιυδαίοις [h] κατ' ἐκδίκησιν Ιακώβ γ δικαίυ· ὃς ἦ ἀδελφὸς Ιησ γ λεγομένυ Χριςῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον [i] αὐτὸν ὄντα ἀπέκλειναν.

Nam *Josephus* in XVIII. *Antiquitatum* teſtatur Joannem exſtitiſſe Baptiſtam, expiationemque baptizatis eſſe pollicitum. Idem, quamvis Ieſum parum cognoſcens pro Chriſto, dum quærit cauſam Hieroſolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuiſſet dicere id accidiſſe propter ejus populi contra Ieſum inſidias, quia Chriſtum à prophetis promiſſum interemiſſent) quaſi invitus haud procul à veritate diſcedens, ait hæc contigiſſe Judæis in ultionem Jacobi cognomento Juſti, fratris Ieſu qui dicitur Chriſtus, quia juſtiſſimum hominem occiderant.

XV. *Idem Lib. 2. p. 69.*

Τῦτο γὰ ἤρξατο μὲν ἐπὶ Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δ ἕως τ Οὐεσπασιανῦ ἡγεμονίας, ὃ ὁ ὑὸς Τίτος καθεῖλε τ Ιερυσαλήμ· ὡς μὲν Ιώσηπος γράφει Δι' Ιάκωβον τ δίκαιον, τ ἀδελφὸν Ιησ τ λεγομένυ Χριςῦ, ὡς δ ἀληθῶς παρίςησι Δι' Ιησοῦν τ Χριςὸν γ Θεῦ.

Hoc enim fieri cœptum eſt ſub Neronis imperio, duravitque uſque ad Veſpaſiani tempora, cujus filius Titus ſolo æquavit Hieruſalem; ut *Joſepho* videtur propter Jacobum juſtum, qui vocabatur frater Ieſu Chriſti, ut vero res ipſa clamat, propter Ieſum Chriſtum Dei filium.

XVI. *Idem rurſus, p. 167.*

Καὶ ὁ βυλόμενός γε [k] ἀναγνώτω τὰ γ Φλαβίυ Ιωσήπυ περὶ τ Ιυδαίων ἀρχαιότητος δύο βιβλία, ἵνα γνῷ πόσον πρόσθον ἀρχαιότερος ὢν Μωϋσῆς τ κ χρόνων μακρὰς περιόδυς κατακλυσμὺς κ ἐκπυρώσεις φησάντων γίγεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ.

Si quis certiora cupit cognoſcere, legat *Flavii Joſephi* libros duos de *Judæorum Antiquitate*, ut ſciat Moſem longe ætate ſuperiorem fuiſſe iſtis, qui juxta temporum viciſſitudines diluvia in mundo fieri & exuſtiones tradiderunt.

XVII. *Porphyrius de Abſtinentia, lib. 4.*

Οἱ μὲν τρίτοι [Εσσαῖοι] τοιοῦτοι ἐπιοῦσι τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ιώσηπος τ πεπραγματευκέναι ἀνέγραψεν. κ γὰ ἐν τῷ δευτέρῳ τ Ιυδαϊκῆς ἱςορίας, ἣν δ' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, κ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τ Αρχαιολογίας, ἣν Δι' εἴκοσι βιβλίων ἐπεραγματεύσατο, κ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τοὺς Ελληνας, εἰσὶ δ δύο τὰ βιβλία. "Εἰσὶ τοί- "γυν οἱ Εσσαῖοι, Ιυδαῖοι μὲν τὸ γένος. ——

Tertius igitur iſte ordo hujuſmodi inſtitutis vivebat, ut ſæpius *Joſephus* in ſcriptis ſuis teſtatum reliquit: in ſecundo nempe libro *Judaïcæ Hiſtoriæ*, quam ſeptem libris abſolvit, & in decimo octavo *Antiquitatum*, quas viginti libris compoſuit; & in ſecundo *ad Græcos*, quod quidem duos libellos complectitur opus. "Eſſæi, "Judæi quidem natione ſunt, *&c.*

XVIII. *Euſebius Cæſarienſis lib. 8. Præparat. Evangel. c. 10. Edit. Pariſ.*

Τῶν δ' οἰκείων οἱ περιφανέςατοι κὴ μνήμης ἀλήθειαν τύτυς ἠξίωσαν, Ιώσηπός τε κὴ Φίλων, κὴ ἕτεροι παλαίους.

At Gentilium ſuorum clariſſimi, *Joſephus* & Philo, aliique complures, eoſdem memoriæ poſteritatis ſempiternæ, ſuis etiam operibus, commendare voluerunt.

XIX. *Euſeb. Demonſtr. Evangel. l. 3. p. 124. Edit. Pariſ.*

—— αὐτάρκης μὲν οὖν κ ἡ τῶνδε τυγχάνειν περὶ γ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία. οὐδὲν ἂν οἷον τε περιεῖναι κ πρὸς ἐξ Εβραίων Ιωσήπῳ μάρτυρι χρήσαθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱςορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις.

"Γίνεται δ κατ' ἐκεῖνον τ χρόνον Ιησοῦς σοφὸς "ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰ παρα- "δόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων "τἀληθῆ σεβομένων. κ πολλοὺς μὲν τοῦ [l] Ιυδαϊκοῦ· "πολλοὺς δ κ Ελληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριςὸς οὗ- "τος ἦν. κ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόν- "των σταυρῷ ἐπιτιμήσαντος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύ- "σαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰ αὐ- "τοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφη-

—— ego licet talium hominum de Salvatore noſtro teſtimonium nobis abunde ſatisfacere debeat, tamen nihil me præter propoſitum facturum arbitror, ſi quaſi ex abundantia quadam, Hebræi quoque *Joſephi* teſtimonio utar: qui in XVIII. Judaïcæ Antiquitatis libro, Pilati tempora in hiſtoriam ſuam referens, de Salvatore noſtro mentionem facit, his verbis:

"Exiſtit per idem tempus Ieſus ſapiens vir, ſi "modo virum eum dicere oportet, quippe qui "earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fi- "dem ſuperant. Docebat porro hic homines, "ſi quos veritatis ſtudioſos reperiebat: ergo mul- "tos ſibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factio- "nis adjunxit. Chriſtus plane hic fuit: ſiquidem "cum magiſtratibus noſtris accuſantibus, illum "crucis ſupplicio affeciſſet Pilatus, non deſtite- "runt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit "enim illis tertio die iterum vivens, quemadmo- "dum

g Vide Cl. *Spenceri* Annott. in *Orig.* p. 30. & *Huet.* ubi ſupra.
h Eadem fere habet *Euſebius*, paulo infra; & *Cedrenus* vol. 1. p. 206. *Edit. Pariſ.* Vide Epiſt. Cl. *Picquii* in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, Vol. II. p. 34.
i Legendum potius, ἄνδρωπον.
k Al. ἀναγιώσκω.
l Deeſſe videtur πρόσωπον, aut ſimile.

"dum divini prophetæ & hæc, & alia innumera-
"bilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc uſ-
"que diem Chriſtianorum non defecit genus.

"τῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκό-
"των. ὅθεν εἰσέτι νῦν ἀπὸ τοῦδε τῶν Χριστιανῶν οὐκ
"ἐπέλιπε τὸ φύλον.

XX. *Idem l.* 6. *c.* 11. *p.* 291.

At *Joſephus vice eorum*, quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, *Judaicas traditiones* ſumma diligentia perſequutus eſt, utpote qui Hebræus ab Hebræis exiſteret.

Ὁ δέ γε Ἰώσηπος καὶ τὰς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς [m] δόσεις ἀκριβέστατα, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τοῦ-
χάνων.

XXI. *Idem l.* 8. *p.* 397.

Atque optimus hujus rei teſtis eſt Hebraicus auctor *Joſephus*, qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, exponit: "Herodes, &c.

Μάρτυς δ' ἀξιόχρεως τούτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώ-
σηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν [n] ὀκτω-
καιδεκάτῳ Ἀρχαιολογίας. "πλὴν ἦν βασιλείαν, κ. ε.

XXII. *Idem in Hiſt. Eccleſiaſt. l.* 1. *c.* 4. *p.* 17. *Edit. Valeſii.* 1659.

Hujus porro deſcriptionis ſub Quirinio celeberrimus apud Judæos Hiſtoriarum ſcriptor *Flavius Joſephus* mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum ſecta, qui iiſdem temporibus emerſit, ſtatim ſubnectens.

Ταυτῆς ἦν τὴν κατὰ Κυρήνιον ἀποχραφῆς καὶ ὁ παρ' Ἑ-
βραίοις ἐπισημότατος ἱστορικῶν Φλαύιος Ἰώσηπος μνη-
μονεύει, καὶ ἄλλην ἐπισυνάπτων ἱστορίαν περὶ τὴν Γαλι-
λαίων καλουμένην τὰς αὐτὰς ἐπιφυείσης χρόνους αἱρέσεως.

XXIII. *Idem iterum, l. eod. c.* 6. *p.* 20.

Hujus rei locupletiſſimum teſtem habes *Joſephum.*

Ἔχεις καὶ τούτων ἀξιόχρεων τὸν Ἰώσηπον μάρ-
τυρα.

carerent, ab eo requirebat. ſeque enim ipſi, in omnibus quibus egeret, adjumento fore & auxilio. Jacobus autem rem omnem ei expoſuit, dicens: Iſaco eſſe filios geminos, ſe & Eſavum; eum, quia fruſtratus fuerit patris precibus, matris aſtutia à ſe interceptis, velle ſe interimere, ut qui principatum à Deo deſtinatum ei præripuerit, una cum felicitate quam à Deo pater ei precari voluit. Atque hanc eſſe cauſam ſui adventus, accedente matris juſſu: nam & omnes quidem (addit) ſumus inter nos conſanguinei, ſed tamen genus generi mater præfert. Te vero proxime poſt Deum, inquit, mihi in hac peregrinatione præſidium conſtituens, rebus, ut nunc ſunt, non diffido.

Amore Rachelæ Jacobus bis ſeptem annos ſervit avunculo. Gen. c. 29.

7. Labanus autem cum propter parentes omnem illi humanitatem tribuere pollicetur, tum & matris gratia, cui licet abſenti ex ſuo in illum ſtudio affectum ſuum teſtatum eſſe voluit. Nam & gregum curam ſe illi demandare velle ajebat, ſummamque hac in re auctoritatem dare: & quandocunque ad ſuos reverti libuerit, cum muneribus rediturum eſſe, iiſque honoribus, qui tam arcta cognatione junctum deceant. At cum hæc læto animo acciperet Jacobus, diceretque ſe cum illo commorantem quemlibet laborem, prout illi placuerit, libenter ſufferre; ſed mercedis loco Rachelam in matrimonium accipere poſtularet, quam cum ob alia ſummo honore proſequeretur, tum quod ipſius beneficio ad illum patuerit aditus: (nam amor puellæ extorſit ut harum rerum mentionem faceret) Labanus quidem his delectatus annuit ei puellæ nuptias, ut qui generum eo meliorem ſibi accidere non optaret. Sed id ſe facturum, ſi modo aliquamdiu ſecum maneat: in Chananæam enim non *libenter* miſſurum eſſe filiam; quin & ſororis affinitatis illic contractæ *propemodum* ſe pœnitere. His aſſentiente Jacobo, de ſeptem annis eſt conventum. Totidem enim ſocero ſervire ſtatuit, ut, facto virtutis ſuæ experimento, qui vir eſſet melius cognoſceretur. Labanus autem conditiones accipiens, cum elapſum eſſet tempus præſtitutum, epulas nuptiales apparat. Nocte vero appetente, Jacobo nihil *tale* præſentienti alteram filiam accubare facit, Rachela natu majorem, & facie parum liberali. Ille vero, vino & tenebris fallentibus, cum ea congreſſus eſt; luce dein fraude animadverſa, Labani perfidiam incuſat. At ille veniam petebat neceſſitati, qua coactus hoc fecerit. non enim ex malitia illi Liam ſuppoſuiſſe, ſed alia cauſa graviori impulſum. Neque tamen vel minimo impedimento eſſe Rachelæ conjugio, ſed amanti illam collocatu-

ἢ θεραπείας τῆς παρ' αὐτοῦ δεομένους, ἀνεπιωφελήτους παρέξειν γὰρ αὐτῷ καὶ πρὸς ἅπασαν [p] ἐπαμύνειν χρείαν. Ἰακώβου δὲ αὐτῷ πᾶσαν τὴν αἰτίαν διηγεῖσθαι, λέγοντος· Ἰσάκῳ γενέσθαι παῖδας διδύμους, αὐτόν τε καὶ Ησαυον, ὃν, ἐπεὶ τὸ μὲν πατρὸς ἀρχὴν διήμαρτε, σοφίᾳ τῆς μητρὸς εἰς αὐτὸν γεγομένων, ἀποκλεῖναι ζητεῖν αὐτὸν, ὡς ἀφῃρημένον τῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βασιλείας, καὶ ἀγαθῶν ὧν ὁ πατὴρ ἠυξατο. πιστὸν τε εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς ἐνθάδε παρουσίας, [q] καὶ τὴν τῆς μητρὸς ἐντολήν· πᾶσί τε γὰρ ἡμῖν ἀδελφοὶ τυγχάνουσι, καὶ πλέον μὲν [r] κατ' ἐκείνων συγγενῶς ἡ μήτηρ περισλαμβάνει. ἔρυμα δὲ τῆς ἐμῆς, φησὶν, ἀποδημίας σέ τε καὶ τὸν Θεὸν πιστεύομεν, θαῤῥῶ τοῖς παροῦσι.

ζ. [s] Λάβανος δὲ καὶ διὰ τὴν περὶ γένους ὑπαρχοῦσαν πᾶσιν αὐτῷ μεταδώσειν φιλανθρωπίας, καὶ διὰ τὴν μητέρα, πρὸς ἣν τὴν εὔνοιαν διὰ τῆς περὶ αὐτὸν ἀγαθῆς ἐνδείξασθαι καὶ μὴ παρέσης. πιμνίων τε γὰρ αὐτὸν ἐπιμελητὴν κατεσήσειν ἔφασκε, [t] καὶ νομίας ἀντὶ τούτων ἀξιώσειν· καὶ πρὸς τὰς ἰδίας ἀπαλλάσεσθαι γονεῖς βουλόμενον, μὴ δώρων ἐπαντλεῖν, καὶ τιμῆς [v] ὅσης εἰκὸς ἐστι τυγχάνειν τὸν ὕστερον συγγενῆ. Ἰακὼβος δὲ [x] ἀσμένως ταῦτα ἀκούσαντος, καὶ φήσαντος ἡδέως [y] παντὶ μένειν παρ' αὐτῷ πόνῳ εἰς ἡδονὴν ὑπομένειν τὴν ἐκείνης, μισθὸν δὲ ὑπὲρ τούτου λαβεῖν ἀξιοῦντος τὸν [z] Ραχήλας γάμον, διά τε τἄλλα τιμῆς ἀξίας [a] παρ' αὐτῷ τυγχανούσης, καὶ ὅτι [b] διάκονος· [c] αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν ἀφίξεως γένοιτο. ὁ γὰρ τῆς παιδὸς ἔρως αὐτὸν [d] ἠνάγκαζε ποιήσασθαι τὰς περὶ τούτου λόγους· Λάβανος δὲ ἡσθεὶς τούτοις, ὑπισχνεῖτο τὸν γάμον αὐτῷ τῆς παιδὸς, οὐκ ἄλλον ἀμείνω γαμβρὸν δέξασθαι ἐλπίζειν. εἰ μέντοι παρ' αὐτῷ [e] μένοι τινὰ χρόνον, τοῦτο ποιήσειν· εἰς γὰρ [f] Χαναναίους οὐκ ἂν πέμψειν τὴν θυγατέρα, μεταμέλειν γὰρ αὐτῷ καὶ τῆς ἀδελφῆς κήδεσθαι [g] συναφθέντος. τοῦ δὲ Ἰακώβου τούτοις συγχωροῦντος, ἑπτὰ ἐτῶν χρόνον σωτίθεται. τοσαῦτα γὰρ [h] αὐτῷ κέκριται ὑπισχνεῖσθαι τῷ πενθερῷ· ἵνα τῆς ἀρετῆς [i] πεῖραν δοὺς, ὑπιγνωσθῇ μᾶλλον τίς εἴη. καὶ [k] προσδεξαμένου τὸν λόγον, Λάβανος [l] δὲ χρόνου διελθόντος πρὸς τῇ δωδεκάτῃ τὸν γάμων. νυκτὸς δὲ ὑπογλωμένης, δόλον [m] προηθημένῳ τῷ Ἰακώβῳ φθάσαι καλλίνῃ τὴν ἑτέραν τῶν θυγατέρων, [n] πρεσβυτέραν τε τῆς Ραχήλας, καὶ τὸν ὄψιν οὐκ ἀπεικότα. σωελθὼν δὲ ἐκείνῳ ὑπὸ μέθης καὶ σκότους, εἶτα μεθ' ἡμέραν γνοὺς, ἀδικίαν ἐπεκάλει Λαβάνῳ. ὁ δὲ συγγνώμην ᾔτει τῆς ἀνάγκης, ὑφ' ἧς ταῦτα πράξειεν· ὡς γὰρ κατὰ κακουργίαν αὐτῷ τὴν Λείαν φθάσαι, ἀλλ' ὑφ' [o] ἑτέρας μείζονος νενικημένον. τοῦτο μέντοι γ' οὐδὲν ἐμποδίζειν πρὸς τὸν Ραχήλας γάμον, ἀλλ' ἐρῶντα

[p] Επαμυνειν χρειαν.] Απαμυνειν *Gen.* & antea παρεξ μὲν γὰρ, ex Criticis Schotani. *Bern.*

[q] Καὶ διὰ τὴν μητρὸς ἐντολὴν·] Καὶ κατ' in *Editis.*

[r] Κατ' ἐκείνων συγγενῶς] Ita *Big.* & *Samb.* κατ' ἐκεῖνον *Baſ.* & *G.* καὶ πλέον τὸν κατ' ἐκεῖνον συγγενεῖς ἡ μ. *Vat.* atque ita forſan *Epiphanius*, qui vertit, *omnibus enim nobis ſunt fratres, ſed mater illius amplius cognationem metuens* &c. *Huds.* Verterant Genevenſes ita, *Præſertim cum omnes ſint inter ſe conſanguinei, ſed propiore gradu Mater.* Quod ſatis ſecure *Hudſonus* ſequitur, dum ita refingit, *nam & omnes ſumus inter nos conſanguinei, & propiore adhuc gradu mater.* Joſephus id non videtur dixiſſe, quod & ſuboluit olim clar. *Coccejo*, qui in Exemplari meo ad marginem ita Interpretem caſtigaverat, *Nobis enim utriſque fratribus* (ἀδελφοῖς enim correxerat in interiore margine) *& plus illo fratre, mater* (*mihi*) *ſuccurrit.* Sic verbo περισλαμβάνειν utitur (addit) inferius μακαρίσας λέγοιθ' ἂν, ἐξ ὧν πρὸς ἔυκλειαν τῇ Λείᾳ περιελάμβανε. Verum de ſe ipſo hic non agit Jacobus, ſed aliquid proferre vult, quod auribus Labani gratum accidat, ideoque dicit ſuum genus præ alio elegiſſe matrem, quo ſe filium ſuum dilectum ablegaret. *Haverc.*

[s] Λαβανος δὲ] Λαβανος καὶ διὰ & mox καὶ διὰ δὲ τὴν μ. *Vat.*

[t] Καὶ περιουσίας] Ita in *MSS.* καὶ περ. τὸ τοῦτον *Baſ.* & *G.*

[v] Οσης εικὸς ἐστι] Itidemque ex *MSS.* in *Editis* ἧς εικ.

[x] Ασμένως ταῦτα ἀκούσαντος,] Vox ἀσμένως ex *MSS.* exciderat *Editis.*

[y] Πάντα μένων] Ita in *MSS.* & *Vet. Interpr.* παρ' αὐτῷ πάντα πόνον ὑπομένειν *Hen.* & *Busb.* ex compendio. πάντη μὲν τὸ παρ' αὐτῷ *Baſ.* πάντα μὲν τὸ *G.*

[z] Ραχήλας γάμον,] Pulchrum hoc nomen Hebraice ſcribitur רחל *Rachel*, unde fecerant Impreſſores in caſu ſecundo ραχηλας: ſed urbanius *Big.* & reliqui omnes ῥαχήλας, abs ῥαχήλα. *Bern.* Sic paſſim in *MSS.* in *Editis* Ραχηλος ex recto Ραχηλ.

[a] Παρ' αὐτῷ] Παρ' αὐτῶ *Baſ.* & *G.*

[b] Διάκονος] Διάκονος τὸ, Editorum par. Δεδούλος λοιπὸν τὸ *Samb.* Bern.

[c] Αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν] Illud αὐτῷ (quod ſervant *MSS.*) deeſt *Editis.*

[d] Ηνάγκαζε] Ita in *MSS.* ἠνάγκασε in *Editis.*

[e] Μένοι τινὰ χρόνον,] Μείνοι *Busb.*

[f] Χαναναίους] Χαναναίαν *Vat.*

[g] Συναφθέντος.] Συναφθείσης *Big.* & *Caſ.* Verum Joſephus phraſin alteram ab Olori filio huc tranſtulit Ἐ τ. α. κήδεσθαι ἐκεῖ συναφθέντος. *Bern.* Ita & *Thucyd.* p. 100. *Edit. Oxon.* συναφθείσης *Big.* & *Caſ.* minus recte.

[h] Αὐτῷ κέκριται] Αὐτῶν *Vat.* Huds. Lege κεκρίσθαι *Cocc.*

[i] Πεῖραν] *Samb.* πείρᾳ, ſonoritate Attica alii cuncti. *Bern.*

[k] Προσδεξαμένου] Προσδεξάμενος *Vat.*

[l] Τὸ χρόνου διελθόντος] Ita *Big.* & *Caſ.* in aliis deeſt articulus.

[m] Προηθημένῳ] Προαιθεμένῳ *Vat.*

[n] Πρεσβυτέραν] Ita *MSS.* τὴν πρεσβ. *Baſ.* & *G.*

[o] Ετέρας μείζονος] *Sc.* quod non moris eſſet apud eos ut juniores ante collocarent quam grandiores. *Gen.* c. 29. v. 26.

ῥῶντα

p Δώ-

ρῶνλι P δώσειν ταύτῃ μετ' ἄλλῃ q ἑπταετίαν. πείθεται δ' ὁ Ιακωβος· ἦδεν γὰρ ἕτερον αὐτῷ ποιεῖν ὁ τῆς κόρης ἔρως ἐπέτρεπε. καὶ διελθούσης ἄλλης ἑπταετίας, τῇ Ραχήλαν παρέλαβεν.

η'. Ησαν δ' ἑκατέραις θεραπαινίδες, ἃς πατρὸς δόντος. r Ζελφὰ μὲν Λείας, Ραχήλας δὲ Βάλλα. δᾶλαι μὲν ἐδαμῶς, s ὑποτεταγμέναι δέ. καὶ ἡ Λείας ἤπλετο t δεινῶς ὁ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἔρως τ' ἀνδρός. προσεδόκα τε παίδων γιγομένων ἔσεσθαι v τιμία. x ἱκέτευέ τε τ Θεὸν διὰ νεκτὸς. καὶ γιγομένου παιδὸς ἄρρενος, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς αὐτὴν y ἐπεστρεμμένου δ' ἀνδρὸς, z Ρούβηλον a ὀνομάζει τ' ἰὸν, διότι κατ' ἔλεον αὐτῇ δ' Θεοῦ γένοιτο· τοῦτο δὲ σημαίνει τὸ ὄνομα. τεκνοῦται δ' αὐτῇ καὶ τρεῖς ἕτεροι μετὰ χρόνον· Συμεών, ὑποσημαίνει δ' τὸ ὄνομα τὸ ἐπήκοον αὐτῇ τ Θεὸν γεγονέναι· εἶτα b Λεύι, κοινωνίας οἷον c βεβαιωτής· μεθ' ὃν Ιούδας, εὐχαριστίαν τοῦτο δηλοῖ. Ραχὴλα δ', φοβουμένη d μὴ διὰ τὴν εὐτεκνίαν τῆς ἀδελφῆς ἧττον e πρὸς τ' ἀνδρὸς μοίρας τυγχάνῃ, προσκατακλίνει τῷ Ιακώβῳ τὴν ἑαυτῆς f θεραπαινίδα Βαλλαν. γίνεται δ' παιδίον ἐξ αὐτῆς, Δάν, θεόκριτον ἄν τινες εἴποιεν κατὰ τὴν Ελλήνων γλῶτταν· καὶ g μετὰ τοῦτον Νεφθαλείμ, h ἀμηχάνητον οἷον, διὰ τὸ i ἀντιτεχνάσασθαι πρὸς τὴν εὐτεκνίαν τῆς ἀδελφῆς. τὸ δ' αὐτὸ καὶ Λεία ποιεῖ, πρὸς τὸ τῆς ἀδελφῆς ἔργον ἀντιτεχνασαμένη· προσκατακλίνει γὰρ τὴν k αὐτῆς θεράπαιναν. γίνεται δ' καὶ ἐκ τῆς l Ζελφᾶς υἱὸς Γάδας, τυχαῖον ἄν τις καλέσειεν αὐτόν· καὶ μετὰ τοῦτον Ασὴρ, m μακαριστὴς λεγοιτο ἂν, ἐξ ὧν πρὸς εὐκλειαν τῇ Λείᾳ προσελάμ-

rum esse post alterum septennium. Dictis obsequitur Jacobus: aliud enim faciendi potestatem sibi eripuit amor puellæ. Ac altero peracto septennio, Rachelam in matrimonium accepit.

8. Erant autem ambabus ancillæ, quas *eis* attribuerat pater; Liæ quidem Zelpha, Rachelæ vero Balla. nequaquam quidem servæ, subditæ tamen. Ac graviter tulit Lia amorem mariti erga Rachelam: exspectabatque, si liberos pareret, se honoratam fore. idque assiduis precibus à Deo contendebat. Cumque puer masculus natus esset, & maritus ob hoc propensior in eam factus, Rubelum nominavit filium, eo quod miseratione Divina ei contigerit. hoc enim significat nomen istud. Postea ex ea tres alii suscepti sunt liberi: Symeon, quod nomen denotat exorabilem ei fuisse Deum: dein Levi, quasi firmator societatis: post hunc Judas, quod *nomen* gratiarum actionem sonat. Rachela autem, verita ne propter fertilitatem sororis deteriore apud maritum conditione esset, famulam suam Ballam Jacobo facit accumbere. ex ea vero puer nascitur Dan; quod *nomen* Græci in sua lingua θεόκριτον (à Deo vindicatum) interpretarentur: & post hunc Nephthalim; quasi nullis dolis expugnandus; quod *mater ejus* arte certaverit cum sororis fœcunditate. Idem autem & Lia facit, *eadem* contra sororis artificium arte usa: suam enim deducit famulam in mariti accubitum. Ex Zelpha autem nascitur filius Gadas; ipsumque licet appellare fortuitum: ac post hunc Aser; qui beatificus diceretur, quod Liæ celebritati

Origo Israelitarum, ex Gen. c. 29. & c. 30.

Ex Lia Rubelus, *Dei gratiâ.*

Symeon, ἐπακουσμός. Levi, ἑπισύνακτος. Judas, *actio gratiarum.*

Tum de Balla Dan, *Deo vindice, seu* θεόκριτος. Nephthalim, *versutus,* δολοπλόκος. *Duo etiam ex Zelpha.* Gadas, *fortè fortuna:* Aser, *pinguis felix atque* μακαριστής.

p Δώσειν ταύτῃ] Ex *MSS.* δώλῳ in *Editis.*

q Επ αετίαν.] Hac de re videsis *Schotani* Bibliothec. part. 2. p. 343.

r Ζελφα] *Al.* Ζελφαν (& Ζαλφαν) μὲ Λ. P. ϗ Βάλλαν (& Βάλαν.) aut Ζίλφα μὲ Λείας, Ραχὴλ ϗ Βάλλα legisse videtur *Vetus Interpr.*

s Υποτεταγμέναι] Nuncupantur autem ancillæ istæ S. in Pentateucho, שפחה & בלהה. Samaritis *Zalpha* & *Balha*, S. Hieronymo à Rabbinis *Zelpha* & *Bala.* Demetrio tamen & LXXII. Alexandrinis, ζελφὰ καὶ Βαλλά. *Bern.* Ita ex *MSS* antea ὑποτεταγμένου ϗ αὐταῖς. καὶ &c.

t Δεινῶς.] Δεινὸς haud male expressum fuit Typis prioribus: sed δεινῶς vidimus potius in MSS. & pridem sic *Epiph.* Scholasticus. Mox ἀνδρὸς Editores. δ' ἀνδρὸς *Hen.* τ' ἀνδρὸς Reliqui. *Bern.* Itidemque ex *MSS.* δεινὸς in *Editis.*

v Τιμία·] Τιμὴν *Busb.* & *Baf.* & *Gen.* τιμία, fides antiquior & frequentior. Unde Zonaras, καὶ προσεδόκα μᾶλλον εὐλογιστέον γὰρ ἦν, εἰ φαίη καὶ γαστρὸς. *Bern.* Sic in melioribus *MSS.* τιμίαν *Busb. Baf.* & G.

x Ικέτευε] Ita *MSS.* ὅπερ καὶ ἱκέτευε τ in *Editis.*

y Επεστρεμμένου] Επεστραμμένου ἀνδρὸς aut ἐπεστραμμένου δ' ἀνδρὸς in omnibus (præter *Big.*) *MSS.* at ἐπεστρεμμένου δ' ἀνδρὸς Cecropidis proprium ac usurpatum. *Bernardus.*

z Ρούβηλον] Conveniunt codices Græci in ῥούβηλον, Latini omnes in *Ruben.* Pariter ῥουβηλὶς Josepho appellatur inferius tribus istiu Israelitæ. Cæterum ῥουβὴλ legisse me memini in MS. quodam προπαρασκευῇ. Eusebianæ inter verba Demetrii. ῥουβηλεῖ, iidem qui *Rubenitæ* in Constitutionibus Apostolicis, quas appellant. Tum רובל *Rubil* passim Bibliorum Syrorum. רובל itidem scribit in Annalibus suis Eutychius. Quinetiam Mar Gregorius interpretatur in Chronico רובל, μέγας τῷ θεῷ, العظيم لله. ῥουβὴλ insuper in Lexico Ammonii reddltur β emollita, πνεῦμα θεοῦ. Quin & ex Originibus hisce Judaicis Johannes Zonaras ita descripsit, ῥουβὶμ (l. ῥουβὴλ) μὲν καλεῖ τὸ προσηγόρευον, ὅτι κατ' ἔλεον αὐτῷ χάριτος δ' θεοῦ. Moyses tamen scripserat tricies ראובן aut sæpius, Græci ῥουβὶμ, ῥουβὶν, & frequentissimo mendo ῥουβὶμ, Samaritæ ex illo etiam charactere non suo רואבן. Significat autem ῥουβὶν Philoni Alexandrino ὁρῶν ὁρῶν: Hieronymo inter Ascetas Bethleemiticos ὁρῶς ὁράσεως, vel ὁρᾷ ὅρασις, ראות בן Atqui nomen illud innuit ἰδοὺ υἱός, *Ecce filium.* Longus autem petiit hujus Israelitæ nomenclaturam Josephus Sacerdos, cui equidem ῥούβηλος iste aut potius ῥουμηλος appellaretur, quasi רחום אל, ὁ θεὸς ἐλεήμων: quomodo Bogomilorum secta sexcentis abhinc annis inter Christianos denotabatur. Conjectanti adhuc mihi magis probatur ὀύβηλος à *Numine provido & respectante.* Vel denique ῥοβήλιος scripsit Josephus. Exscriptores inde facili manu ῥοβηλὶν fecerunt. Voluit idcirco Judæus duntaxat intelligi *filium* fuisse *provisum*: Deo tamen favente tantum pignus concessum ex Moyse potius adjici, quam vocabuli vi consequi & doceri. Consimiliter Archæologus idem *Dan* interpretatur θεόκριτον, quantum prorsus significat integrum nomen *Daniel*; causamque adeo nomenclaturæ simul comprehendit, qualem legimus c. 30. v. 6. דנני אלהים. *Bern.* Conveniunt *Codices Græci* in Ρούβηλον, *Latini* omnes in *Ruben.* utrum Ρούβιμος vel Ρούβηλος fuerit à *Josepho*, dubitat *Bernardus.* Pronunciat *Is. Vossius*, nomen *Rubenis* vel *Rubelis* rectè *Josephum* interpretari *misericordiam Dei.* Quis enim (inquit) nescit, non in Hebræa tantum, sed in omnibus linguis L in N sæpe transire, & B & M promiscuas esse literas.

a Ονομάζει τ' ἰὸν.] Ονομάζει αὐτὸν *Busb.* & *Hen.* frustra. Mox γενέσθαι *Busb.* item & *Hen.* ambo ex Annalibus Zonaræ. *Bern.*

b Λεύι,] Al. Λεβὶ & Λόϊς. De interpretatione nominum filiorum Jacobi, videsis *Drusium* in Lib. 1. *Sulpicii Severi.*

c Βεβαιωτής·] Ita in *MSS.* in *Editis* βεβαιότης.

d Μὴ διὰ τὴν εὐτεκνίαν] Aliter hæc pervertunt *Hen.* & *Busb.* post Bigles Drungarium. μὴ δι' ἀτεκνίαν παρόδοκιμηθῇ, προσκατακλίνει. Ex eodem illi mox θεράπαιναν, pro θεραπαινίδα blandiore voce. *Bern.*

e Παρὰ τ' ἀνδρὸς] Sic *Big.* & *Samb.* in *cæteris* ineleganter παρὰ ἀνδρός.

f Θεραπαινίδα] *Al.* θεράπαιναν, ut infra, p. 42. v. 4. & mox v. 42. Δᾶν.

g Μετὰ τοῦτον] Ita *Big. Samb. Vat.* μετ' αὐτὸν *Busb. Hen. Baf.* & *G.* ut infra, p. 42. v. 5.

h Αμηχάνητον] Edi nunc curavi ἀμηχάνητον ex *Big. Samb.* & *Caf.* pro εὐμηχάνητος *Baf. Gen.* & post J. Zonaram, ipsorum *Hen.* atque *Busb.* Posuit autem Josephus ἀμηχάνητος pro δυσκατέργαστον *nullis dolis expugnandus*; quomodo ἀμήχανον sæpius occurrit in vetustissimo Scriptore pro ἀπρόσμαχτος, δεινὸς, καὶ κακομήχανον: maxime ubi asserit vates ille, σὺ δ' ἀμήχανός ἐσσι γεραιὲ· ἀπρόσμηχανος, Didymo interprete, ἤτοι ἀκαπίαστον καὶ πρὸς πάλην ἕτοιμος; aut de Achille σὺ δ' ἀμήχανον ἔπλυ, iterum ἀπρόσμηχανον, ἀκαμπῆ, πρὸς ὃν οὐδεὶς ἔσι μηχανήσασθαι. Dein Cl. Vossius, propter tralationem veterem, *ex machinationibus*, ὐκ μηχανήματον mavult in Græco restitui. Sane נפתלים *Nephthalim*, aut Arabice افتعال *Intesalon*, *strophas dolosque nexos* denotant. Hæc probe confirmantur Jobi c. 5. v. 13. βυλὴ δὲ πολυπλόκων, נפתלים *Nephtalim*, ἐξέστησεν. Quid jam memorem ineptas aliorum Doctorum originationes, aut ἀμηχανήματον καὶ πλανήσεως Philonis, ἀνάλημψιν Ammonii, *Conversionem Comparationemve* Hieronymi, aut *Athletam* Hulsii, & similium. Reperitur equidem νεφθαλεὶ apud *Busb.* & *Samb.* Cæteri tamen scribunt, cum LXXII. Interpretibus, Demetrio, Philonum juniore, & sanctissimis Evangelistis νεφθαλὶμ, sicut unice dicimus *Baalim*, *Elohim*, *Misraim*, *Latusim*, &c. *Bern.* Ex *Big.* & *Samb.* in *aliis* εὐμηχάνητον. Posuit certe *Josephus* ἀμηχάνητος pro δυσκατέργαστος, quomodo ἀμήχανος sæpius apud *Homerum* pro ἀπρόσμαχτος, ut constat ex *Didymo.* Verum *Is. Vossius*, propter tralationem veterem *ex machinationibus*, ὐκ μηχανήματος mavult restitui.

i Ανθτεχνάσασθαι] Ita in plerisque *MSS.* in *aliis* & *Editis* ἀντετεχνᾶτο.

k Αὐτῆς θεράπαιναν.] Sic in *MSS.* ἑαυτῆς *Baf.* & *G.*

l Ζελφᾶς] *Busb.* & *Hen.* καὶ γίνε) καὶ ὐκ ζιλφᾶς. Alii γίνε) ϗ καὶ ὐκ ζελφῆς. *Bern.*

m Μακαριστὴς] Ita de eo *Zonaras*, λέγοιτο δ' μακαριστὸς, ὡς εὐ-

tati cumulus acceſſerit. Verum cum Rubelus, filiorum Liæ maximus, mandragoræ mala matri attuliſſet, Rachela, viſis iis, partem ſibi dari petiit, quod cibi iſtius deſiderio teneretur. Illa vero non annuente, jubenteque contentam eſſe, quod ei honorem, quem apud maritum haberet, eripuerit: Rachela, emolliens animum ſororis, conceſſuram ſe ei dicebat, ut cum ea maritus illa nocte cubaret. Qua gratia libenter accepta, cum Lia concumbit Jacobus, ut Rachelæ gratificaretur. Rurſum igitur ei filii naſcuntur: Iſſachar is quidem, ſignificans ex mercede genitum; Zabulon vero, oppignoratum benevolentiæ erga ſe: præterque hos filia Dina. Poſtea vero & Rachelæ natus eſt filius Joſephus. *id nomen* acceſſionem rei futuræ indicat.

Rurſum ex Lia Iſſacharis. mercede conductus eſt. Zabulon ἐνεχυρασμός. Et filiola Dina, κείσις. Dein ex Rachela naſcitur Joſephus προσθήκη χρησομένη τινός.

9. Toto hoc tempore, quod viginti annos complectitur, ſoceri greges paſcebat & curabat. Eo autem elapſo, poſtulabat, ut cum uxoribus ab illo liceret diſcedere. Socero autem non permittente, clam hoc facere cogitabat. Uxores igitur pertentabat, quomodo laturæ eſſent peregrinationem. Quibus cum grata res eſſet, Rachela, ſimulachris etiam Deorum, quos pro patriis colere receptum erat, ſecum ablatis, una cum ſorore fugiebat; ſimulque utriuſque liberi, & famulæ cum ſuis filiis, aſportatis etiam quæcunque poſſidebant. Abducebat autem Jacobus dimidium pecorum, ne præſentiente quidem Labano. Simulachra vero Deorum ſecum ferebat Rachela, edocta quidem à Jacobo hujuſmodi honorem Deorum ſpernere; ut, ſi à patre perſequente deprehenſi eſſent, haberet quo confugeret, veniam impetratura.

Poſt XX. annorum ſervitutem, clam Labano diſcedit Jacobus. Gen. c. 31. Idola parentis Rachela ſurripit.

10. Labanus autem, poſt unam diem cognito Jacobi & filiarum diſceſſu, indignatus inſequebatur eum cum valida manu: & ſeptima die aſſequutus eſt eos in colle quodam quieſcentes. Et tunc quidem, nocte appetente, ab omni vi ſe continuit. Deus autem, illi per quietem adſtans, monuit ut generum & filias animo placato acciperet, nec quid durius in eos præ ira conſuleret; ſed cum Jacobo fœdus feriret: dicens, ſe illi propugnatorem futurum, ſi cum eo, propter pauci-

Labanus poſt ſeptimanam Jacobum fugientem conſequitur, ingratique animi accuſat, quicquam amplius Deo petante.

Βασ. Ῥαβήλα ὦ, ὃ πρεσβυτάτα [n] τῶν ὑῶν Λείας, [o] Μανδραγόρα μῆλα κομίζοντος τῇ μητρὶ, Ραχήλα ζηλωσαμένη παρεκάλει μεταδοῦναι, δι' ἐπιθυμίας ὃ βρώματος ἡδομένη. τῆς δ' ἀ πθομένης, ἀρκεῖσθαι δ' αὐτὴν ἀξιώσης, ὅτι τῆς τιμῆς αὐτὴν ἀφέλοιτο τῆς πρὸς τὸν ἀνδρός· Ραχήλα πεπαυμένου τὸν θυμὸν τῆς ἀδελφῆς, συγχωρήσαν αὐτῇ τὴν δρὸς ἔλεγε κοιμησομένη παρ' αὐτῇ κατ' ἐκείνην τὴν ἑσπέραν. τῆς δ' πρασιεμένης τὴν χάριν, Ιακώβου συγκαθεύδει τῇ Λείᾳ, Ραχήλα χαριζόμενος. πάλιν οὖ γίνονται παῖδες αὐτῇ· [p] Ισσάχαρις μὲν, σημαίνων τὸν ἐκ μισθοῦ γιόμενον· [q] Ζαβουλὼν δὲ, ἠνεχυρασμένον διονοίᾳ τῇ πρὸς αὐτόν· [r] θυγάτηρ δὲ Δεῖνα· χρόνοις δ' ὕστερον καὶ Ραχήλα γίνεται ὁ Ιώσηπος υἱός· προσθήκην γνησομένη τινὸς δηλοῖ.

Θ'. Τὸν ἅπαντα τοῦ χρόνον, ἔτη δ' ἐστὶν [s] εἴκοσιν, ἐπεμέλετο τῷ πενθερῷ. μὴ δὲ [t] τοῦτο αἰτία, τὰς γυναῖκας ἀναλαβών, [v] ἀπαλλάττεσθαι πρὸς αὐτόν. ὃ δὲ πενθερὸς μὴ συγχωροῦντος, κρύφα τοῦτο ποιεῖν ἐπενόει. τὰς γυναικῶν οὖ ἀπεπειρᾶτο, πῶς ἔχοιεν πρὸς τὴν ἀποδημίαν. τὰ δ' ἐχόντων ἡδέως, Ραχήλα καὶ τοὺς τύπους τῶν Θεῶν, ὡς σέβειν πατρίους ὄντας νόμιμον λῶ, συναπελομένη, συναπεδίδρασκε μὴ τοῦ ἀδελφῆς· οἵτε ἑκατέρων παῖδες καὶ αἱ θεραπαινίδες σὺν τοῖς ἰοῖς, εἴ τί τις λῷ κτῆσις αὐτῶν. [x] ἐπήγετο δὲ Ιάκωβος καὶ τὰ βοσκημάτων πλὴν ἡμίσειαν, Λαβάνου μὴ προεγνωκότος. τοὺς δὲ [y] τύπους τῶν Θεῶν ἐπεφέρετο ἡ Ραχήλα, καταφρονεῖν μὲν τοιαύτης τιμῆς τῶν Θεῶν διδάξαντος αὐτὸν Ιακώβου. [z] ἵνα δ' εἰ καταληφθεῖεν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῆς διωχθέντες, ἔχοεν τόποις προσφυγὴν συγγνώμης τυγχάνειν.

ι'. Λάβανος δὲ, μεθ' ἡμέραν [a] μίαν γνοὺς τὸν τοῦ Ιακώβου ἀναχώρησιν καὶ τῶν θυγατέρων, [b] δεινοπαθῶν ἤλαυνεν ἐπ' αὐτὸν μετὰ δυνάμεως ἐπηγόμενος· καὶ καθ' ἑβδόμην ἡμέραν ὄπου τινος λόφου λαμβάνει [c] προκαθιδρυμένους. καὶ τότε μὲν, ἑσπέρα γὰρ ἦν, ἡσύχαζεν. ὄναρ δὲ ὁ Θεὸς αὐτῷ ὀπτεύει, παρήνεσε λαβόντι τὸν χαμβρὸν καὶ τὰς θυγατέρας ἡρεμεῖν, καὶ μηδὲν εἰς αὐτὰς ὑπὲρ θυμὸν τολμᾶν, ἀσφαλὲς δὲ ποιεῖσθαι πρὸς Ιάκωβον· αὐτὸς λέγων ἐκείνῳ συμμαχήσειν, εἰ καταφρονήσας αὐτοῦ τῆς ὀλι-

κλείας τῇ Λείᾳ τὴν πολυτεκνίαν, καὶ μακαρισμοῦ ἠξίωσε θεῖος.

n Τῶν ὑῶν Λείας,] Sic in *MSS.* in *Editis* τῶν παίδων τῶν ὑῶν Λείας.

o Μανδραγόρα] Vide *J. Ludolfi* Comment. in *Hiſtor. Æthiop.* p. 139.

p Ισσάχαρις] Ισσάχαρις, ζαβουλών. *Iσσάχαρις, Caſ. Iσάχαρις. Big. Hier. & Busb. Iσαχάρις Samb. Iσάχαρ.* Euſtathius, Zonaras, aliique poſt LXXII. Interpretes. Idem Hebraice ישׂשכר conjugatione ſecunda, *Iſſachar*, (ut יגמל *iggamal*) *conducitur præmio.* Hoc volo; ſed Hieronymus atque Rabbini veteres diviſim יש שכר h. e. verbis LXXII. Doctorum Alexandrinorum, ἔστι μισθός. *Bern.*

q Ζαβουλών] Ζαβουλων *Big.* Unum idemque innuere exiſtimo tria hæc vocabula חבלון, זבלון, & זברון, *Habulon, Zabulon*, & *Zabudon, pignus, dotem, depoſitum*; quod Arabes appellant ضبح & زبن. *radhachon* & *Zabdon.* Neque aliud voluit *Lia* hac ſententia, זברני אלהים אתי זבר טוב הפעם יזבלני אישי Vel *Zabulon* dicitur ἰσχυραθεὶς ἐμοὶ, זבול לי. Voſſio placet זה חבל *hic oppignoratus:* Hieron. Onceloſo, & Samaritis *cohabitatio*, Philoni denique ῥύσις νυκτερινή; ſed Theologus ille Alexandrinus ſæpius hallucinatur, quam recte deducit nomina ſacra. *Bern.*

r Θυγάτηρ δὲ Δεῖνα.] Θυγάτερον δὲ *Hen. & Busb.* Ibi δεῖνα, *Samb. Busb. & Hen.* δεῖνα in cæteris; quod etiam verſu Theodoti probatur. Mox Zonaras, τὸ δὲ ὄνομα προσθήκην τινὸς χρησομένης δηλοῖ. Quippe יוסף, προσθήσει. *Bern.*

s Εἴκοσιν,] Iſtud defendunt Dionyſius, aliique veterum Criticorum ad εἰκοσιπέρισσα Mæonidæ. Communius tamen eſt εἴκοσι præ vocali, ut *Hen. & Zonaras* heic ſcribunt. *Bern.*

t Τοῦτο αἰτίᾳ,] Ita ex *MSS.* τοῦτον in *Editis.*

v Απαλλάττεσθαι πρὸς αὐτόν.] Υποχωροῦσιν θέλων, ὃ συγκεχώρητο. ὅθεν κρύφα &c. *Zonaras.* εἶτα σὺν ταῖς γυναιξὶν ἀπαλλάττεσθαι θέλων πρὸς ἑαυτὸν, ὃ συνεχωρεῖτο δηλαδὴ δὲ πεισθεῖς. διὸ καὶ κρύφα &c. *Hen. & Busb.* qui *Zonaram* expilaſſe videntur, ſicut ille *Joſephum.*

x Επήγετο] Απήγετο melius.

y Τύπους τῶν Θεῶν] Τῶν θεῶν ἐπεφέρετο *Samb. & Big.* Alii, ἐπεφέρετο τῶν θεῶν. *Zonaras* ſic deſcripſit ex Joſepho: εἶτα ὑποχωρήσαν θέλων, ὃ συνεχώρητο. ὅθεν κρύφα μὲν τῶν γυναικῶν σὺν ταῖς θεραπαινίσι καὶ τοῖς παισὶν ἀπεδίδρασκεν, καὶ τὴν κτῆσιν προσεπαγόμενος, καὶ τῶν βοσκημάτων ἅπερ αὐτὸς δὲ ποιμαίνειν μισθὸς προσνενέμητο· ῥαχὴλ δὲ καὶ τὰ εἰδώλα δὲ παρὰ τοῦ ἐπιφέρετο. οὐχ' ὡς τιμῶσα, ἀλλ' ἵνα ἔχοι ταῦτα καταφυγὴν, εἰ ἐπιδιώξας αὐτὰς ὁ πατὴρ καταλάβοι. Vide jam quam ſimillimi ſint hujus *Hen. & Busb.* ut de cætero chartæ hujuſce impendio parcamus. εἶτα σὺν ταῖς γυναιξὶν ἀπαλλάττεσθαι θέλων πρὸς ἑαυτὸν, ὃ συνεχωρεῖτο δηλαδὴ δὲ πεισθεῖς. διὸ καὶ κρύφα μὲν τῶν γ. καὶ τ. θεραπ. σὺν τοῖς παισὶν ἀπεδίδρασκεν. ῥαχὴλα δὲ καὶ τοὺς τύπους τῶν θεῶν δὲ παρὰ τοῦ ἐπιφέρεται, καταφρονεῖν μὲν τούτων τιμῆς διδάξαντος αὐτὸν ἰακώβου· ἵνα δὲ &c. Hi illum expilarunt, Joſephum ille. *Bern.* Τὰ εἴδωλα LXX. *Aquilæ* μορφώματα, *Symmacho* θεραφείμ. Sunt qui opinantur fuiſſe Deos Penates ipſius, cui opinioni favet *Joſephus.* Vide *Druſium* & *Schotanum* ad *Sulpic. Sever.*

z Ινα δὲ εἰ καταληφθεῖεν] Nonnulli dicunt τύπους τῶν Θεῶν fuiſſe Deorum ſigna, ſive imagines ad certum ſtellarum poſitum factas cum ſtellarum figuris, quas Rachela abſtulit, ne ex iis Labanus conſilium fugæ diſceret. Hic volui καταληφθεῖεν pro καταλειφθεῖεν, quod antea obtinuerat.

a Μιαν] Τεσσαρων *Big. Samb.* & *Caſ.* propter ביום השלישי Gen. 31, 22. Lectionem vero excuſorum exemplarium confirmat Epiphanius, & poſt eum P. Trecenſis. Nam λαβὼν δὲ μεθ' ἡμέραν μίαν γνοὺς, & Moyſis ἀπηγγέλη δὲ λάβαν τῷ σύρῳ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, idem ſpatium denotant, diem inquam ſolidum inter abitum Jacobi conſuræ tempore, v. 29. & nuncium delatum hero interceſſiſſe. Ne quem itaque moveant cavillæ Saliani aut Schotani. Aſtutius autem *Hen. & Busb.* quam fidelius τρεῖς γνοὺς diebus una aut tribus omiſſis. *Bern.* Τρίτων *Big. Samb. Caſ.* & *Vat.* propter Gen. 31, 22. μίαν *Baſ. G. Vet. Interpr.* & *P. Comeſtor.* Verum (ut inquit *Bernardus*) *Joſephi* μεθ' ἡμέραν μίαν γνοὺς, & *Moyſis* ἀπηγγέλη δὲ Λάβαν τῷ Συρῷ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, idem ſpatium denotant, *ſc.* diem ſolidum inter abitum Jacobi & nuncium delatum Labano.

b Δεινοπαθῶν] Ita in *MSS.* δεινὼς παθὼν in *Editis.*

c Προκαθιδρυμένους.] Προσκαθιδρυμένους *Samb.*

d Me-

ολιγότητ@ χωρήσαν αὐτῷ ἀφ' μάχης. Λάβαν@ ὃ, τοιαύτης αὐτῷ ἐκ θεοῦ προῤῥήσεως γεγυμνέν[η], [d] μεθημέραν εἰς λόγους τ Ἰακώβου [e] προσκαλεσάμεν@, καὶ δηλώσας αὐτῷ τὸ ὄναρ, ἐπὶ πρὸς αὐτὸν ἦλθε πιθοῖς, ἤρξατο κατηγορεῖν αὐτοῦ, προφέρων· ὅτι καὶ πένητα αὐτὸν ἐλθόντα πρὸς [f] αὐτὸν καὶ πάντων ἄπορον ὑπεδέξατο, καὶ πολλάκις πᾶσαν ἀφθονίαν τῆς αὐτοῦ κτήσεως. „καὶ „γὰ θυγατέρας τὰς ἐμὰς συνέζευξα, τῷ εὐνοίαν σε τὴν „πρὸς ἡμᾶς τούτοις αὐξηθήσεσθαι λογιζόμεν@. σὺ δ', „ὅτε τ μητρὸς τ ἑαυτοῦ, καὶ κοινωνίας ἧς εἶχες πρὸς „ἐμὲ συγγενείας, ὅτε γυναικῶν ἃς ἔγημας αἰδῶ ποιη„σάμεν@, ὅτε τέκνων ὧν εἰμὶ πάππ@, ἐχρήσω μοι „πολέμῳ νόμῳ· κτῆσιν μὲν ἄγων τῷ ἐμῷ, θυγατέ„ρας δ' ἀναπείσας [g] ἀποδράναι τ γεγυνηκότα· ἱερά τε „πάτρια βαστάσας [h] οἴκοι φερόμεν@, ὑπό τε τ ἐμῶν „τιμηθέντα προγόνων, καὶ ὑπ' ἐμοῦ θρησκείας τ αὐτῆς „ἐκείνοις ἀξιωθέντα. [i] καὶ ταῦτα ἃ μηδὲ οἱ πολεμήσαντες „τοὺς ἐχθροὺς ἔδρασαν, ὁ συγγενὴς σὺ, καὶ τ μὲν ἀδελ„φῆς τῆς ἐμῆς υἱὸς, θυγατέρων δὲ τ ἐμῶν ἀνὴρ, ξέν@ „δὲ καὶ ἐφέστι@ τῆς ἐμῆς οἰκίας γεγυμνέν@ ἔδρασας.„ ταῦτ' εἰπόντ@ Λαβάνου, Ἰακώβ@ ἀπελογεῖτο· [k] μὴ μόνῳ πατρίδ@ ἔρωτα τ θεὸν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐμφύσαν, καὶ μὴ τοσοῦτον χρόνον καλῶς ἔχειν [l] αὐτῷ κατελθεῖν εἰς ταύτην. „ὥσπερ δὲ τῆς λείας ἧς ἐγκαλεῖς, φησὶν, ἀδι„κῶν αὐτὸς ὢν ὑπεθείης ἐπ' ἄλλῳ κρατεῖ. ὥσπερ γὰ ἥδ „ἐχρεῶ σε χάριν ἡμῖν ἔχειν καὶ φυλαχθείσης ὑφ' ἡμῶν „καὶ πλείον@ γεγυμνέν[η], ὥσπερ ταύτης πῶς ἀφα„μαρτάνεις τ δικαίων χαλεπαίνων ἐμοὶ, εἰ μοίραν αὐ„τῆς ὀλίγην λαβόντες ἔχομεν. ὡς μέντοιγε τ θυγατέ„ρων, ἴσθι μὴ κατ' ἐμὲ κακουργίαν ἀπαναγήσαντ@ „ἀκολαθεῖν, ἀλλὰ κατ' εὔνοιαν δικαίαν, ἣν γυναιξὶ „γαμεταῖς πρὸς συνοικοῦντας εἶναι συμβέβηκεν. ἔπον„ται τοίνυν ἐκ ὡς ἐμοὶ τοσοῦτον, ὅσον τοῖς παισὶν ἑαυ„τῶν.„ καὶ ταῦτα μὲν ὥσπερ ἔ μηδὲν ἀδικεῖν αὐτὸς ἔλε„γε. προσεπεκάλει δ', καὶ κατηγορίαν ἐποιεῖτο· ὅτι μητρὸς ὢν ἀδελφὸς τ αὐτοῦ, καὶ συζεύξας αὐτῷ τὰς θυγατέρας, ὑπερπάγμασιν ἐκτετυχὼς χαλεποῖς, εἴκοσιν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐν αὐτοῖς κατασχών. καὶ τὰ μὲν πρόφασ[ις] τ γάμων ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα, καίπερ [m] ὄντα χαλεπὰ, [n] κυφότερα ἔφασκε· χείρω δὲ τὰ μὴ τοὺς γάμους, καὶ εἴ τις [o] ἐχθρὸς ἔφυγεν ἄν. καὶ γὰ σφόδρα κακούργως ὁ Λάβαν@ ἐχρήσατο [p] τῷ Ἰακώβῳ. ὁρῶν γὰ αὐτῷ τ θεὸν πρὸς ὅ, τι θελήσαι συλλαμβανόμενον, ὑπισχνεῖτο τ πεχθησομένων αὐτῷ παρέξειν ἐφ' ὅτε μὲν ὅ, τι καὶ γένοιτο λευκὸν, [q] ποτὲ δ' αὖ τὰ μέλανα τ γινομένων. [r] πλη„θυόντων δὲ τ ἐπ' ὀνόματι τῷ Ἰακώβ@ πικτομένων· τῷ μὲν εἰς τὸ παρὸν οὐκ ἐφύλαττε πίστιν, εἰς ἔτ@ δὲ [s] πα„ρέξειν ἐπηγγέλλετο τὸ ἐξῆς, διὰ τὸ ἐπιφθονίαν τῷ πλή„θει τ κτήσεως· [t] ἐπαγγελλόμεν@ μὲν, διὰ τὸ δυσέλ„πιστον γενέσθαι τοσαῦτα, ψευδόμεν@ δὲ [v] ἐπιγινομένοις.

ιά'. Περὶ μέντοι τ ἱερωμάτων, οὐκέλυεν ἔρευναν ποιεῖσθαι. δεξαμένη δὲ Λάβανα τὴν ἔρευναν, Ραχήλα

tatem contempto, manus conſereret. Tum Labanus, cum hæc ei prænunciaſſet Deus, ſequenti die Jacobum ad colloquium evocans, eique ſomnium narrans, cui fidem habens ad ipſum venerat, cœpit illum accuſare, exprobrans; quod pauperem illum ad ſe venientem & omnium egenum ſuſceperit, & de ſuis facultatibus abunde ipſi ſuppeditarit. „Nam & filias meas, *inquit*, tibi con„junxi, putans hoc pacto benevolentiam erga nos „tuam fore firmiorem. Tu vero, neque tuam ipſius „matrem, neque cognationem qua mihi conjun„ctus es, neque uxores quas duxiſti, neque libe„ros quorum avus ſum, reveritus, non aliter quam „hoſtem me tractaſti: bona quidem mea diri„piens, filiabuſque genitorem fugere perſuadens, „ac ſacra patria tecum domum aſportans, cum „apud majores meos tum apud me ſumma in ve„neratione habita. Imo & quæ vix hoſtis hoſti „faceret, tu, cognatus, & e ſorore quidem nepos, „filiarum vero maritus, hoſpes inſuper ac do„meſticus victor mihi feciſti.„ Cum hæc dixiſſet Labanus, pro ſe reſpondit Jacobus: non ſibi ſolum, ſed omnibus, Deum indidiſſe patriæ amorem, æquumque eſſe ut ipſe poſt tantum temporis ad eam ſe reciperet. „Quod vero prædæ, *Egregie ſe defendit Jacobus ſimulque improbitatem Labani redarguit.* „inquit, *abactæ* crimen objicis, ipſe injuſtitiæ „ſub alio judice damnareris. Cum enim gratiam „mihi pro facultatibus tuis conſervatis & auctis „debeas; quomodo fieri poteſt ut ſuper his non „recedas à juſtitia, qui ægre fers quod modicam „earum partem abſtulerimus. Certe quod ad fi„lias attinet, ſcito illas non ex malo mei abeun„tis conſilio ſe mihi comites dare; ſed ex juſta „benevolentia, quam nuptas mulieres erga eos, „quibuſcum vivunt, habere contigit. ſequuntur „igitur non tam me, quam liberos ſuos.„ Atque hæc quidem dixit *Jacobus*, ut oſtenderet ſe injuriam *illi* non feciſſe. Inſuper autem querelis reum agebat: quod, matris ſuæ cum eſſet frater, filiaſque ei connubio junxiſſet, duris mandatis, quibus per viginti annos detentus fuerat, eum contriverit. Ac ille quidem, quæ ex cauſa & ſimulatione nuptiarum feciſſet, quamvis *per ſe* gravia, *ſibi tamen* leviora *fuiſſe* dicebat: nuptias vero inſequuta multo graviora, quæ inimicus fane effugiſſet. Etenim Labanus valde inique Jacobum tractaverat. nam, videns eum in iis quæ voluit à Deo adjuvari, nunc pollicebatur ſe ei daturum *pecudum* quicquid album naſceretur, nunc autem rurſus quicquid nigrum. Cum autem creviſſent *pecora*, quæ Jacobi erant futura, non ſervabat fidem in præſens, ſed in proximum annum ſe daturum promittebat; quod *ei* * invideret facultatum abundantiam. promittens quidem, cum non ſperaret tantum proventum; at mox, ubi provenerat, fallens.

XI. Veruntamen de ſacris *ablatis*, juſſit inquiſitionem fieri. Cum autem hoc in ſe recepiſſet La- *Poſt hæc de Dispenatibus ſollicitum parentem ab uſu fœminarum eludit Rachela.*

d Μεθημέραν] *Al.* μεθ' ἡμέραν. Sed ὡς ἡμέραν *Hen.* & *Busb.*

e Προσκαλεσάμενος,] Προσκαλεσάμενος *Samb.* & *Vet. Interpr.*

f Αὐτὸν] Αὐτὸ *Samb.*

g Ἀποδρᾶναι] Ἀποδρᾶναι cum accentu criſpo, *Big.* Altercentur autem de hac re, ut vacat, Ludorum magiſtri. Heic etiam προσφωνήσει *Busb.* & *Hen.* καλήσας αὐτὸν διὰ τ ἁρπαγὴν καὶ τῶν προβατίων ἀπαγωγὴν, καὶ τῶν τ πατρίων θεῶν κλοπὴν. Ἐ ὃ ὡς ταῦτα ἀπολογησάμενος, καὶ μηδὲν ἀδικεῖν ἀποδείξαντος, τοῦτ' ὃ τ ἱερωμάτων ἐρεύνην ἐποιεῖτο· ὁ λάβαν@ ἐρεύνην ἦρξε, & cætera paragraphi XI. *Bern.*

h Οἴκοι] Sciolus aliquis οἴχη adſcripſit codd. *Samb.* & *Caſ.* Quis enim Criticorum jam ſuſtineat trium verborum onus illud βαστάσας, οἴχη, & φερόμενος. *Bern.*

i Καὶ ταῦτα] Ita *Caſ. Vat.* & *Vet. Interpr.* καὶ ταῦτα μήδε οἱ π. τ. ἐχθρὸς ἔδρασαν, ἃ συγγενὴς *Baſ.* & *G.* καὶ ταῦτα ἃ μηδὲ εἰ οἱ πολ. &c. *Samb.* ἀξιωθέντα ταῦτα, ἃ μηδὲ οἱ π. τ. ἐ. ἔδρασαν, ἃ συγγενὴς *Big.*

k Μὴ μόνῳ πατρίδος ἔρωτα] Ita *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* amplius quidem *MSS.* μνήμην πατέρος καὶ πατρίδος, καὶ πάντων τ οἰκαδὲ ἐρωτικὴν τ θεὸν· τ ὃ ἐπιτρέψαι. αὐτῷ ὃ μὴ μόνον (vel μόνῳ) πατρίδος ἔρωτα &c. forſan à *Gloſſatoris* alicujus manu.

l Αὐτῷ κατελθεῖν εἰς ταύτην.] Αὐτὸν *Vat.*

m Ὄντα χαλεπὰ,] Vocem ὄντα, quæ deerat in *Editis*, reſtituimus ex *MSS.*

n Κυφότερα] Κυφότερα ἴπαχε legerat *Epiphan.* nam vertit, *leviter ſuſtinuiſſet.*

o Ἐχθρὸς] Ita *Big.* & *Samb.* ἂν ἐχθρὸς ἔφυγε *Baſ.* & *G.*

p Τῷ Ἰακώβῳ.] Articulum negligit *Vat.*

q Ποτὲ δ' αὖ] Ita ex *MSS.* in *Editis* ποτὲ δ' αὖ.

r Πληθυόντων] *Al.* πληθυσόντων.

s Παρέξειν] Ita *Samb. Caſ.* & *Vat.* παρέξειν ἐπηγγέλλετο *Big.* gemino, ut amant Attici, augmento.

t Ἐπαγγελλόμεν@] Sic ex *MSS.* in *Editis* καὶ ἐπαγγελόμεν@.

v Ἐπιγινομένοις.] Lege ἐπὶ γινομένοις *Cocc.*

* *Invideret facultatum abundantiam:*] *Al.* concupiſceret facultatum abundantiam, *vel* oculos injiceret in fac. abund.

x Κα-

Labanus, Rachela, re audita, deponit simulachra in stratum cameli, in quo ipsa vehebatur: superque sedebat, dicens menstruis se laborare. Ac Labanus quidem destitit amplius perscrutari; credens filiam sic affectam non accessuram esse ad simulachra. Porro jurejurando fidem dat Jacobo, se nullam sibi factam injuriam in memoria habiturum: quin & ille *vicissim*, se filias ejus amore prosequuturum. Atque hoc fœdus ab iis ictum est super monte quodam, ubi columnam erexerunt aræ specie. unde Galades colli nomen factum: à quo terra nunc Galadena dicta est. Convivio post fœdus celebrato, Labanus quidem *domum* reversus est.

Apud Galadem colle mutriusque familiæ pacta mutua, non sine epulis.

πιωθανομένη [x] κατατίθησι τὰς τύπας εἰς [y] τὸν σάγλον τῆ φερούσης αὐτὸν καμήλου· ἐκαθέζετο δὲ, φάσκουσα τῷ πατρὶ φύσιν κάθαρσιν [z] αὐτῆ ἐνοχλεῖν. ὁ μὲν Λάβανος ἀφίσταται τῆς ἐπιπολαίου ἐρεύνης· οὐκ ἂν οἰηθεὶς τὴν θυγατέρα μὴ τοιούτου πάθους τοῖς τύποις προσελθεῖν. ποιεῖται δὲ ὅρκους πρὸς Ἰάκωβον, [a] ὑδένος αὐτῷ μνησικακήσειν τῶν γεγονότων· ἀλλὰ κἀκεῖνος, ἀγαπήσειν αὐτὸς τὰς θυγατέρας. ἐπὶ τοῖς πίστεσι τοῖς ὑπὲρ τούτοις ἐποιήσαντο [b] ὑπὲρ ὀρῶν τινῶν, ἐφ' οἷς στήλῳ [c] ἀνέστησαν καὶ βωμὸν ἔκτισαν. ὅθεν [d] Γαλάδης λέγεται ὁ βουνός· ἀφ' οὗ [e] καὶ νῦν Γαλαδηνὴν καλοῦσι τὴν γῆν. ἑστιαθέντων δ' ὑπὲρ τοῖς ὅρκοις, ὁ μὲν Λάβανος ἀνέζευξεν.

XX. CAP. XX.

De congressu Jacobi & Esavi.

Labano dimisso, apparet Jacobo viam per gentis cohors cœlestis pulchro omine. Gen. c. 32.

JAcobo autem in Chananæam iter pergenti visiones obveniebant, de futuris ei spem summam afferentes: atque locum quidem *inde* appellavit Dei castra. At volens pernoscere animum fratris erga se, præmisit accurate cuncta exploratuMahane Elohim, Dei castra.
ros, timens cum propter veterem suspicionem. Iis vero quos mittebat in mandatis dedit, ut Esavo dicerent. „Quod Jacobus ultro terram *patriam* reliquerit, ne cum fratre sibi perirato habitaret; & nunc credens tantum temporis satis valere ad gratiam reconciliandam, *tandem* reverterit, uxoresque ac liberos adducens & facultates industria quæsitas, cum pretiosissimis quibusque semet illi traditurus: quia bonorum maximum existimat, quæ Deus largitus est cum fratre communicare.„ Et illi quidem hæc nunciarunt. Esavus vero *hac re* lætatur, fratrique in occursum properat cum quadringentis armatis: Jacobusque, audiens eum obviam venire cum tot armatis, valde extimuit. At in Deo spem omnem salutis reponebat; & ex præsentibus providebat, ut ipse illæsus suos servaret, hostibus superior, si quid injusti intentarent. Iis igitur qui secum erant distributis; alios quidem præmittebat, alios vero post tergum proxime sequi jubebat: ut si præmissi *forte* vi opprimerentur, Esavo *illos* aggrediente, ad sequens agmen haberent refugium. Atque hoc modo instructis qui secum erant, quosdam ad fratrem mittit cum muneribus. Ea

Unde hic legatis ac muneribus missis animum fratris explorat.

Ordines explicat Jacobus cum familiæ suæ, tum etiam muneris præclari, quod ad fratrem conciliandum objecerat.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ συνελεύσεως Ἰακώβου καὶ Ἡσαύου.

ΙΑκὼβος ἐν εἰς τὴν Χαναναίαν πορευόντι φαντάσματα προυτύγχανεν, ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπαγορεύοντα περὶ τῶν ἐς ὕστερον· καὶ τὸν μὲν τόπον [f] ἐκεῖνον προσαγορεύει θεοῦ στρατόπεδον. βουλόμενος ἐν εἰδέναι τί ὁ ἀδελφὸς [g] περὶ αὐτοῦ φρονεῖ, τοὺς γνωσομένους ἔκασε μὴ ἀκριβείας πρὸ πέμψαι, δεδιὼς αὐτὸν διὰ τὴν παροψίαν. [h] ἐνετέλλετο δὲ τοῖς πεμπομένοις λέγειν πρὸς τὸν Ἡσαῦν. „ὅτι νομίσας Ἰάκωβος ἄδικον σωφρονιστὴν αὐτοῦ τῇ ὀργῇ, τὴν χώρας ἑκὼν ὑπεξέλθοι, καὶ νῦν τὸν χρόνον „ἱκανὸν ἡγούμενος εἶναι [i] διαλλάκτην, ἐπανήκοι, γυ„ναῖκάς τε καὶ παῖδας ἐπαγόμενος μὴ δι' πορισθέντος „βίου, μὴ τὰ τιμιώτατα ἑαυτὸν σκεύῃ ὠφελοῦσ· ὅτι „κρεῖττόν μέγιστον ἀγαθὸν, τὸ τῷ ἀδελφῷ συμμεταλαμ„βάνειν τῶν [k] ὑπὸ δι θεοῦ δεδομένων.„ καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐδήλουν Ἡσαῦ. ὁ δὲ εἰχαρὴς γίνεται, καὶ τῷ ἀδελφῷ ὑπαντᾷ σὺν ὁπλίταις τετρακοσίοις· καὶ Ἰάκωβος, πυθανόμενος ἥκειν αὐτὸν ὑπαντησόμενον μὴ τοσούτων ὁπλιτῶν, ὧν ἔφερεν. τῷ μέντοι θεῷ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἐπέτρεπε· καὶ προνοίαν εἶχεν ἐκ τῶν παρόντων ὅπως ἂν αὐτὸς [l] ἀπαθὴς σώζοι τοὺς σὺν αὐτῷ, κατασκοπεῖς τε ἐχθρῶν εἰ ἐθέλοιεν ἀλίσκειν. νείμας οὖν τοὺς σὺν αὐτῷ· τοὺς μὲν [m] προπέμπει, τοὺς δὲ λειπομένους [n] ἄσσον ἐκέλευεν ἀκολουθεῖν· ὅπως εἰ βιασθεῖεν οἱ προπεμφθέντες, ὑπερεμένοις δ' ἀδελφῷ, καταφυγὴν ἔχοιεν τοὺς ἑπομένους. καὶ τέτταρας διατάξας τοὺς σὺν αὐτῷ τὸ πρόπον, πέμπει τινὰς δῶρα νομίζοντας ἀδελφῷ. ὑποζύγια δὲ ἦν

x Κατέθηκε] Ἐνέθηκαν *Hen. Busb.* & *Zonaras*, propter συνέβαλεν LXX.

y Τῷ σάγλῳ] Τὸν σάγλον recte *Baf. Gen. Hen. Busb Samb.* & *Caf. Stratorium*, Epiphanius; ἀσφάλειαν J. Zonaras. Sed MSS. Florentina ἀφεδρόλαιον, ex gloſſemate. Legas enim in Lexicis Græcorum σάγη, ἀφεδρόλαιον, σκέπασμα. Imo ἀφεδρόλαιον hæserat margini cod. inter Gallicos vetuſtiſſimi. Moyſes autem dixerat בכר *becar*, in clitella; εἰς τὸ σάγμα LXXII. Interpretes. Hoc in loco σύλληψιν *Hen. Busb.* & *Zonaras* reponunt pro κατάθεσιν, propter σύνεβαλεν Alexandrinorum, Gen. c. 31. v, 34. *Bern. Moyſes* dixerat *becar*, i.e. *in clitella*. εἰς τὸ σάγμα LXX.

z Αὐτῇ ἐνοχλεῖν] Ita ex *MSS.* in *Editis* αὐτῆς.

a Οὐδενὸς] Ita *Samb.* & *Caſ.* ἑδενὸς αὐτῶν *Big.* & *Vat.* μηδενὸς αὐτῶν *Baſ.* & *Gen.*

b Ὑπὲρ ὀρῶν τινῶν,] Ita *Samb.* Conſimiliter *Epiph. Super montes quoſdam, in quibus &c.* Unde P. Manduco, *Joſephus dicit eos columnam in monte ſtaturiſſe ſub ſchemate aræ: forte acervum columnam nominavit.* ὑπὲρ ὀρέων τινῶν libri plures. Quo facit formula ſacra v. 52. c. 31 Gen. ἰδοὺ ὁ βουνὸς οὗτος μάρτυς καὶ μάρτυς ἡ στήλη αὕτη, ἐάν τε ἐγὼ μὴ διέλθω πρὸς σὲ, μήτε σὺ διέλθῃς πρὸς μὲ τὸν βουνὸν τοῦτον (הגל הזה) καὶ τὴν στήλην ταύτην (המצבה הזאת) ἐπὶ κακίᾳ. *Bern. Al.* ὑπὲρ ὀρέων τινῶν. pro hoc facit formula ſacra, *Gen.* c. 31. v. 52.

c Ἀνέθεσαν] Indocta manus cujuſdam Theologi correxit ἀνέθηκαν. *Bern.*

d Γαλάδης] Jacobo Hebræo גלעד *Galaad*, ſed Meſopotamitis יגר שהדותא *Jegar Sahadutha*; βουνὸς ἐπιμάρτυρος Græce reddas nomen utrumque. Judæi vero & Samaritæ, qui ſcribunt Arabice, ponunt جرس *Garas* pro jugo *Galaad*. Pro γαλάδης, *Big. Samb.* atque *Caſ.* ſcribunt γαλαδηνή. Libros autem Caſſiodori iſthæc puto Interpreti ſcholaſtico obtuliſſe, ἔστιν γάλαδα λέγεται ὁ βουνὸς· ἀφ' οὗ καὶ νῦν γαλαδῖται καλοῦσι τὴν γῆν. Quid autem opportunius quam illa Stephani Byzantii, γάλαδα, χώρα Ἀραβίας, καὶ γαλαδηνή ἰωτηπος ἡ ὡ ὁ. ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας γαλαδῖτιν φησί. Ubi tamen noſtri codices retinent uſque γαλαδηνή. *Bern.* Γαλαδηνὴ aut Γαλαδηνὴ *Big Samb. Caſ.* & *Vat.* Legiſſe videtur *Epiphan.* ὅθεν Γάλαδα λέγεται ὁ βουνὸς. ἀφ' οὗ καὶ νῦν Γαλαδῖται καλοῦσι τὴν γῆν. Vide *Steph. Byzant.* v. Γάλαδα.

e Καὶ νῦν Γαλαδηνὴν] Illud καὶ ex *MSS* deeſt in *Editis*.

f Ἐκεῖνον προσαγορεύει] Hunc autem locum ſic reformant *Hen.* & *Busb.* φανέντα συνέβη αὐτῷ ἀγαθὰ ἐπαγορεύοντα περὶ τῶν ἐς ὕστερον· καὶ τὸν μὲν τόπον ἐκεῖνον καλεῖ θεοῦ στρατόπεδον. *Bern.* Vox ἐκεῖνον etiam ex *MSS*.

g Περὶ αὐτοῦ φρονεῖ,] Ita ex quatuor *MSS.* εἰ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ φρ. *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* haud contemnenda phraſi. *Bern.*

h Ἐνετέλλετο] Sic in *MSS.* in *Editis* ἐνετέλλετο, ut in LXX. *Gen.* c. 32. v. 19.

i Διαλλάκτην,] Ita meliores *Codd.* in aliis διαλλακτὴν, & mox ἐπανίκοι.

k Ὑπὸ δι Θεοῦ] Ὑπὸ Θεοῦ δ. *Vat.* ὑπὸ δι θεῖον *Vet. Interpr.*

l Ἀπαθὴς] *Samb.* ἀπαθεῖς, per vim vitiata locutione, quod omnes tamen haud credant. *Bern.* Ἀπαθεῖς *Samb.* & *Vet. Interpr.*

m Προὐπεμπε,] Rurſus προὐπεμπε *Big.* & *Samb.* & ſubinde ἐπομένους *Hen.* vice λειπομένους. Dein *Big.* πλησίον, ἰσχύι, ſuppoſitum à Sciolo. Verbum etiam proximum ἐκέλευσεν legunt *Big.* & *Samb.* Mox ἵν' εἰ οἱ ἔμπροσθεν βιασθεῖεν ἐπιθ. τ. ἀδ. καὶ φυγὴν ἔχοιεν τ. ἐπ. Ita depravatores Joſephi *Hen.* aut *Busb.* Poſt hæc illi ipſi, γνοὺς ὃ τὰ πεμφθέντα ἐκ Δαλ pro ἦσαν ὃ οἱ πεμφθέντες ἐκ Δαλ. & mox πολλὰ pro πολλοί. *Bern.*

n Ἄσσον] Fallunturergo, qui dicunt in N. T. Act. 27. 13. id non poſſe accipi, ac ſi ſolis pœtis hoc ſenſu uſurparetur, pro *celerius, citius*: alibi ἄσσον urbs Cretæ in Actis cap. 20. intelligitur. *Rel.*

ἦν τὰ πεμπόμενα, καὶ πλῆθος τετραπόδων ποικίλων, ἃ δὴ τίμια τοῖς ληψομένοις ἔμελλεν ἐσεσθαι ὥστε τὸ ἀπαντᾶν αὐτῶν. ἦσαν δὲ οἱ πεμφθέντες ἐκ διαλειμμάτων, ἵνα συνεχέστερον ἐντυγχάνοντες πολλοὶ δοκῶσιν· ἀνίησιν γὰρ ὑπὸ τῶν δώρων τὴν ὀργῆς, εἰ διαμένοι ὁ πεθυμωμένος. ἔτι μέντοι καὶ λόγοις χρῆσθαι ὁμιλεῖν ὡς αὐτὸν εἶπεν τοῖς πεμπομένοις.

β'. Ταῦτα συνθεὶς διὰ πάσης τῆς ἡμέρας, νυκτὸς ἐπιγενομένης σκηνῇ τὰς συν αὐτῷ. καὶ χείμαρρόν τινα [p] Ἰαβακχον λεγόμενον διαβεβηκότων, Ἰακωβος ὑπολελειμμένος, φαντάσματι συντυχὼν διεπάλαιεν, σκέψις ἀντικαθέζοντος τῆς μάχης· σκοπήσαντι δὲ φάντασμα, ὁ δὴ καὶ φωνῇ χρῆσθαι καὶ λόγοις ὡς αὐτὸν, χαίρειν τε [q] ὡς τοῖς γεγυμνασμένοις ἀθλοῦντα, καὶ μὴ [r] μικρῶν κρατεῖν ὑπολαμβάνειν, ἀλλὰ θεῖον ἄγγελον νενικηκέναι, καὶ σημεῖον ἡγεῖσθαι τοῦτο μεγάλων ἀγαθῶν ἐσόμενον, καὶ μηδέποτε τὸ γόνυ σκλαίειν αὐτόν, μηδ' ὑπέρτερον ἀνθρώπων τινὰ τὴν ἰσχὺν ἔσεσθαι τὴν σκέψιν. σκέλους τε [s] καλεῖσθαι αὐτὸν Ισραηλον· σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶτταν, [t] τὸν ἀντισπάσαντα ἄγγελῳ [v] θείῳ. ταῦτα μέντοι ὡς ὕστερον, Ἰακώβου δεηθέντος· αἰσθόμενος γὰρ ἄγγελον εἶναι [x] Θεοῦ, τίνα μοῖραν ἕξει σημαίνειν παρεκάλει. καὶ τὸ μὲν [y] φάντασμα ταῦτ' εἰπὸν, ἀφανὲς γίνεται. χαρεὶς δὲ τούτοις Ἰακωβος, [z] Φανουήλον ὀνομάζει τὸν τόπον. σημαίνει δὲ [a] Θεοῦ πρόσωπον. καὶ γενομένου διὰ τὴν μάχην ἀλγήματος αὐτῷ περὶ τὸ [b] νεῦρον τὸ πλατύ· αὐτός τε [c] ἀπείχετο τούτου βρώσεως, καὶ δι' ἐκεῖνον ἔτι ἡμῖν ἐστιν ἐδώδιμον.

γ'. Πλησίον δὲ ἤδη τὸν ἀδελφὸν πυνθανόμενος, κελεύει προιέναι τὰς γυναικῶν ἑκατέραν καθ' αὑτὴν μετὰ τῶν θεραπαινίδων. ἵνα πρόρρωθεν ἀφορᾷεν τὰ ἔργα τῶν ἀνδρῶν μαχομένων, εἰ τοῦτον θελήσειεν Ησαυ. προσεκύνει δὲ αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν ἐγγὺς [d] αὐτῷ γιγνόμενον, ἀδέν πρὸς αὐτὸν δεινὸν φρονοῦντα. καὶ ὁ Ησαυ, ἀπασπασάμενος αὐτὸν, ἀνέρετο τῶν παίδων τὸν ὄχλον καὶ τὰς γυναῖκας. ἠξίου τε, τότε τὸ πᾶν μαθὼν πρὸς αὐτῶν, καὶ αὐτὸς μὲν [e] συμβαδίζειν αὐτοῖς πρὸς τὸν πατέρα. Ἰακώβου δὲ προφασιζομένου τὸν κόπον τῶν ὑποζυγίων, ὑπεχώρησεν εἰς [f] Σάειραν. ἐνταῦθα γὰρ ἐποιεῖτο τὴν διαίταν, προσαγορεύ-

vero constabant jumentis, ac multis variisque quadrupedibus, quæque accepturis ob raritatem eorum futura essent in pretio. interjecto autem inter eos spatio mittebantur, ut continuo advenientes multi esse viderentur. nam *verisimile erat* donis placatum remissurum iram, si adhuc excandesceret. Quin & iis, qui missi erant, mandavit, ut blande illum alloquerentur.

2. His ita per totam diem dispositis, sub noctem suorum agmen movebat. Cumque torrentem quendam Jabacchum nomine transissent: Jacobus pone relictus in spectrum incidit, & cum eo luctatur, certamen primùm ineunte: fitque superior spectro, quod voce simul & verbis ad ipsum utitur, iisque quæ acciderant lætari submonens, neque ut adversus exigua se prævaluisse crederet, sed angelum Divinum vicisse; atque hoc ipsum reputaret magnæ felicitatis esse præsagium, genusque ejus nunquam desiturum esse, neque mortalium quenquam ipso viribus validiorem fore. Quin & præcepit; ut *se posthac* Israëlum vocaret: quod Hebraïca lingua significat angelo Divino reluctantem. Hæc sane prædixit, poscente *id ipsum* Jacobo: nam cum sensisset angelum esse Dei, rogabat ut ostenderet quid sibi in fatis esset. His dictis, spectrum evanuit. Ista læto animo accipiens Jacobus, locum Phanuelum nominat. *id* significat Dei faciem. Cumque ei inter luctandum exortus esset dolor in lato nervo, cum ipse illius esu abstinuit, tum nobis illo propter eum vesci non licet.

In arena Jabacchi cum angelo luctatur

Jacobus, atque vincit, sed læso femore.

Israëlus, ἀγγελομάχος.

Phanuel. Dei facies.

3. Cognito autem fratrem jam non procul abesse, jubet uxores procedere seorsim, quamque cum pedissequis suis, ut è longinquo spectarent pugnam virorum, si hoc voluisset Esavus. Ipse vero, fratri propior factus, eum adoravit, nihil mali de eo cogitantem. Et Esavus, eo salutato, interrogabat de turba liberorum & mulierum: & cum didicisset omnia, ipse ad patrem eos deducere volebat. Jacobo vero prætendente lassitudinem jumentorum, reversus est *Esavus* in Saïram illic enim habitabat, loco *isti* nomine facto Vil-

Esavi ac Jacobi fraterna salutatio.

Saïra, *villosa.*

losa

---

o Τεθυμωμένου.] Τεθυμαμένου Vat.

p Ἰαβακχον] *Samb.* autem Ἰαβοκχον ex versione ו׳. Epiphanius etiam ab Hieronymo, *Jaboc.* Cæterum insignis hæc monomachia, quod puto, vado יבק, &, secundum Onceloſum, יובקא nomen fecit. Nam בק, אבק, & alio tempore יאבק, *aggredi χειρὸς τε ποσίν τε atque colluctari* denotat. Hinc Procopio ἰαβὲκ, πάλη. *Bern.* Ἰαβοκχον *Samb.* ex versione ו׳. *Jaboc* habent *Epiphan.* & *Hieronym.* Insignis hæc monomachia vado nomen fecit. hinc *Procopio* Ἰαβὲκ, πάλη.

q Πρὸς θεὸν] *Baſ* & *Gen.* Imo Epiphanius Scriba, *in his.* ὡς θεὸς abest cæteris libris. *Bern.* Ita *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* ὡς θεὸς non agnoscunt *MSS.*

r Μικρῶν] Dictione rudiori μικροῦ *Samb.* Sed & *modice prævaluisse* transtulit Scholasticus. Mox ὑστεροῦν τινα τῶν ἀνθρώπων, Typi alii, contra Scriptorum ordinem. *Bern.* Μικροῦ *Samb.*

s Καλεῖσθαι] Ita ex *MSS* in *Editis* καλεῖν.

t Τὸν ἀντισπάσαντα] *Baſ. Gen. Epiphanius* pariter Petrusque Scholastici, *Reluctantem angelo sacro*, sive quod ea tulit ætas, *angelum sacrum.* Quippe significat ישראל *Israel* (licet post censuram Hieronymi hoc inficientur nostri Theologi) vocis ratione θεομαχῶν, ἤτοι ἀγγελομαχοῦντα. Etymon adeo aperit divinus Moyses, Gen. c. 33. v. 28 כי שרית עם אלהים ועם אנשים ותוכל: *Decertasti etenim cum angelis hominibusque, & quidem vicisti.* Sic interpretor illa Hebraïca. Iterumque Hoseas Vates de eodem nomine c. 12. 7. וישר אל מלאך, *pugna itaque contendit cum angelo.* Ita in Arabum Lexicis سلم *congredi, conflictari*: & in Judaicis סור *aversari.* Vel expeditius ישראל erit ἀγγελοφάτως, *angelum qui devincit* Mecum sane faciunt prisci Rabbinorum in magna Geneſi f. 154. ubi Moysen suum explicant hisce verbis, נתנושש עם יעליונים ויכולת להם ועם התחתונים ויכנלת להם, *Tu Superos lucta superasti, tu Inferos: Angelum illum*, inquiunt Magistri, & *Esavum.* Nam נתנושש διεπάλαισε. Adde & Demetrii verba ex Polyhistoria Alexandri, προσλυομένου μὲ Ἰακὼβ εἰς γυναῖκα ἄγγελον ἢ θεὸν παλαίσαντα. Deinde aliquot nostrorum codicum ut *Big. Samb.* & *Caſ.* exhibent ἀνασπάσαντα ἄγγελον, absque θείῳ tam nobili epitheto. Eodem quidem modo S. Hieronymus in Q. Hebr. *Josephus in primo Antiquitatum libro, Israel ideo appellatum putat, quod adversum angelum steterit. Quod ego diligenter excutiens, in Hebræo penitus invenire non potui.* Cætera hujus S. Interpretis apponere vix vacat: hinc tamen bene intelligimus, pauco admodum Hebraismo, & exiguis veteris dialecti lexidiis Doctores Jerosolymitanos eo ævo fuisse contentos. Inepta autem sunt tam Philonis ἀνὴρ θεωρὸς, quam hujus & Eusebii νὸς ἐρῶν θεὸν, aut etiam Justini Apologistæ ἄνθρωπον νικῶν adversus magnum Rabbinum Tryphonem, & S. Hieronymi *fortitudines Dei*: aliorum insuper ἐνισχύων μὲ θεὸν aut *fortis contra Deum*, necnon Symmachi Interpretis ἠρξίω ἰσχύι ὡς θεὸς, quasi à pietate recedunt. Adnectam huc & verba Zonaræ Græculi, qui hasce origines deflloravit. καὶ Ἰσραὴλ αὐτὸν καλεῖσθαι ἐκέλευε. τοῦτο δὲ οἱ μὲν ἄλλοι, νῦν ὀρῶν θεὸν ἐμπλοδίσαντα· Ἰωσηπος δὲ τὸν ἀντισπάσαντα θείῳ ἀγγέλῳ σημαίνειν φησίν. Ἰακὼβ δὲ τὸν τόπον καλεῖ Φανουὴλ (sic & *Hen.*) τοῦ ἐστι θεοῦ πρόσωπον. γνωμένου δ' ἐν τῇ πάλῃ τῷ πρὸς τὸν ἄγγελον ἀλγήματος αὐτῷ περὶ τὸ νεῦρον τὸ πλατύ, ἐκεῖνός τε τοῦτο τοῦτου βρώσεως ἀπείπατο, καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ τῷ ἐκείνου γένει πᾶσι ἀπηγόρευται. *Bern.*

v Θείῳ.] Θείῳ non agnoscunt *Big. Samb.* & *Caſ.*

x Θεοῦ,] Ita ex *MSS.* in *Editis* θείου.

y Φάντασμα] Φάσμα ἀφανὲς γίνεται *Hen.* & *Busb.* quia sic voluere. *Bern.*

z Φανουήλον] Φανουὴλ ὀνομάζει *Vat.*

a Θεοῦ πρόσωπον.] Rectius πρόσωπον θεοῦ, *Samb.* & *Big. Faciem Dei*, Comestor. Doctoribus Alexandrinis, εἰδος θεοῦ, atque Aquilæ rigido interpretamento πρόσωπον ἰσχυροῦ. *Bern.*

b Νεῦρον] Id est, τὸ νεῦρον τὸ σωίζον τὴν κοτύλην ὡς τὸ μηρόν.

c Ἀπέχεται] Sic *MSS.* ἀπέχεται *Baſ.* & *G.*

d Αὐτῷ προϊόντι,] Αὐτῶν προσιόντων *Vat.*

e Συμβαδίζειν] Συμβαδίζειν ἑλέσθαι αὐτοῖς *Samb.* & *Vat.*

f Σάειραν.] Recte excusum fuit *Baſ.* & *Gen* σάειραν. *Sairan* scripsit *Epiphanius*, σάιραν etiam *Busb.* & *Hen.* σάειραν *Caſ.* σίειραν *Samb.* atque demum *Big.* σίηραν, pro Hebraico שעיר. Hoc Samaritæ Arabice scribunt شعر *shair*, *hirsutum*, & notiori nomine interpretantur γίβεαλα: quod jam pridem fecerant Philo, & passim Hieronymus, atque Interpretes Jerosolymitani.

loſa ab hirſutie ſua. ους τὸ χωρίον [g] ἀπὸ τ αὐτ τειχώσεως Δασεῖαν.

CAP. XXI.

Dina virgo violatur.

ΚΕΦ. κα'.

Περὶ ὕβρεως τ Δείνης.

Succoth, *Scenæ.* Sicimum *ſive* Salem, *urbs Chananæa.*

κεῖ), τῷ μὲ διὰ πελαγίας, μῆκος ἔχουσα σταδίων ὡς ὀγδοήκοντα· ἐν καλεῖται ὀφιώδη. Dicere حبوت & حبة *Serpentaria.* Videant alii, an hoc idem adstruat C. Plinius. *Egregia etiam nunc Topazio gloria est suo virenti genere*, (id jam distinguit vir clarissimus ab altero χρυσοφαὲς & flaventiore:) *& cum reperta est, prælata omnibus. Id accidit in Arabiæ insula, quæ Chytis vocatur, in qua Trogodytæ prædones, cum diutius fame ac tempestate pressi herbas radicesque effoderent, eruerunt Topazion. Hæc Archelai sententia est.* Hanc etiam diducit S. Ambrosius ad ψ. εἰκ. Aut idem Caius in Geographicis l. 6. c. 29. *Omisit Juba & tertiam Berenices, quæ Epideros, insignem loco. Est enim sita in cervice longe procurrente, ἐν κόλπῳ βαθυδίτῳ* Arrianus dicit, *ubi fauces Rubri maris* VII. *M. D. passuum*, (sic libri meliores, & LX. *Stadia* Strabonis Arrianique bene conveniunt. Puto itaque *Chytin* insulam, hodieque *Cambela* vocari in Geographia Arabica, quæ CC. M. passubus abest à Babolmandabo, & oppositæ Jemanæ castellum *Hacam* prospicit.) *ab Arabia distant. Insula ibi Chytis Topazion ferens.* Pergit modo Agatharcides, ἀφ' ἑτέρου μὲ γίνεσθαι παιδίων ἐρετῶν, ἐφ' ἡμῶν ὃ ἱλάσθεσθαι τέτων. Hoc ita pridem fecerat Ptolemæorum Euergeta, monumento Adulitano nobilis. Unde paulo demissius loquitur ea de re ὁ γεωγράφος. ὧν ἱλάσθησαι δ' ἐρετῶν ὁ βασιλεὺς, ἅπαξ καὶ ἀφ' τὰς φθορὰς δ' ἀσφαλισάμενον ἀνθρώπων ὑπ' δ' θηρίων, καὶ ἀφ' τὰ τοπάζια. Pariter Diodorus, qui & Agatharchidæ Peripatetici (ut claret) Regumque Ægyptiorum Commentaria hac de causa versaverat, ὑφ' ὃ τοῖς μεσημβρινωτέροις χωροῖς ὑπὸ δ' τὴν ἀλιξάνδρειαν βασιλέων ὄντως ἐξημερώθη φιλοτίμως, ὡς μηδὲν εἶναι κατ' αὐτὸν ὀρεσκῆ δ' ἀσυπαρξάνων ζῴων. ὁ δ' ἀγαθαρχίδης ὃ τὴν αἰτίαν δ' ἀπὸ ἡμέρωσιν φιλοτιμίας. ἀφίσκει γὰρ ὃ τῇ νήσῳ ταύτῃ τὸ καλούμενον τοπάζιον. ὅπερ ἐστὶ λίθος ἀφανόμορφος ἐπιτερπὴς, ὑάλῳ παρεμφερὴς (hinc ὑαλοειδὲς τοπάζοι Orpheo gemmario) καὶ θαυμαστὴν ἴσχυσιν πρόσοψιν παρεχόμενος· διόπερ ἀπεπίδατος τοῖς ἄλλοις τρεῖς, θανατηφόρα πάντος δ' ἀσπιλάτατος ὑπὸ δ' καθισαμένων ὑπ' αὐτῶν φυλάκων. Hujus descriptionis fontem jam vide. ὃ τὸν τὴν γίνεσθαι τῇ νήσῳ, ait Cnidius, καὶ τὸ καλούμενον τοπάζιον. ἔστι δ' τοῦτο λίθος ἀφανόμορφος, ὑάλῳ ἀσυμφερὴς, ἰδέαν δ' χρυσῷ (malo cum Diodoro εἴχρυσον) θεωρίαν ἀποδιδὲς. Idem & verbis vix aliis princeps Geographorum. λίθος δ' ἐστὶ τὸ τοπάζιον ἀφανὲς, χρυσοειδὲς ἀπλάκτων φίλγος, ὅσον καθημερὰν μὲν ἀ ῥᾴδιον ἰδεῖν ἐστὶ· ἀλαυγέστερα γὰρ. νύκτως δ' ἀφλέγει, καὶ συλλέγοντες &c. Agatharchides enim tradiderat, ὁ δ' ἐν ταῖς πέτραις λίθος τὴν μὲν ἡμέραν ὑπὸ δ' φέγγος κρατύνεται, ἀφ' τὸ πῦρ δ' ἀ γίνεται σύνδηλον. σκότος δ' ἐπισκιάζον, ὃν ἀ ποτ' ἂν ἡ πυρώσις, ἀφλεκτὰ πάντοθεν. Diodorus etiam illa transcripsit in suam Bibliothecam, ὁ δ' ἀσφαλὴς λίθος, φυόμενος ἐν ταῖς πέτραις, τὴν μὲν ἡμέραν ἀφ' τὸ πῦρ ὐκ ὀφθαι, κρυπτόμενος ὑπὸ δ' τὸν ἥλιον φέγγος. τὸ δ' νυκτὸς ἐπιγινομένης ἐν σκότει ἀφλεκτὰ, καὶ πόρρωθεν δῆλον ἐστὶ ἐν ᾧ ποτ' ἂν ᾖ τόπῳ. Jam decolore Topazii conciliare licet Judæos scriptores Græcosque, Braunio aliisque invitis. Constat enim ex tribus probatissimis scriptoribus & pervetustis, hanc gemmam tam flavedinem auri præ se quam vitri virorem ferre: aut, nisi nos nimirum fallat Pictavii honos Hilarius, *Topazion diversorum colorum permixtione omnium pretiosissimarum gemmarum speciem continere.* Vel etiam Doctor Hipponensis ad Psalterium: *Aureum colorem Topazius & ætheream habet claritatem, & cum splendore solis tangitur, omnium superat claritatem gemmarum.* Judæi quidem *jarcan* ירקן pro פטדה exponunt. Sic Jonathan ad Ezech. & in Lege Onceloſus: similiter Uzielides & Interpres Solymitanus ירוקתא *jeruela* & *jaratha*, Samaritani יריק *jaric*, Chaldaicus Jobi Paraphrastes מרגלא ירקא. His autem vocabulis gemmæ Topaziæ viror indicatur, atqui ὑπόξανθος & πράσινος, ut matura porra solent venire. Unde ירקון *jeracun* in volumine Hebræo, & برقان *jarcan* in Lexicis Arabum τὸ ἴκτερον πόνον, *morbum sub aureum* certo denotant. Acceperat etiam Plinius à Lithographis sui ævi (maxime à Xenocrate Ephesio, ut statim patebit) *circa Alabastrum oppidum Thebaidis Topazios* duplici genere enatos *Prasoiden atque Chrysopteron* (pro hoc nomine, aut *Crysocleron* S. Ambrosii, vel χρυσόπτερον Eusebii, nam illi omnes ex Lithognomone Ephesio hæc talia descripserant, repono *Chrysophaen*, χρυσοφαὲς; aut verius χρυσόχρων, *Chrysochroon*) *similem Chrysopraso.* Ille sane virebat magis, hic rutilabat. Cecinit & Dionysius Alexandrinus γλαυκίοντα λίθον καθαρῆς τοπάζου. Neque aliter interpretabere Alexandrum Cornelium, quando ait ἀφείσκειν καὶ ὁ τὴν δ' τοπάζιον λίθον ὁμώνυμον τῇ νήσῳ, ὁμοίον ὃ τῇ χρόᾳ τῇ δ' νέᾳ ἐλαίᾳ· succum enim Palladis flavere suave quis nescit. Excusabis idcirco Epiphanium Pontificem Christianum, quod de Topazio hunc in modum constituat. Λίθος ὃ τοπάζιον ἐρυθρὸς τῷ ὕδατι ὑπὸ δ' ἄνθρακα· (cujus ille mox λίθος ὀξυφοίνικον declarat:) εὕρηται ὃ ἐν τοπάζῃ πόλει δ' Ἰνδίας ὑπὸ δ' ἐκεῖνά ποτε λίθους λατομοῦντων ἐν καρδίᾳ ἑτέρου λίθου· ὃν οἱ λατομοῦντες Θεσπάμβροι Φωδεῖν, καὶ ὑποδείκνυσι ἀλαβάστου τινὶ (lego ἀλαβαστρίτου τινὶ· eandem quippe historiolam attingit Salaminius, quam recentem sua ætate legerat è Græco Plinius, legerat post aliquot sæcula Eusebius Pamphili.) ἀπέδοσθαι ὀλίγου τιμήματος. Θηβαῖοι ὃ φασὶ λιθίναν τὴν καὶ ὀκτὼ κυρῶν βατιλίσσης. (*Berenicen* dedit, cujus nomen diu servabat *Ophinsæ* proxima ripa: non *Arsinoen* quod affirmat Abrahamus in Shilte hagibborim, ex libris Christianorum recentium cum fastu Judaico & perridiculo, plane adversus Plinium philosophum, Jubam regem, & S. Ambrosium) ἡ ὃ λεγομένη ὑπ' τῶν αὐτῆς ἀφθάρτου μέσου δ' μαλώτατα φαίνεσθαι. Cape colorem hujus gemmæ à Theodoro Heraclea ad ψ. εἰκ. ϛ'. ρκϛ'. ἐγὼ, ait Paraphrastes ille ante Theodoretum, τιμιώτατος ἡγοῦμαι τὰς σὰς σύβλας χρυσίου καὶ λίθων πολυτελῶν. ὁ δ' τοπάζιος ἴσως τότε μᾶλλον τιμώμενος διὰ ἐστὶ ὃ τὸ χρῶμα πρασοειδὴς, καὶ χρυσοχρὴς, αὐγοειδὴς καὶ ἀρᾶσις καὶ εὐανθής. Compertum etiam est *asfaro* اصفر, quo nomine, פטדה Moysis interpretari solent Samaritæ, subflavi, icterini, cirinique coloris quicquid indicare. זרגא *zarga* insuper Syrorum in Pentateucho eximie notat fucum χρυσόπρασον. Quapropter ex duum generum Topaziis, viridius seu *zaberged* ubique S. Literarum intellexit Arabs per *Pirda*, & Clarissimus Saadias ad Jobi caput metallicum; ubi legi ex MS. optimi Huntingdoni الزبرجد الحبشية loco פטדת כוש. Pariter Judæi per Hispanias hodieque Pontificis M. gemmam secundam *Smaragdum* vocant nimis honeste. Verum à زبرجد, ne hoc reticeam, rite deducitur Græca vox σμάραγδος: sed ex Græco ad Arabes Persasque iterum rediit vocabulum زمرد *zommorod*, aut *esmeralda* à labio Hispano; alii forsan aliud credent. Deinde שומפון in *Semos rabba* corruptum satis ex voce τοπάζιον: attamen עקיק Targumistæ ad Canticum Salomonis, & כרכרנא Interpretis Arabici Ezech. c. 28. ad Chalcedonios & Amethystos pertinere scio, non ad hunc lapidem. Fuse denique præ cæteris de Topazio agunt ad Hymnorum sacrorum longissimum Eusebius Pamphili, & abs illo Nobilissimus & sanctissimus Ambrosius, quorum verba Epiphanii causa adscribere haud piget vel meipsum hucusque provectum. Περὶ δ' τοπαζίου λίθου τοιαῦτα ἱστορῶν ἱστορεῖ, ἃ ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ ξενοκράτους λιθογνώμονι· ὅτι γίνεται δ' θηβαΐδος περὶ πόλιν ἀλάβαστρον, ἐν ὀρυσσόμενον λίθ δ' φέγγος αὐτὸν τόπῳ· ὧν ἱσοῤῥοπίᾳ ἐστὶν ὀρυσσομένων τόπων. καὶ μετ' ὀλίγα· τὸ χρῶμα δ' τοπαζίου πρασοειδὲς καὶ χρυσωπὸν (vel χρυσόχρουν: nam χρυσόπτερον nil valet) χρυσοπράσῳ ἀφλογιστίνῳ, κατ' ἄμφω δ' ἐπιτείνεται τὰς χρόας καθαιρέσεσιν. ἔστι δ' καὶ (injicio huc πάρεστι) ἐν καθαρῷ ἄγαν ἐν χρυσόχρουν· τῷ δ' μεγέθει καὶ πάνυ ὑπερῳρᾳ τὰς χρυσοπράσους. ἔστι δ' καὶ τὸ εἶδος ὁ λίθος λιπαρὸς ἐστὶν καὶ ἀφεγγὴς ὑπὸ ἡλίου. ἔστι δ' καὶ ἀραιόστομος καθεστηκὼς. καὶ τοῦ ἐστὶ ὁ πάνυ θεοπαθὴς, καὶ ἔλαθεν θαυμαζόμενος ἀφ' τὸ πλῆθος, ἢ τὸ (lego τότε) καὶ τὴν σχολὴν εὑρίσκειν. ἄγαται δ' καὶ θεοπαθὴς νενόμισται· φύσιν δ' ἔχει λιπαρὸν τὸ τοπάζιον τραχυτέραν, καὶ ὑπὸ τὰς χεῖρας μᾶλλον. ἔστι δ' καὶ λίθος εὐγλυφος. Latina rarius soleo adponere, sed jam Antistes Mediolanensis suadet ad ψ. εἰκ' *De Topazio quidem invenimus scriptum in historia Xenocratis, qui scripsit quasi lithosnomon* (scribe tu, *quasi lithognomon*) *nasci eum vel inveniri* (imo γίνεται) lectum est pro εὑρίσκεται apud Epiphanium de Pectorali Pontificis Hebraici) *circa Thebaidis civitatem Alabastrum: vel circa Topazion, ut aliqui putant; unde & nominatus est ab eo loco in quo gignitur.* Mox idem Ambrosius, *Duorum colorum est in hoc lapide crasis, hoc est, quadam temperata permixtio, Prasoides & Chrysocleron* (MSS. *Chrysopa*) *similis Chrysopraso secundum utrumque velut quasdam extendens colorum figuras, & plenius quidem à peritis fertur extendere. Est autem parychrus* (*parochrus* lego) *& satis parus, & Chrysochrus, & pinguis & resplendenti similis, maxime cum solis splendore percutitur.* (Aliter sane Gentium Historici. Vides heic quantum in Græcis conturbat bonus Ambrosius) *Est autem pulcherrimus & mirabilis super omnes Chrysopraso magnitudine, ut dixi, usu pinguior. Natura hujusmodi, ut si polire & levigare eum velis, asperetur magis, usu minuitur. Est autem quodam genitali opere naturæ euglyphus, hoc est, bene figurabilis, & summo studio dignus habetur. Difficile invenitur & repertus insignitur; raro tamen in usu hominum est.*

3. Versus primi lapidem ultimum Levi sacræ tribui datum ברקת βαρεκάθ, & Ezech. 28. βαρεκάθ, برقش, aut ad dialectos suas deflectunt Judæi, unde ברקן *barcan* Onceloſi, Jonathanis, & Paraphrastæ δ' ἀσμαῖος, ברקתא *barcatha* Uzielidæ, & Solymitani, ברקא συνεζύγησαν, בארק etiam & ארבך metatheſi Samaritica: aut hunc potius naturæ virorem nitidissimum *Smaragdum* interpretantur; quod volunt οἱ ὁ'. (etiam Ezech. c. 28. ubi alium profecto ordinem illi tuentur, quam habet Hebræus) Josephus, S. Hieronymus ex placito istorum, & Interpres Samariticus per suum اخضر ἄξαφος. Verum Rabbinorum pars maxima commutant hanc gemmam oculorum delicias cum sequente נפך: ברקת vero nunc aliter exponunt, Arias à Judæis suæ gentis *Chrysolithus*, Abarbanelis, & Interpretes Anglicani *Carbunculus*, lapis quatenus præfulgidus. Abrahamus in Shilte Hagibborim, & diu ante ipsum Symmachus S. Bibliorum interpres optimus quidem ex LXXV. κεφαύνιος: quo eos profecto induxit notissimus sensus vocis ברק, κεραυνὸς & ἀστραπή. Quanquam & *Ceraunius* (quem οἰνωπὸν appellat Epiph.) locum suum habeat in Dactyliothecis, Tavosus in Pentateucho suo Persico pro *bareceth* reponit Arabicum الماس *Almas*, quod est Adamas, ne forte pretiosissima rerum careret penitus Thorax facer. Onceloſus denique, Jonathanes, aliique Targumistæ, & abs illis Syrus aliquid gemmarum heic intellexerunt præter Smaragdum, non docent tamen quo in lapidum genere consistat ברקת aut ברקן. Hac & sequente gemma, Jacuto puta rubro & Smaragdo viridi sternitur ὁδὸς Paradisi Mahommadicæ.

4. Incipit autem versus secundus à tribu Judæ ac lapide נפך, نفك, νόφεκ; aut LXXII. Interpr. ναφὲκ Ezech. c. 27. 16. quod *Carbunculum* denotat illis Alexandrinis cum alibi tum Ezech.

αὐτοῖς [i] τῷ ἐφώδῃ βάμμασι διωκισμένον. [k] ἐστὶ γὰρ quidem vocatur: hic vero in lingua Græca λόγιον [Ra-

zech. c. 27. 13. Joſepho etiam, S. Hieronymo, Judæis Hiſpaniarum, Abrahamo Medico, Syriſque interpretibus. Iſtorum enim צדירא *Rubinum* ſignificat, ſicut Arabum صدي *Sadi* rubedinem rubiginemque. Accedit ad hos Targum Solymitanum, in quo כרכדנא *Cadcodna* dicitur ἐξ Αἰγυπτίων pro כרכר *Cadcod*, vel *Chodchod* ut Hieronymus ſcripſit de vocis ſignificatu plane ignarus. Eſt autem Pyropus, lapis πυρωθρίζων, ut cum Epiphanio loquamur, à כרור *Scintilla*, atque *torris*. Eodem plane modo interpretabere Latine Jonathanis בצדירא pro בפוך Βαττὰκ Hebraico Eſ. c. 54. i. e. ὁ ἄνθραξ, vel ἄνθρακα quaſi נופך, quomodo legerant LXXII. aut ὁ σίμων cum tribus aliis Judæis. Nam fucus iſte ſcintillæ inſtar micat, ut norant nurus delicatæ. كحلي *Cohli* inſuper Arabum Walt. & Erpen. & כחלי *Chahäli* Targumiſtæ Cantici Regii (qui ſolens ἀφεζῆλ) *Stibii* gratiam ſignant. Opportune igitur adnotavit ex Commentariis regiis Jubæ C. Plinius, *Smaragdum, quem Cholon vocant, in Arabia ædificiorum ornamentis includi.* Neque diſſentiunt omnino Ainſworthus aut Commentator major *Semot* f. 96. ubi leges כרכרינין: quippe *Chalcedonius* aut *Charchedonius*, (nam utrumque occurrit apud vetera ſcripta, & vice ἀνθρακος ſimplicius equidem χαλκηδὼν in Apocalypſi ſacra) ex *Carbunculis* præcipuis æſtimatur: ſive ille à magna Carthagine, ſive ab Hebræo potius כרכר (pro quo LXXII. Interpr χοῖρος quandoque ſubſtituerunt) nomen forte ducat. E contra, Samaritæ in verſione ſua Arabica נפך interpretantur *Smaragdus*, زمرد, זמרגדו. Pariter Onceloſus veruſque Jonathan אזמרגדין *Ejmargedin*: Ben Uziel איזמור. Hi etenim omnes ſignificationem veterem veramque ipſius נככן ita tranſtulerunt in *Nophec* lapidem quartum: cui quidem rei tinnitus gemmularum proximarum ירקן ברקן *jarcan*, *barcan* occaſionem fortaſſean dederit. Idem ſane adfectant per verſus omnes Pectorales ritu magico ac ridendo Samaritæ in verſione vernacula, *Samuc*, *ſamac*, *ſamacmac* &c.

5. Quintus lapis Dano datur nomine ספיר σαπφείρ, سفير, σαφεὶρ Etymologo Magno Græcorum, S. Hieronymo & τοῖς ὁ. vel decies σάπφειρος. Inde Uzielidæ & Paraphraſtæ Solymitano ספירינון & סמפורינא, Targum Cantici אספור, Syro perpetim ספילא, femelque Paraphraſtæ Samaritico ספירה, & in Hebræo Tobiæ ספירי. Onceloſo quidem ubique, & ſæpius vero Jonathani rara voce שבוז *Shabzæ*, Jobique interpreti Aſſyrio שבוזא, & Paraphraſtæ Samaritico ſemel שבזון *Shabzun*. Sic dictum credo fuiſſe Sapphirum vel Jaſpida πολύγραμμον, tanquam שבש, שבש & שבץ, *ramulis lineiſque variam*, elementis ז & צ permutatis, & vocabulo quadrato, ut fieri ſolet. In verſionibus Arabicis Samaritarum, Judæorum Africanorum, & Clariſſimi Saadiæ tam ad Legem quam ad Hagiographa ספיר redditur الهما *Maha*, eſt enim generis Cryſtallini: & in Onomaſtico Coptitarum, Ϣⲁⲡϩⲓⲣⲟⲥ, العقيق i. e. Carchedonia, aut ex Barbahlul Jaſpis quædam. Tavoſo is vocatur زمرد Smaragdus. Non multum ſane abludunt ſuo fuco à Sapphiris Chalcoſmaragdi Cyprii, aut Smaragdi Medici, *quos equidem è Sapphiro* ait Plinius, condus ipſe gemmarum omniſque pretioſæ naturæ. Quinetiam ad Logium ſacrum adnotavit Sophiſta Gazæus, *Sapphirus haud abſimilis perhibetur Smaragdo:* utriuſque ſpecies quædam colorem cœli præferunt. Adamantius idem dixerat ad Lamenta Jeremiæ c. 4. 7. σαπφείρου ἀπόχρωμα αὐτῶν. οἱ ἑκάτεροι, ὁ δηλοῖ τὸ ἀπόχρωμα, πολιτείαν ἐρρύθμιον ἔχουσι· τοιοῦτο γὰρ ὃ σαπφείρου τὸ χρῶμα. Hieronymus ad Eſaiam, *Porro Sapphirus qui ponitur in fundamentis cœleſtis Jeruſalem, cœli habet ſimilitudinem & ſuperioris aëris; diſcoloratè licet & obſcurè τὸ ἤλιον. Ezechielis quoque Scriptura commemorat, quod locus in quo thronus Dei ſit, Sapphiri habeat ſimilitudinem, & gloria Domini in hoc colore conſiſtat, qui portat imaginem ſupercæleſtis.* Vel Græce eadem accipe à Procopio Cæſarienſi, ἡ δὲ σάπφειρος ἐρρύθμιον ἔχει τὸ χρῶμα. ἔστι δὲ τὸ ἰξεικὲς καὶ ὁ τόπος ὁ ὑπουράνιος θεοῦ θρόνου θεοῦ ὡς σάπφειρος (campus quidem cærulus auro interſtinctus) ὅτων τοίνυν εἶσον; ἀφ' ὧν τὸ τῶν εἰκόνα θεοῦ ἐπιφανοῦς φοσεῖν. Deinde de indole hujus gemmæ rectius ſenties, ſi colores Saadiæ atque Eſdraidæ Judæorum inter ſe miſceueris: nam cærulum conſtat ex rubro & albo (ſive Cryſtallino Gaonis quem laudavi, ſive Adamantino Medrash veteris:) nimirum quo vultu emicare ſolet ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Unde verſus ſeculo non bono nati,

Sapphiri ſpecies digitis aptiſſima regum,
Egregium fulgens puroque ſimillima cœlo

Proponit etiam nobis Epiſcopus Salaminis Cypriæ inter ſacrorum lapidum fulgores σάπφειρον ποικιλόχρουν, ὡς βλάττης τὸ εἶδος. πολλὰ γὰρ χρὴ τέτυφθαι. ἔστι γὰρ ὁ βασιλικὸς χρυσοκόλλης. Aut verbis Plinii, *Sapphirus aureis punctis collucet. Caruleæ & Sapphiri, raroque cum purpura. Optimæ apud Medos. Quæ ſunt ex eis Cyanei coloris, mares exiſtimantur.* Quod vero apud Flavium Sacerdotem, qui duodecim hoſce ignes de pectore Principis ſui ordinis reſplendentes ſæpius viderat, ספיר bis redditur ἴασπις, totieſque ſextus lapis יהלם, σάπφειρος, vel vitio communi librariorum in totum deputandum, vel erit cognationi evidenti ipſarum gemmarum. *Cyanos* enim Plinii, ſive *Jaſpis ſtellata rutilis punctis*, aut *Jaſpis Phrygia & purpuraſcens* Epiphanii, aliorumque ἴασπις διαφέρουσα à Sapphiris nihil aut perparum differunt, quod & Theophraſto ſummo Lithographo videbatur. Sapphirus autem Arabum medicis & interpreti Prophetarum Sacrorum الفيروزج *Fairuzeg*, ſeu per ora Perſica Turcicaque پيروزج, niſi quis dicat utramque vocem à πῦρος deflecti. Nam ex Philone jam vidimus Sapphirum videri λίθον πυρώδη.) aut peculiarius *Sapphirus opaca*, quam noſtri Gemmarii Turcoida appellant. Poſtremo Commentarius major tam *Semot* quam *Bemidbar* explicat ספיר Moſis per כוחל; quod *Stibium*, aut maxime *cæſium cœli fucum* ſignificat vagis Judæis, Arabibus & atræ genti Æthiopum, aptumque fuerat vexillo Iſaſcharis ſolis lunæque orbibus nobili, ut priſci Rabbini imaginabantur. Pretioſus hic lapis ex quo Veritatem πεδίκασεν ob pectus geſtabat Pontifex Ægyptius, Æliano referente, imo de quo exciſæ ſunt Tabulæ δεκάλογοι, ſicut tradunt Rabbini, nomen præbuit *Sapphirenæ* inſulæ Arabicæ, & ille vel ſua *pulchritudo* mali ingenii fœminæ Sapphiræ. Venit autem ספיר gemma ab Arabum صفر *Saphar*, quod *nitorem, almam lucem*, & *Auroræ decus* eximie ſignificat: unde יספר Jobi c. 38. *decoravit* ex mente Cimchii parentis. Imo ספיר laxius aliquando interpretanti Jonathani אבן טבא *lapis bonas ac pulcher.* Nam *Saphir*, ait Hieronymus ad Michææ vaticinium, *Syro Hebræoque ſermone dicitur pulchrum.* Breviter itaque expendimus, ut cum Dionyſio canere licet,

Χρυσείης κυανῆς τε καλὴ πλόκος σαπφείροιο.

6. Verſum ſecundum claudit ἰαλὸμ יהלם, gemma Naptalis: بحلم Tavoſo, Jonathani priſco atque Onceloſo παρομοιάζοντι סבהלה *Sabbalom*, indeque interpreti Samaritico צבלום *Zabalom*. Hanc vetuſtiſſimi Criticorum, S. Jaſpida interpretantur, ut LXXII. Alexandrini, etiam ad Ezech. c. 28. 13. S. Hieronymus ubique ex profeſſo, tum etiam Epiphanius Cypri. Qui facit & כרכורון Uzielidæ, forte & χαλκηδόνιος Johannis Revelatoris Nam כרכור Eſaiæ vatis Symmachus quidem χαλκηδόνιον reddidit, ſed Hieronymus & LXXII. ἰάσπιδα. Prætet Theologos Chriſtianos, Abarbanelis, Abrahamus Medicus, Judæi Byzantii Hiſpaniæque יהלם Adamantem interpretantur, atque adeo لماس Almas Rabbinus quidem Hiſpanus, quem præter morem ſuum valde laudat Abeneſdras. Adamas enim ab infracta ſua duritie alios omnes lapides יהלם i. e. ירשם וישבר, domare ſolet & deterere. Nam ut Hieronymus refert ex Xenocrate ad Amoſi c. 7. *Cum vicinum aurum longo uſu conſumatur, ſolus adamas non atteritur, & nulla lima minui poteſt; ſed è contrario limam terit, & quicquid attigerit, lineis ſulcat.* Tavoſus aliquando اللازورد *Lazured* aut corruptius *Lazuli*, quod eſt κύανος. Ab hoc minimum abludit σάπφειρος Fl. Joſephi tam in Originibus quam Bellis patriis. Pro יהלם Arabica Waltoni Erpeniique ponunt بهرمان *Carbunculum*, Syrorumque ſimplicior verſio ܢܩܛܘܢ *Necatho*. Targum Cantici גיהר *Gihar* à *claritate*. Idem Targumiſtæ Jeroſolymitano dicitur עין ענלא, *Ocellus vitulinus*, aut Plinio *Ægophthalmos*. Cognatos autem admodum & conſimiles aliqua ſui ſpecie exiſtimabis Adamantem, Cryſtallum, ἢ ὑδατόεσσαν ἴασπιν, quod canit Poëta Afer. *Jaſpidum enim multa ſunt genera*, ait Hieronymus. *Alius eſt enim Smaragdi habens ſimilitudinem, qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis, & vocatur Grammatias: quo omnia phantaſmata fugari autumant. Alius viridior mari & tinctus quaſi floribus: hunc in Phrygiæ monte Idæ & in profundiſſimis ſpecubus ejus naſci autumant. Alium vero juxta Iberos Hyrcanoſque & mare Caſpium reperiri*, (hunc Dionyſius appellitat ſubnigrum, ſeu ὑπόμελαν ἴασπιν) *& præcipue circa lacum Neuſin.* Talia carpſerat ex libello Epiphanii ille Aſceta, ἴασπις, ait Epiphanius, ἔστι τῷ εἴδει σμαραγδίζων. ἔστιν δὲ τὰ χείλη θερμώδοντος ποταμοῦ διείσιτας, καὶ ὥσει ἐμαθόντα τινὸ ὑπ' αὐτῷ. τοῦτο δὲ ἀπὸ εἴδους φαντασμάτων οἱ μυθολόγοι λέγουσι. ἄλλη δέ ἐστι γλαυκοτέρα θαλάσσης, ἄλλη δὲ βαθυτέρα τῷ ὕδατι τῇ βαφῇ, ὑπὸ τοῖς ἀπηλιώταις, ὑπὸ τῷ ὄρει τῷ ἴδης ὑπὸ τῇ φυγίᾳ, ὁμοιάζουσα πορφύρᾳ τῇ λίᾳ δὲ αἱματώδη κόχλῳ, διαυγεστέρᾳ μᾶλλον, ὥστε οὕτω ὁμοιάζουσα, ἢ ἀμεθύστῳ ξανθοτέρᾳ. ἡ δὲ μιᾶς χροιᾶς, οὐδὲ τὸ αὐτῆς διαφανοῦς. ἀλλ' ἡ μὲν ἐστι χαυνοτέρα καὶ λιθωτέρα, ὅτε πάνυ σίλουσα, ὅτε πάλιν διαπίπτουσα. ἄλλη δὲ κρυσάλλῳ ὕδατι ὁμοία· ὠφέλη δὲ καὶ πασιν ἔστιν οἷς χρεών τοῖς κατὰ τὸν καπνὸν γλῶ· καὶ ἀπὸ ἴασπις ὁ παλαιὸς καλούμενος, ὁ πάνυ λάμπουσα, χλωρά, ἥτις ἔχει γραμμὰς μίσας· καὶ ἀπὸ ἴασπις ὁμοίως τῇ χιόνι ἢ ἀφρῷ θαλάσσης. Vis autem eadem Jaſpidum ac Adamantum, *lymphationes abigunt, metuſque vanos expellunt à mente*, Plin. l. ult. c. 4. ambo ἀναιρίζουσι. De præcipuis Indiciſque Adamantibus idem adnotavit, *non in auro naſci, ſed quadam Chryſtalli cognatione. Siquidem & colore tranſlucido non differt, & laterum ſexangulo lævore*, &c. Xenocrates de eodem lapide, *Parvus eſt & indecorus ferrugineum habens colorem & ſplendorem Chryſtalli.* Σάπφειρον denique bis poſuiſſe Joſephum pro Hebræo יהלם, pro ספיר ἰάσπιδα, non adeo imperite factum putabit, quiſquis illarum gemmarum ingenia ac cognationem perpenderit; quid enim apparet eſſe Sapphirus, niſi Jaſpis pellucida? Heic quidpiam pervertiſſe Librarios viri docti ſuſpicantur, ſed conjectura ſubleſta.

7. Septimo lapide expreſſum fuit felix nomen Gadis. Hunc לשם, λίγυρον, الشم vocat Moyſes, iſque ſolus inter Scriptores ſacros aut non ſacros. λίγυρον eundem interpretatur Joſephus, λιγύριον οἱ ο'. & poſt illos B. Hieronymus. Onceloſus equidem, & ille Uzielides, Syra natio, Sectaque Samaritica *Cancrin*, קנכירין, קנתרין, קונכינון, קנכירינון, totidem à Græco

[Rationale] significat. Ad amuſſim autem com-

μὲν καλεῖται. [1] σημαίνῃ δὲ τῷ καὶ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν.

κιγχελίτης, *milii granis velut ſparſis*, ut Plinius ait. *Topazium* Judæi aliquot Hiſpani; nam qui ad Conſtantinopolim confugerant, eum βάγλωνιον ſunt interpretati. R. Saadias, R. Jonas in Lexico Cimchiano, Judæi Africani, in Syria Samaritæ *Leſem* explicant clarius quam reliqui Interpretes Arabica voce جزع *gezâ*, quæ ὀνύχιον ſignificat. Ainſworthus, Braunius, & diu ante hos S. Chryſoſtomus, Epiphanius, Hieronymus, & Scholiaſtes Græcus ad Biblia Græca, & Gloſſator ad Latina *Hyacinthum* reddunt; neque abeſt longe ירוק *jeruc* Samaritani Paraphraſtæ, aut يشم *jaſim* Perſici: imo vox hæc prope accedit ad Moſaicam, ut Aſia ludere amat in ſonis. ἰσοδυναμοῦσι γὰρ يشم, يشب, & *Jaſpidas virescentes* ſignificant. Multum etiam valet, quod B. Johannes de pectore pretioſo P. M. fundamina Novæ Urbis deſumens, *Hyacinthum* ſubſtituerit vice *Ligurii*. Poſuit autem pro *Leſem*, Bemidbar rabba τὸ σαπφείριον, Semot rabba כרחלין *Cærulum* χρυσοειδές: pariterque *Turcoida* & *Cyanea* interpretatur Abrahamus Harophe, & alii recentium Judæorum. Targumiſta Solymitanus זוין *zuzin*, quia ſic voluit. *Amethyſtum* autem Abarbinelis, *Beryllum* Targumiſtæ ad Canticum, *Achatem* aliorum prætereo. Audiamus potius quid ad Fabiolam piam fœminam dixerit Monachus Bethleemita. *Satis miror, cur Hyacinthus pretioſiſſimus lapis in horum numero non ponatur, niſi forte ipſe eſt alio nomine Ligurius* (perperam edidit Eraſmus *Lyncurius* adverſus codices priſcos. Nam hoc aliud eſt, & *Succinum* potius quam *Hyacinthi* quoddam genus aut alterius gemmæ, quod ſuo ævo videre potuit reconditæ naturæ diligentiſſimus ſcrutator Plinius. Recte Heſychius λυγκάριον, ἤλεκτρον. Theophraſtus quidem, Demoſtratus, aliique veterum cum Lyncurio Electro majoris pretii gemmam λιγύριον aut λιγγύριον male confuderunt: unde Plinius Epiphaniuſque miſere palpant.) *Scrutans eos qui de lapidum atque gemmarum ſcripſere naturis, Ligurium invenire non potui.* Videbis jam quam expreſſe hæc ab Epiphanio tranſcripſerat celeberrimus iſte Aſceta. Τὸ δὲ λιγυρίον τὸν εὐσεβῆ ἀναμφιβόλως ἔγνωμεν. ὅτε δὲ φυσιολόγοις (non apud Theophraſtum? λυγκούριον itaque reſcribes aliquoties in libello iſtius Peripatetici περὶ λίθων.) ὅτε δὲ τισὶ δοκοῦσι τοῖς περὶ τούτων μεμελετηκόσι. [Hinc Pſellus λυγκάριον recenſet inter ἀγνώστους gemmarum] ἔφαμεν δὲ λαγκάριον ὅταν κοιλώματον λίθον, (Zenothemis id tradidit:) ὃν τινες τῇ τραπῇ Ἀφελίκτῳ λαγκάριον καλοῦσι. καὶ τάχα τοῦτο σημαίνει τὸ λιγύριον. ἐπειδὴ αἱ θῆλαι γραῦαι τὰ ὁμοιότατα ἑτέρως μετεποιήσαντο· ὡς τὸ σμάραγδον πράσινον [at innuit אבן השהם, quem LXX. Gen. 2. 12. λίθον πράσινον interpretantur, ſæpius σμάραγδον, quandoque σάπφειρον & σάρδιον.] καὶ ὅτι πῶς οὐ τῇ τοῦ λίθου τούτου ὁνοματίᾳ, οὐκ ἐνηθθήσαν οἱ νακίνθοι, καίτοιγε ἀφθόνητον οὐσίμιον ὄντος λίθου. ὥστε εἰς νοῦν ἡμᾶς λαβεῖν, μήποτε τὸ λιγύριον τοῦτο καλεῖ ἡ θεία γραφή. νακίνθου οὖν τὰς μὲν ἰδέας ἔχειν ἀλλοίους. ὅταν γὰρ ἀμείνονι βαθύτερος τῇ χροιᾷ, τοσοῦτον ἀναλαμπρότερός ἐστι τῶν ἄλλων. ἔοικε δὲ νακίνθος τῇ ἰρείᾳ, ὑποτροφύζειν πως ὡς i. e. quo flore gaudet herba cognominis: τοῦτο δὲ χρῶν ἐστι. καὶ ὁ μὲν πρῶτος λίθος καλεῖται θαλασσίτης. (*Vitreus* Plinio.) ὁ δὲ δεύτερος ῥοδινός· ὁ πέμπτος νάτιος, (miſere hanc vocem torquet Cl. Salmaſius, quæ notiſſima eſt in Latio) ὁ τέταρτος λέγεται χαυνιαῖος (malo καπνίαν.) ὁ δὲ πέμπτος περίλευκος, aut σαρδόνυκος, qui eſt Onyx: *is enim rubri coloris circulos habet albis cingentibus zonis*, ait Beda noſtras ex Plinio. Candicantium vero hyacinthorum ſpecies diverſas accurate recenſet Plinius l. ult. magni operis. Uno verbo tot colores induit hyacinthus, tam variam ſpeciem admittit, ut ſecuris liceat eo nomine raram vocem לשם interpretari. Quinimo color maſculus igneuſque ipſius Lingurii, quem celebrant Theophraſtus Pliniuſque, Hyacinthum ſive *Jacut* perpulchre repræſentat.

8. Pergimus hinc ad *Achaten* Aſeri, quod interpretantur LXXII. Judæi, S Epiph. atque Hieronymus, tum etiam Commentator major *Semot*, Moſaphiaſque Judæus ex Hebræo שבו στεῶ سبو: hoc tamen ſervatur adhuc apud Perſas in شوه *Shavah*, vel *Shabah* شبه, ut Tavoſus ſcribit. Convenit & vox Arabica سبج *Sabag* i. e. aliis Arabum سبج *Siha*, & quod reor טבאג apud Targumum Cantici eximii. Quocirca pro שבו in verſionibus ſuis ponunt Judæi Mauruſii & Samaritæ necnon in Lexico Hebraico D. Cimchius سبج, & Cl. Saadias سبج, i. e. Achaten, ſive lapidem ſubnigrum & περίλευκον, צבע שלו מעורב שחור ולבן, ut vult Commentator major *Bemidbar*. Onceloſus reddidit ſua dialecto *Tarcia* טרקיא: quo *Dendrachaten*, *Ceratachaten*, aut *Thraciam* innui malim, quam *Turcoida* ſeu *Turcinam*, ut plerique amant Judæi Chriſtianique; recentiora enim reor hæc nomina, quam Onceloſi ætas ſuſtineat. Poſt Onceloſum *Shebo* expoſuit *Tarica* טריקה Paraphraſtes Samaritanus, Uzielides bis טרקין *Turacin*: nam ערקין vitii librarii manifeſtum. Judæi Hiſpanici atque Byzantini *Turcinam*, ſeu κύανον explicant, niſi quod Abarbinelis *Topazion*, Abrahamuſque Medicus *Hyacinthum* malint ſuo ex ingenio, & Targumiſta Cantici βήρυλλον. Λίθος δὲ ἀχάτης, inquit Epiphanius, ὑποτέθη εἶναι περίλευκος καλούμενος, ὃς ὑπὸ τὸ νακίνθου ὄφεσιν· ἁπλοῦς δὲ ἐστι τῷ εἴδει ὑποκυανίζων. ἔξωθεν φαιὸν ἐρεμνὸν λούκιλλον ἔχων, μαρμάρου τρόπον ἢ ἐλεφαντίνου. Cedit valde in honorem hujus gemmæ, quod Pſellus poſt alios in eo notavit,

Ἐν ᾧ οἱ δῆεις ὀρέων νάλαπιν ἵκοντο,
Ἀκρόδιαθ' αἱματόεντα, καὶ αἰγλήεντα σμάραγδον.

Ἐν δ' ὄγε μιλτοπάρῃῳ· ἀτὰρ καὶ χαλκὸν ἐν αὐτῷ
Δήεις, καὶ χρυσὸν ἀφροτρεφέος μήλοιο.
Ἀλλ' οἷος πάντων ὠφελιμώτατος, εἴκελον εὖρεις
Εἶδος ἔχοντα δαφοινὸν ἀμαιμακέτοιο λέοντος.

Ex Judæis unus Joſephus ſemel atque iterum ἀμέθυστος adpoſuit loco שבו, vel ſic patrarunt Librarii. Et pro eodem ὀνύχιον præſertim reponit faber *Shilte hagibborim*.

9. Iſaſchari tribuitur nonus lapis אחלמה, ἀχλαμά, احلم; cujus profecto meminit nemo præter τὸν νομοθέτην, niſi quod חלמה eam inter Arabes appellitari affirmet Cimchius. Hunc vero non male referes inter *Onychas* aut *Amethyſtos*. Prius ideo genus ſpectant עין ענלא *Ænegla* Onceloſi, Paraphraſtæ Samaritici Syriacique, עין עיגל Uzielidæ, لاو جشم Tavoſi, βεζθαλμος Judæorum Byzantinorum: quicum conveniunt Plinii λυκόφθαλμος & αἰγόφθαλμος, & tam hujus quam B. Johannis in Apocal. σαρδόνυξ: & عين هس αἰλουρόφθαλμος Ægyptiorum. Lædit inſuper جزع *Onyx* capita melancholica, quod Serapio poſt alios fatetur; lædit & *Achlama* ſecundum Abeneſdram, Cimchium, alioſque ejus hæreſis. Quinimo אהלמה nomen peterem, non ἀπὸ τοῦ ὀνειρώξεως, יגל שם החלמות cum Rabbinis pleriſque, potius abs Arabum حلمة *Hulama* & Syrorum חלמתא *Helmatha*, quod *pupillam* denotat, quomodo & Bar Bahlul in Lexico patrio deſcripſit עין ענלא, ſive ab Hebræo חלמות, Chaldæove חלמין, & *Chalamtha* חלמתא Syrorum, quod *Ovi vitellum* ſignificat: utraque ſane *colorem carneum*. Scriptorum pars cætera conſpirant in אחלמה ἀμέθυστος. Ita οἱ ο'. Epiphanius Cyprius, S. Hieronymus, Judæi per Hiſpanias. Accedit *Heimeſin* הימיסין *Semot rabba*, quod eſt Græcum ἀμέθυστος, aut potius ἀμαθυστίνας: tum etiam Paraphraſtæ Samaritani *Bahramân* بهرمان, i. e. *Carbunculus* ἀμεθυσθίζων, ut habet gaza Plinii. Deinde Cl. Saadiæ & Judæorum Africanorum الغبروزج *Fairuzeg*, & in Apocal. S. Johannis البزادي *Bazadi* pro ἀμέθυστος inter fundamenta Urbis pretioſæ. Poſtremo affirmat Commentarius Major τὸν ἀριθμῶν, אחלמה צבע שלו, רומה ליין צלול ἀχλαμὰ οἱνωπὸν εἶναι τῇ χροιᾷ, quomodo & *Amethyſtum* depingit Peripati decus ſecundum. Quippe Amethyſtum exiſtimo dictum, quod ſobrie vini colorem bibat, & quaſi ad pudorem violæ declinet: ſed Magi & Magis gens credula ebrietatem gemma hac purpurea quatenus leniri ex appellatione ipſa ſuſpicati ſunt. Quid tandem Epiphanius? ἀμέθυστος καὶ τῷ αὐτῷ ὠφελείαν φλογίζων ἐστὶ βαθείᾳ· λαμπρότερος δὲ οὐκ ἔστι μέτρῳ, οἰνωπὸν ἀπεμπύρζει εἶδος· ἢ δὲ μορφὴ αὐτῷ ἀμφοῖν. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστὶν ὑακίνθῳ καθαρῷ ἀμφιπλήσιος, ὁ δὲ ἀμαθὴ κύκλα. Scias autem exemplaria Joſephi tertio Antiquitatum *Achatem* pro *Amethyſto* hodieque oſtendere, atque libro penultimo Bellorum *Ligurium* pro eodem.

10. Verſus ultimus incipit ab honore Zabulonis תרשיש, ترشيش, quod vocabuli θαρσεὶς ſcripſerunt Doctores Alexandrini ad vaticinia Ezechielis atque Danielis & ad c. 5. 14. Cantici Regii, & θαρσὶς ſæpius οἱ τρεῖς. Hunc fuiſſe veterem *Chryſolithum* aut *Topazium* recentium gemmariorum, magno conſenſu interpretum traditur, cui vix obſiſtere queat pervicacia Rabbinica. תרשיש ſeu χαρχηδόνιον interpretatur الحجر الذهبي Scholion Pentateuchi *Laudini*, & *Bogadi* بجادي ipſum Pentateuchum *Seldeni*, & Lexica Coptica. χρυσόλιθος equidem pro תרשיש bis terque Judæi LXXII. ſemel illi ἄνθραξ ſeu بهرمان, de fulgore axium Cherubicorum agentes. Eſt enim *Carbunculus Carchedonius* (de quo Archelaus, Plinius, Epiphanius, multi multa) ex genere χρυσολίθου. Poſuit etiam Joſephus loco decimo χρυσόλιθον, Epiphanius iſtum eodem ordine, & præ cæteris Johannes ὁ θεσπεσιώτατος gemmam eandem ordine alio. *Chryſolithus* ubique tranſtulerunt Aquila Judæorum & noſter Hieronymus, ſeveri interpretes, Syruſque ad Cantici c. 5. 14. Eundum lapidem præſtitit Sexta ἔκδοσις, omniſque vetuſtas, præter *Hyacinthum* Symmachi Triumvirorum prudentiſſimi, quod à Theodoreto ac Hieronymo diſcimus Ezech. c. 10. alibique. Nam *Aquila Hyacinthum poſuit*, quod nunc legitur apud Hieronymum initio Ezechielis plane vitioſum eſt pro *Symmachus h. p.* At nihil iſti inter ſe differunt, σμάραγδος ὑακινθίζων Plinii, *Hyacinthus aureo colore tranſlucens*, & *Chryſolithus* ejuſdem, necnon *Chryſopraſus* apud *Semot rabba*: ſic enim explico, קרומסטין, *qui lapis cæli habet ſimilitudinem.* Idem valet & ἐξηγήσις Abeneſdræ ad Cant. c. 5. 14. תרשיש שיש בה תמונות ככוכבים נקנצים. Facit huc & Lexicon Cimchii ex Gerſamida, תרשיש אבן יקרה ועינה נוטה לעין התכלת. *Hyacinthum* adeo illud interpretantur Abraham הגבור, Ainſworthus, Braunius, & alii. Arabs Waltonianus poſuit hoc loco مشف *Meshaffon*, *Jaſpida*, aut *lapidem purum* & διαφανῆ. Forſterus aliique Confeſſionis Lutheranæ *Turcoida*: Abarbinelis Judæus פירולא βήρυλλον exponit. Audiendus eſt demum Epiſcopus Cyprius de Logeo Aaronico; ἰ. λίθος χρυσόλιθος. τοῦτόν τινες χρυσοπράσιον κεκλήκασι χρυσίζων μὲν ἔοικε· δοκεῖ δὲ τῷ φαιᾷ διαπίπτειν διὰ τὸ τὴν ἀχλυμίτιδα βαθυλῶνα. σωματικοῖς δὲ καὶ κοιλιακοῖς ἰαμάτικός ὑπάρχει. Inde ſic ſcribit decus Hipponenſe ad ψ. πδ'. *Chryſolithus aureum habet fulgorem, & ſcintillas emittere videtur, & nocturnos timores pellere aſſeritur.* Onceloſus tamen, quem inter vetuſtiſſimos Divinæ Legis Inter-

τον [m] λόγιον. πληροῖ δὲ ἀκριβῶς ᾗ [n] ἐφῴδὸς ὅπερ ὑ-

plet illud Ephodæ *ſpatium* quod *vacuum* à texentibus

terpretes recte exiſtimabis, & ab illo Paraphraſtes Samariticus propter Hebraici vocabuli תרשיש laxos ſenſus, *pelagi color cæruleus*, כרום ימא κτῆνα ἰακυνθ. interpretatus eſt & Uzieli des peculiarius *cæſius vultus maris Mediterranei*, כרום ימא רבא. Paria ad Danielem ſuadet Eudoxus Commentator, το θαλασσης χρυσόλιθον ἐστι. ὁ δὲ ἑρμῶνος κυανον το χρῶμα λέγει. Quinimo כרום ימא, aut χρῶμα θαλάσσης denotat ex Græco: aut *gemmam marinam* ab Arabum Caragia كراجة *pretioſa res gemmeaque*, quod in animo videtur habuiſſe Tavoſus, cum Perſice verteret مرواريد *Margarita*: aut denique inter Chaldæos כרום ימא *Glaucum mare*, μέλανα πόντον Mæonidæ. *Cæſium* inſuper ſignificat ازرق *azraco*, quod eſt interpretamentum תרשיש lapidis apud Samaritas, Judæos Libycos, & Illuſtrem Saadiam. Verum non nuper obvenit, quod Judæi θαλάσσης expreſſerant aliquando οἱ ο'. ex אניות תרשיש Eſaiæ vatis, ſapius S. Hieronymus: qui etiam à Phariſæis ſui temporis acceperat, *Hebræi putant lingua propria ſua Mare Tharſis appellari: quando autem dicitur Jam, non Hebraico ſermone appellari, ſed Syriaco.* Ad Marcellam idem presbyter Chriſtianus, *Quæris ſi Tharſis lapis Chryſolithus ſit, aut Hyacinthus, quod diverſi interpretes volunt, ad cujus coloris ſimilitudinem Dei ſpecies ſcribatur. Quare Jonas propheta Tharſis ire vellet, &c. Reſpondeo homonymum eſſe vocabulum, quod & Indiæ regio ita appelletur, & ipſum mare; quia cæruleum ſit, & ſæpe ſolis radiis percuſſum colorem ſupradictorum lapidum trahat, & à colore nomen acceperit:* (ut *cærula verrunt* apud Maronem) *licet Joſephum* ד *pro* ש *litera mutata, Græcos putet Tarſum appellare pro Tharſis.* Idem ad vatem κηδόρων. Tharſis Joſephus interpretatur Ciliciæ civitatem (imo plus dicit, ad pontum Euxinum ejectum Jonam:) *quantum vero in Paralip. libris intelligi datur, quidam locus Indiæ ſic vocatur. Porro Hebræi* Tharſis *mare dici generaliter autumant. Secundum illud*, Spiritu vehementi confringes naves Tharſis. *Et in Eſaia*, Ululate naves Tharſis *Non igitur Propheta ad certum fugere cupiebat locum: ſed mare ingrediens, quacunque pergere feſtinabat.* Iterumque Rector Bethleemiticus, Joſephus Tharſis *urbem Tarſum arbitratur*, [LXX. Carthaginem,] *alii regionem putant Indiæ: & hoc nomen etiam de duodecim gemmis lapidem appellari, qui apud nos vocatur Chryſolithus, ob martini coloris ſimilitudinem. Neque enim Jonas de Joppe navigans ad Indiam poterat pervenire: ſed ſimpliciter ire in pelagus, & ad quaſcunque inſulas pergere.* Præiverat huic Euſebius in Onomaſtico ſacro, Θαρσεὶς vel Θαρσεὶς, ὅθεν ἤρχετο τῶν σκαλωμένων χρυσος, καὶ μέν ἐστιν ἀπὸ τάρσου ἐστιν ἡ τῶν χιλιάδος· καὶ ὃ ἐστιν, καρχηδών. αὐλὴ δὲ ἐστὶ τοῖς ο'. κεφάλης καρχηδόν· καὶ τὸ ἔλεγον ἔχει Θαρσεῖς. ἄλλοι δὲ τὸν ἰνδικὸν ὑπολαμβάνουσιν. Concedunt autem in opinionem Rabbinicam ex Græcis Paraphraſtes *Corderii*, atque Theodorus Heracleenſis ad ψ. inauguralem οα'. λέγει ὅτι καὶ οἱ τὰ ἀπὸ θαλάσσων οἰκοῦντες ὅρον ὑποτίθενται. Θαρσεῖς δὲ τὴν ἀπὸ θαλάσσης καλεῖ τόπον. Sic in Catena Græcanica alii. Dico igitur ſtrictim (nam hæc longe perſequi haud licet) תרשיש Carthaginem denotare, ut Doctores Alexandrini Eſ. c. 23. 1. & aliquoties verterunt ad Ezechielem: ſive à mero ac muſto תירוש id nominis meruerit, οἶνος enim etiam appellari olim memorat Stephanus Byzantii: ſive à قرس *Tars*, *munimentum ac præſidium*, ſicut Tyrus eſt צור, ὀχύρωμα: & ipſa forte Carthago aut καρχηδὼν, כרכתא *carcetha*, quod *Arcem* ſignificat; perinde ac loco eodem *Burſa*, בצרא βόσρα, *Acropolis*, conditore *Zoro* i. e. viro Tyrio, ut recte retulit Philiſtus, ſed non recte accepit Bochartus p. 511. *Punicorum*. Nam à תרשיש Jaonida Tarſum Cilicum conditam ac nobilitatam fuiſſe exiſtimo, potius quam à Sardanapalo Aſſyrio: non ita ab illo Tharſi Tharſiſque nepotibus Carthaginem editam, quæ juxta plurimos nomine *nova* קרתא חדתא, ſed ortu *Urbs antiqua fuit* vel ex nomine Punico καδμεὶα קרמרת; hanc *Tyrii tenuere coloni*, non filii Javanis. Verum ſi תרשיש mare ſimpliciter ſignificare oportear, exponant verborum utut aſtutiores hæc verba ſacra כי אני תרשיש לכלך בים, ὅτι ναῦς Θαρσεὶς (θαλάσσης ἄρχ.) τῷ βασιλεῖ ἐν τῇ θαλάσσῃ, μὴ τῶν νηῶν χειμ. μιᾷ (lege potius alio accentu μιᾶ) ἀφῆ τὸ τέλος ἐτῶν ἤρχετο τῷ βασιλεῖ ναῦς ἐκ Θαρσεὶς (melius אני תרשיש ναῦς Θαρσεὶς) χρυσίον καὶ ἀργυρίου καὶ ὀδόντων ἐλεφαντίνων καὶ πιθήκων καὶ ταώνων. Ubi rectiſſime Jonathan אני ספינת אפריקא *Navis quidem Africana* &c. Ita ille alio loco. Quocirca *Tharſis* proprie ſignificat *Carthaginem*, tum quod ex uſu eſſet negotioque *Carthaginienſium*, naves, gemmas, inſulas eorum, & quandoque totum *littus Africanum*, *mareque Mediterraneum*. Hinc LXXII. Judæi qui in Pharo Alexandrina literis divinis olim vacabant, ab Eſaia תרשיש אניות, πλοῖα καρχηδόνος ſunt interpretati, de urbe vicina & θαλασσοκρατεσῃ minime tum decepti. Similiter illi bis terque in vaticinio Ezechielis: atque ſemel contra magiſtros Tiberienſes Hieronymus, Ezech. c. 27 12. *Carthaginienſes negotiatores tui.* Opportune inſuper monet idem Commentator ad Eſ. c. 23. 6. עברו תרשישה, ſive ut Alexandrini rite tranſtulerant, ἀπέλθατε εἰς καρχηδόνα: *Legimus autem in hiſtoriis Aſſyriorum, obſeſſos Tyrios conſcenſis navibus fugiſſe Carthaginem, ſeu ad alias Ionii Ægæique maris inſulas.* Quis etiam neſcit Θαρσὲς καρχηδονίας, quando Tyrum obſidebat maximus Macedo, ſuperſtitione ſua coram Hercule periiſſe? Theodoretus ad γ'. βασιλ. κεφ. κβ'. ἐπειδὲ Θαρσεὶς ἰδιόν τινα χαρακτῆρα ἀνόμαζον. οἱ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐρμηνεύσαντες τὴν καρχηδόνα τῆς γῆς λιβύης προσαγορεύειν ἐκάλεσαν. Et verum aliquis ad ψ. οα'. βασιλεῖς Θαρσεῖς. Θαρσεῖς δὲ οἱ μὲν τὴν καρχηδόνα τὴν τῆς λιβύης προσαγορεύειν. οἱ δὲ τὸν Θαρσὸν, εἰς ὃν ἐφυγεν ἰωνᾶς. οἱ δὲ χρῶμα ὑακίνθου. ὡς ἐν τῷ, ὡς εἶδος Θαρσεῖς. Egregie vero Heraclææ antiſtes Theodorus ad ψ. οζ'. η'. κατεάξεις πᾶσας Θαρσεὶς, quod eſt, *corrumpes naves mercatorias graveſque*, quales viri Carthaginienſes ædificant & regunt. Θαρσεὶς δὲ ἡ διὰ τόπου ὄνομά ἐστι καὶ ταῦτα γεγόνεν, inquit ille, ἡ Θαρσεὶς τὴν λιβυκὴν λέγει καρχηδόνα, ἥτις τότε ναυτικῷ στόλῳ πολὺ τῶν ἁπασῶν πόλεων διέφερεν. Quando igitur *naves Tharſis* dicuntur ex fœdere improbo exſtructæ fuiſſe in Aſiongabero apud ſinum Elaniticum, ad formam modulumque *Actuariarum Carthaginienſium* factas intelliges, בתכנית האניות הנעשות בתרשיש, *inſtar ſegmentorum Tunetanarum*, ut inter Judæos vir doctus explicat. Imo vero hujuſmodi *Onerariæ* Ariſtophani Comico diſcrte appellabantur φοινικικαὶ σκέφη: ſed poſtea Romanis rerum dominis *Naves Alexandrinæ* nuncupatæ. *Tarteſſus* autem Bætica ſive *Gades*, (quas per תרשיש innui Pinedius, Bochartus, Grotius, atque Bootius,) commode ſane aurum, argentum, ſtannumve, ſed nullo modo merces reliquas 1 Reg. c. 10. 22. & 2 Par. 9. 21. ebur, ſimias, aut pavones præſtare poterant Claſſi Regum Palæſtinorum: poterat omnia Carthago, Metropolis Libyæ, & Emporium commune Africanarum gentium & Hiſpanicarum. Carthaginienſes à Bæticis & aliunde metalla deportabant in urbem Didûs, hæc & ſimul Libycas merces ad Tyrum inde invexit Navis Salomonica. Hæc abunde confirmat Divinum Augurium de ampliſſimo imperio Salomonis. ψ. οα'. η'. à mari ad mare dominaturi, ad Mediterraneum à Mortuo. ὠκεανὸν αὐτὸν προσαγορεύσουσιν λίβιοπες, ab auſtro: βασιλεῖς Θαρσεῖς, Reguli Africani ad occidentem, & à borea νῆσοι præcipue Ægæi maris Ioniique, δῶρα προσοίσουσι: tum ab oriente βασιλεῖς ἀράβων (ἤτοι σεβὰ) κ. σαβὰ δῶρα προσάξουσι. Ibi Theodoretus, Θαρσεὶς τὴν καρχηδόνα τῆς λιβύης προσκαθημένην καὶ ὁ μακάριος ἡσαΐας καὶ ὁ θαυμάσιος ἰεζεκιὴλ ὁμοιάζουσι. ἀλλὰ λίβυες τὰ ἑσπέρια τῆς οἰκουμένης κατέχουσι τυγχάνει. λίβιοπες δὲ τὰ ἑῶα καὶ νότια· ἀσσύριοι δὲ τὰ μεσόγεια· οἱ δὲ νησιῶται τὴν θαλάσσης τὰ μέσα. Mox Suidas hæc ab eo tranſcripſit. Nondum tamen à nautis repertam credo *Tarſin*, quam in Oceano Indico Judæi Chriſtianique Regibus Hebræis adeo expetitam referunt. Pauciſſimis itaque: אבן תרשיש & *Tharſis lapis* ob pectus Aaronis non alius eſſe videtur, me judice, quam *Garamanticus* & *Carchedonius* Theophraſti Plinique Philoſophorum, *ſic vocatus*, inquit Secundus, *propter opulentiam Carthaginis magnæ.* Notat idem *in Garamantiis fulgere aureas guttas: Arabicaſque fumidæ Chryſolitho ſimiles Sandaſtris* inveniri. Compertum etiam eſt gemmam quamlibet aureolam, ſive auri punctis ſive lineis ſive plurima facie illuſtretur, χρυσόλιθον nuncupari apud ſcriptores gemmarios. Veruntamen Chryſolithos quatuor in genera præcipua diſtribuit Abrahamus Medicus. Sunt autem Arabicæ, Germanicæ, Indicæ colore cæruleo & ſubaureo, ſeu ſpecie ξανθῆς ἐλαίας, quod placet Commentatori Numerorum majori, vel denique κυάνοιο θαλάσσης, quomodo vati viſæ ſunt rotæ Cherubicæ Ezech. c. 1. & c. 9. Ex quarto genere ſunt Æthiopicæ, ſolis inſtar fulgentes.

11. Joſepho ſervatur lapis penultimus שהם, σοὰμ interpreti Græco 1 Par. 29. 2. Judæis שֹׁהַם, & pectoris & humerorum ſacrorum decus. Hunc *Beryllum* aut βήρυλλον interpretatur LXXII. ſeniores Exodi c. 28. 20. & c. 39. 13. Ezech. 28. 13. de pretio Principis Tyrii, Joſephuſque l. 6. περὶ ἀλωσ. ſi ſcribarum manus ordinem juſtum gemmarum haud corruperint. Similiter ex Græca voce Onceloſus ubique Pentateuchi Moſaici, & Jonathan priſcus ad Ezech. c. 28. 13. שהם interpretantur *Burla* בורלא, Uzielides modo בורלין *Burlin*, modo בירלוות חילא, i. e. البلور العنزين Saadia interprete ad Jobi c. 28. 16. ubi Targum habet *Berulin jacar* יקר בירולין. ὁ σύριος ברולא *Berula*. Rabbini Chriſtianique Arabiſſantes بلور *Ballur* itidem ex Græco, licet contrarium aſſerat profundiſſimæ eruditionis ſcriptor S. Bochartus: nam بلور vox eſt Cahtanidis priſcis ignorata. βηρύλλιον adhuc ſive بلور oſtendunt nobis pro σοὰμ Hebraico R. Saadias, Judæi Africani, exemplaria ambo Illuſtriſſimi Laudi, Magni Seldeni unicum, Tavoſi τὸ περσικὸν, & ad Exodi c. 28. Samaritarum philologi. Namque hi Gen. c. 2. 12. Ex. c. 25. 7. & c. 35. 9. שהם permutant cum Arabico *Maha* المها, quod *Beryllum*, & *Cryſtallum*, & *Opalum*, & Plinii *Irida* denotat. Unde in Onomaſtico Coptitarum reperimus ὀδόγυλλος, المها البلور. Imo ὀνύχιον valet *Maha* inter albicantes lapides, ſi verbum originis reſpexeris. *Beryllos* autem Chryſtallo ſimillimas & viderat Plinius, & nimis norant Indi falſarii, neque præteriit A. Boetius lima naturæ pretioſioris. Non aliter Epiphanius de lapide Joſephi. λίθος βηρύλλιον γλαυκίζων μέν ἐστι, θαλασσοειδὴς: (*probatiſſimi Beryllorum*, ait Plinius, *viriditatem puri maris imitantur*,) ἔχων εἶδος ὑδατοειδέας ὑακίνθου. (quarto loco numerat idem Cajus *Beryllos* ὑακινθίζοντας,) γίνεται δὲ καὶ τὸ τέρμα ᾗ ὄψις ταύρου. εἰ δέ τις θελήσῃ κατ' αὐτοῦ ᾗ πλίνθῳ τοῦτον ἀναπλάσαι, (lego ἀνατρίψαι. Quippe apud Beitaridam idem dicitur وقد يستقبل به عين الشمس فينظر الي عين السعاع الذي قد خرج من الحجر مما سقته الشمس بضوئها) φαίνεται ὡς ὑγρὸς κέγχρος ἔχων ὑποθέν ἀμυγῆς. ἀλλὴ δέ τις βηρύλλος τῶν κόρας τῆ ὀφθαλμῶν ᾗ δράκοντος ἐστι καθάπλησία. ἐστι δὲ

tibus juxta pectus relictum est. Illi vero committitur annulis aureis unicuique angulo appositis, similibus Ephodæ annexis qui istis respondeant, vitta hyacinthina adhibita ad annulos inter se connectendos. [10] Cæterum ne in medio annulorum relictus appareret hiatus, illud excogitarunt ut spatiola tæniis hyacinthinis complerent. Epomidem vero juxta humeros connectunt sardonyches duo; utrumque extremum, in eos excurrens, aureum habentes, ut idoneum esset fibulis. His autem insculpta erant filiorum Jacobi nomina, literis vernaculis nostræ linguæ; in utroque lapide sena. At natu majores dextrum humerum obtinebant. Quin & Essenen ipsum duodecim lapides distinguunt,

φαίνοντες καλὰ σῆθος ἐξέλιπον. ἐνῦται δ' ὑπὸ κρίκων χρυσέων αὐτῷ τε καλὰ γωνίαν ἑκάστῳ, καὶ κείνῳ τῶν ἴσων ° προσκεκινωμένων, ῥάμμαλῳ ὑακίνθῳ ἁλῃφέντ@ εἰς τὴν τοῦς ἀλλήλοις καλάδεζιν τοῖς κρίκοις. τοῦς δὲ τὸ μὴ χαλαρὸν εἶναι τὸ ἐν μέσῳ τῶν κρίκων καταλιμπανόμενον, ῥαφὴν αὐτὸ νήμαζιν ὑακινθίνοις ἐπενόησαν. πορπᾶζι δὲ τὴν ἐπωμίδα σαρδόνυχες δύο καλὰ τῶν ὤμων, ἑκάτερον τέλ@ ἐπ' αὐτὸς ὀπτεῖον χρύσεον ἔχοντες, τοῦς τὸ τ P περονίζιν ὀπτητδειον εἶναι. ἐγγέγραπται δὲ τάτοις τῶν Ιακώβ παίδων τὰ ὀνόματα γράμμαζιν ὀπιχωρίοις γλώσῃ τῇ ἡμετέρᾳ, καλὰ ἓξ τ λίθων, [q] ἑκατέρωθεν. οἱ πρεσβύτεροι δ' εἰσὶ καλὰ ὦμον τ δεξιόν. ὀπτᾶσι δ' καὶ [r] τ εσηνίῳ λίθοι δώδεκα μέ-

τ ἄλλη πάλιν ὁμοία κρῷ. Præterea pro שהם tres Judæi dederunt ὀνυξ Gen. c. 2. 12. Hieronymo nostro attestante: ubi LXX. maluerant ὁ λίθος ὁ πράσινος, ipseque Hieronymus *Lapis Onychinus* & illic & in Exodo & in priore Paralipomenon. Editio autem Complutensis λίθος ὄνυχος inter Anathemata Regia exponit 1 Par. c. 29. 2. ita etiam Theodoretus Commentator, pro λίθος σοὰμ plurium exemplarium. Ονυξ etiam Flavius reddidit in his Originibus, quæ gemma gereret Josephum Patriarcham. Eadem mente patri Onirocritæ tribuitur in *Semot Rabba* פראלוקין, qui est ὠφελλόνυξ Plinii in genere Onychino. Ne dubites amplius, Alexandrini doctores ad mineram Jobi c. 28. 16. ultro interpretantur יקר בשהם, ὲν ὀνυχι τιμίῳ, & ibi Hieronymus *Sardonychio pretiosissimo*. Sic enim legendum esse suadet Scholiastes Græcus, ὲν σαρδόνυχι ἢ σαρδονυχίῳ. Huic etiam fundæ respondere videtur σαρδόνυξ Beati Johannis sub fine Apocalypseos. Imo par gemmarum ἰτωμίων, quibus splendebat P. M. Iosephus (quod tam ex Hieronymo quam ab exemplaribus Flavii ipsius supra admonitum) σαρδόνυχας vocavit, *cum Hebræo Aquilaque consentiens*. Harum enim nomenclatura variat apud Doctores Alexandriæ, ubi Hebræum certo retinet ἄνευ σοὰμ. Hanc enim ob causam Ex. c. 28. 9. c. 35. 27. & c. 39. 5 λίθος τ σμαραγδε, *inter Erythræos surgentia colla smaragdos* agnoscunt illi, & post illos Procopius. *Hæc gemma*, sic ait Gazæus, *pallida est, & nigrum colorem lucido admixtum tenet, cælumque colore refert*. Et antiquius Philo philosophus, οἱ ἐπὶ τ ἀνεγκλίτων σμάραγδοι ὐὸ λίθοι ἀξιφερεῖς μλιόνζι τ ἡμισφαιρίων ἐκατερῳ. ἐπιμαρτυρεῖ ὃ κ ἡ χροά· σμαράγδῳ γὰρ ἔοικεν ἡ ἐ παντὸς ἐρεὼς φανζασία. Deinde Abrahamus Harophe שוהם pectorale *Smaragdum* esse pronuntiat, contra reliquos magistros suæ perfidiæ. Adde his, inter pia munera Exodi c. 25. 7. & c. 35. 9. offerebant Israelitæ אבני שהם, λίθος σαρδίου ἤτοι σαρδίος LXX. Interpretibus. Adeo quidem dissimiles sibi & oblivioni videntur illi senes, eodem libro sacro, capite quasi eodem שהם vertunt modo *Smaragdum* ωτὸς τλὺ ἐπωμίδα. modo *Sardium*, quam interpretationem amat Origenes, modo *Beryllion* inter decora Logei, & in Genesi iidem *lapidem prasinum* Hevila tellure ortum. Tot vero pretiosorum lapidum, ut in paucum plura jam contraham, maxime secundum seriem seu tabulam priorem eos æstimantibus, cognationem inter se & similitudinem quandam obtinent, ut mirandum minus, si vel LXXII. Interpr. vel Josephus, vel pars alia Israelis, pro altero alterum subtituerit, *Onyx, Sardonyx, Sardius, Beryllus, & Chrystallus*. *Nicolo* enim, quod ab ὀνύχιον corruptum fuit, Hebræum שהם posse putant Judæi Hispanici: eaque voce ait Abarbinelis *Chrystallos* atque gens gemmariorum tam *Onychas* quam *Sardonychas* denotari. Propterea Hebræum שהם, tanquam الوسحم à *zonis lineisque*, quas in gemmis Onychinis perpetuas esse tradunt Plinius & mille alii, id nomen tulisse reor. Quorsum שהם *Sahm* apud Arabum Philologos *sagitta, δόναξ, radius, linea, stria*.

12. Duodecim lapidum ultimus ישפה, يشفه, ἰασπὴ ex Masora, aut potius ἰάσπις, Benjamino Israelis senescentis deliciis inscribitur. Hujus vocabuli sonoritatem plane neglexerant, quod mirandum, vetustiores Judæi. Unde Exodi capitibus 28 & 39 & Ezech. c. 28. (ter enim in Hebræo codice legitur ישפה) ὀνύχιον reddidere LXXII. Interpretum senatus, hisque addicti Chrysostomus, Epiphanius, Sanctorum virorum alii multi; similiterque Arabes Laudini vertunt de Græco جرغ ملون *Geza malowan*, quod est *Jasponyx* Plinii. Tavosus habet بيجاده *Bigada* in Lege, Arabsque Waltoni ad Ezech. بجادي *Bogadi*, *Carchedonius*. Hieronymus presbyter ישפה ter commutavit in *Beryllus*, quomodo Josephus pridem fecerat in Archæologicis suis. Dein verus vetusque vatum interpres Jonathan פנחירין ישפה transtulit *Panterin*: ad Legem Onceolus פנטרי *Panthere*, & post illos Uzielides מרגנית אפנטורים *gemmam aphanthorin*, & Targumista Cantici אפנטור *aphanthor*, Græce πανθηρινον. Tales sunt λιθάριον & πανθηρ αλιθ in Alphabeto gemmario Plinii. Imo vero פנטרי Onceolo haud differt ac Opali genere nobilissimo *Paderote*, de quo Plinius fuse ac frequenter.

Nam niger & rubeus, viridis, pallensque videtur,
Purpureus roseusque simul, sparsique coloris;

[f] Ἔνυσρόν τε] Dicit itaque Joſephus ſacerdos, ad Clerum Divino jure pertinere, quoties Laicus familiæ alendæ cauſa bovem ovemque mactaverit, ἔνυσρόν τε (Deut. c. 18. 3. הקבה *καὶ κοιλίαν*, quod eſt ſua ab origine κοιλία, deliciæ ſane veteres: ſive ventriculus Hieronymo Interprete, & prius LXX11. Alexandrinis ἔνυσρον, aut magis ὄυσρον cum Ariſtophane, Eubulo, Demoſthene Bithyno, & lima Atticiſmi Phrynicho. Judæis Samaritiſque ܟܒܐ *cebba*, ἐχῖνος. Idemque inſolitis vocabulis Syrus reddit ענוניתא, *γαστῆρα*, & Paraphraſtes Samariticus ורקיתא. Sane ex ventriculis brutorum ruminantium, quot vel ipſe Stagirita, vel Grammatici ad Nicandri Ariſtophaniſque carmina amant numerare, inferior ac pinguior debet heic intelligi, & maxime omaſi cupediæ; non vas lactis, ut exiſtimavit Bocharus. Pergit Flavius:) καὶ χελώνιον (*Pectuſculumque*, חזה in libro Moyſis Num. c. 15. 18. στῆθος paſſim LXX11. Interpr. S. Bibliorum, necnon in veterinariis Apſyrti, ingratiis tamen Atticiſtarum aliquot veterum. Deſcendit igitur à χέλυς χελώνη & χελώνιον, στῆθος, quod pectora animantium tumeant velut cortex teſtudinis, vel ſuis coſtis compingantur, ut lyra chordis. Ita κιθάρα & κίθαρος, θώραξ. Imum etiam ventriculum ſignificant, præter ὄυσρον LXX11. πλόγες, μυαὶ Judæorum Byzantinorum, & *muletta* N. Lyrani ad hunc locum. Hæc nobis confirmant Galenus in Lexico Hippocratico, in ſuo Catholico Heſychius, atque etiam M. Etymologus. Quoniam tamen Joſephus non ſacram victimam, non Num. c. 18. 18. ſed videtur Deut. c. 18. 3. & opus lanionis domeſtici reſpexiſſe, χελώνιον etiam alio ſignificatu donabimus; quo reſpondeat Hebraico Maſoretarum הלחיים, aut illi Samaritarum & הלחם, necnon LXX11. Doctorum σιαγόνια, Onceloſi לוזא, Syri פכרה, & Samaritarum לחדה & الحبين. Quod ſic præſtamus. χελώνη, χῆλαι & κελύνια Heſychio interprete; & in eodem theſauro literaturæ Græcæ, χηλαί, γνάθοι. Namque forcipes ſunt utræque; ſunt & labia χηλαί, & Æolice χέλλαι. Accedit & collegium Judæorum Alexandrinorum de Moyſe jam diſceſſuro, δεῖ ἐρθάρησαν τὰ χελύνια αὐτῷ, ut ex editione Complutenſi & Manuſcripto Carolino legimus, *neque corruptæ ſunt malæ ejus, neque collapſus eſt genarum honos.* ולא נם לחח aut ולחז; ſicut נסס Chaldæorum, Arabumque ناس *ἐταράχθη*, mutatus eſt, languit. Aut quia ſynagogæ Samariticæ Judaicæque retinent לחדה, mallem interpretari colon iſtud hunc in modum, *nondumque evanuerat decor vultus ejus.* לחדה etenim *forma eximia, venuſtas, oris pulchritudo*, quam Moyſes profecto admirabilem tulerat & pene Divinam. Ita Grammatici Æthiopum gentis haud pulcherrimæ nos docent. Onceloſus tale quid ob animum habuit. ולא שנא זו יקרה ראפיה *neque immutatus fuit ſplendor eximius oris ejus*; atque Interpres Jeroſolymitanus ולא אשתנן זיהון דאפי. Adhuc de χελύνιον & χελώνιον Interpres Syrus, ولم يتقبض قصبهم *necdum genæ illæ rugas ſenſerant.* Et MS. καὶ χελωνιῶν καὶ βασιλίσκης ولا ينقبض عارضيه, i. e. οὐδὲ ἐρρύηκεσθαι αἱ σιαγόνες αὐτοῦ. Idem ſane didicerat à Rabbinis S. Hieronymus, *neque dentes illius moti ſunt, aut exciderant*, i. e. *aufugerant*, ipſis verbis Uzielidis ולא נתרון ניבי לסתיה. Quippe illi leniendo Catachreſin Hebraicam ſic verterant, potius quam ולא נם לחדה, *atque nondum maxilla*, ὀδοντοφόρος, *eum deſtituerat.* Perperam itaque χελωνίον Bibliorum Græcorum *labium* interpretantur & alii, & animalium Sacrorum Deſcriptor mille aliis major. Cum Chaldæo iſto faciunt Seldeni Arabs ولا ينسبخ وجهه, *vultus ejus non decidit*, i. e. genæ illi haud ſubſiderant, ut vetulæ ſolent: vel potius ولا تشبخ وجهه, *nihilque ſenile viſum in ore illo*; quomodo legit G. Homeidides in Chronicorum tomo priore: tum etiam Gregorius Nyſſæ antiſtes de Moyſe maximo, καὶ ἡ δυλείας ταύτης καὶ ἐπιεργον γνώρισμα φησὶν ὁ λόγος, τὸ μήτε ὀφθαλμὸν ἀμαυρωθῆναι, μήτε σφῶτον ἀλαθαρῶσαι. Inſuper in Commentario vetere *Peſicta Zutratha*, ולא נם לחדה כי קרן עור פניי שלא נשתנה ארמורת פניו מדמורת שהיתה מהר סיני עריין כאילו חי *Moyſi haud evanuit unquam ſplendor venerandumque illud vultus decus, quo à monte Sinæo dudum deſcenderat.* Atqui præ his omnibus audiendus eſt Philo, Philoſophiæ Judaicæ caput, p. 832. Ἀπὸ δὲ τῶν ἔξω τὸ βωμῷ θυομένων ἕνεκα κρεωφαγίας, (quid diſertius? quid Joſepho utilius?) τρία φησὶ παραπλήσια τῷ ἱερεῖ δίδοσθαι, βραχίονα καὶ σιαγόνα καὶ τὸ καλούμενον ὄυσρον. τὸ δὲ ὄυσρον ἔκφυσις, aut poſthæc melius φύσις κοιλίας ἐστίν. Omaſum enim intelliges; non omentum. Illa autem gratia ſuæ Fabiolæ Latine olim interpretatus eſt S. Hieronymus Epiſtola 128. *Hæc de victimis, & iis quæ offeruntur in altari, & quæ Sacerdotibus dantur à Domino. Cætera & alia tria, exceptis primitiis hoſtiarum, & de privato & de macello publico, ubi non religio, ſed victus neceſſitas eſt, Sacerdotibus membra tribuuntur, brachium, maxilla, & venter. In brachio opera bona intelliguntur. Maxilla eloquentem eruditumque ſignificat. Venter receptaculum ciborum in ſcorto Madianitide ſacerdotali pugione confixus, univerſos hominum labores & momentanea blandimenta gulæ, ſtercoris fimo* (פרש) *condemnat.* Huc etiam adponenda exiſtimavi paucula placita Doctorum verborum ex Talmude Babylonio, Cholin f. 131, & 132. אחר השוחט לאכילת אדם או לאכילת גוים או לאכילת כלבים או לרמואה חייב כמתנורת, *Munuſculis, quæ vocant, tenetur omnis mactatus, cibus ſit Iſraelitæ aut Ethnici, ſit σκύβαλον, ſitve φάγεμακον.* Obligantur & ſodalitia menſæve communes illis donis, f. 136. ובחמת השותפים חייבת שנ' זובחי הזבח: legis enim in Lege, καὶ τὸ θυόντων τὰ θύματα. Et f. 132 חכהנים פטורים מן המתנות שנ' מאת העם מאת זובחי זבח והלוים הם ספק אם הם בכלל העם לפיכך אין נוטלין מהם *Sacerdos ſacerdoti non ſolvit. Ambiguum vero an Levitas & λαῷ complectatur etiam Levitas. Quare & hi liberi ſunto à Mattanoth.* ותכתנות עצמן אסורין לישראל לאוכלן אלא כרשות כהן *Idiota veſcitor τοῖς θύμασι ad menſam Sacerdotis.* Sacerdoti tamen licet, (f. 130.) ut res minime ſacras Ethnico iſta vendere, vel dono rurſum Iſraelitæ reddere, vel denique canibus objicere. Deinde ad hanc cœnam *μάλα κοινὴν* admittitur fœmina quævis Hieratica, ejuſque gratia conjux Laicus: והכהנת אוכלת הכתנות אינם שהיא נושאת לישראל מפני שאין בהן קדושת ולא עור אלא שהבעל אוכל מתנורת בגללה. מקום שאין בו כהן מעלח המתנורת ברמים f. 134 ואוכלן מפני הפסר כהן ויתן הרמים לכל כהן שירצה *Cæterum ubi Sacerdotem nullum habeat vicinia, ſatis eſt donis recte æſtimatis pretium eorum, ut ferat occaſio, cuilibet iſtius ordinis perſolvere.* Belle autem conſentiunt cum expoſitione myſtica Hieronymi, quam ſupra diſtrinximus, verba Joſuæ Gemariſtæ *Cholin* f. 134. דורשי חמורות היו אומרים חזרוע מנגר היר שנ' ויקח רומח בידו ומחיים כנגד תפילת שנ' ויעמוד פנחס ויתפלל וקברת כמשמעה שנ' ואת האשה אל קבתה. Difficilium atque inſignium Commatum S. Scripturæ Explanatores (iidem enim in Peſicta zutratha appellantur f. 76. d, דורשי רשומות, quales profecto ab Eſdra Criticorum Sacrorum *Alpha* per omne ævum audivit Eccleſia Judaica) brachium & quidem dextrum dari volunt Clero Hebraico, quod nobiliſſimus Zelota Num. c. 25. 7. *pugionem manu arripuerat.* Dein malas, ſymbolum orationis: dicit enim hymnus ſacer, *Et oratum ſurgente Phineaſo.* Poſtremo de ventriculo, ex litera ſacra facile conſtat v. 8. *Madianitida quidem Lazarides confoderat* בקבתה. Sic ergo meruit Phineaſus, Phariſæis probantibus ex v. 13. Tertiam vero illarum partium, quas Patres Miſnici ματζώνοι χειρὸς, & ματτανώτ, τὰ δῶρα, eximie appellarunt propter verba Oraculi, Deut. c. 18. 3. Καὶ αὕτη ἡ κρίσις (munus debitum, משפט) τῶν ἱερέων τὰ θύματα τοῦ λαοῦ, מאת העם ולא מאת הכהנים, ſicut explicant priſci Doctores ſive Amoræi, & præ cæteris Rabba collega Abæi, qui propter conjugem ſuam ex hieratica gente oriundam, *munuſcula illa ſacerdotalia* מתנורת כהונה etiam diu poſt excidium Templi alterius ſibi vendicarat, *Cholin* f. 132. Tertiam inquam καὶ τὸ βραχίονα τὸ δεξιὸν τοῦ θύματος Joſephus clare expreſſit pro Moſaico הזרוע: ut inter *carnes privati laris*, ὡς τοῖς κοινοῖς בחולין, idem membrum ſignificet הזרוע quod in S. victimis במוקדשין Num c. 18. 18. שוק הימין armus dexter. Quod ipſum etiam adfirmant Scholaſtici Babylonii ex priſca traditione, f. 134 b. *Cholin*, תנו רבנן הזרוע זרה וזרוע ימין. Modulum autem hujus munuſculi habes in Maſſicta *Cholin* c. 10. §. 4. Judas enim armum ſine pedibus voluit intelligi, Patrum alii (quorum ſententia in morem abiit) crus totum, ut in oblatione Naziræi Num. c. 6 זרוע בשלה & in pacificorum שוק הימין Num. c 18. Dein לחי ſeu *malas*, iidem ad curculionem extendunt עד פיקה של גרגרת. Judæi Babylonii etiam *linguam* addunt, atque inſuper noſter Hieronymus ad Mal. c. 2. 3. Quinimo Phariſæi per totum caput 10. *Cholin* ea differunt, quæ ad Flavium illuſtrandum faciunt: pauca nunc adferam. Tria illa הזרוע והלחיים והקבה Deut. c. 18. 3. Sacerdotibus de carne domeſtica, aut propter vitium aliquod ab altari redempta, aut quorum primogenitura haud conſtat, (hoſtiæ enim ſacræ ſanæque ſolverat Iſraelita שוק וחזה, quod Joſephus in-

pectuſculum, armumque pecoris dextrum. Atque hanc quidem Moyſes rerum abundantiam ſacerdotibus conſtituit, præter ea quæ ex victimis pro populo piacularibus illis obveniunt, prout in libro proxime præcedente declaravimus. Ex iis autem omnibus, quæ ſacerdotibus tribuere ſolenne eſt, ut famuli, filiæ, & uxores participarent, edixit; hoſtiis exceptis, quæ pro peccatis offeruntur. illas enim ſoli è ſacerdotum *familia* maſculi eodem die in templo abſumunt.

Poſthæc Iſraëlitis tranſitum negat Rex Idumæus, πατζικὴν ἔδρᾳν ζωπυρῶν. Num c. 20. Dent. c. 2. & ſuſe Philo p. 639.

ς'. Hæc autem cum Moyſes poſt ſeditionem conſtituiſſet, caſtra movens cum omnibus copiis & exercitu ad Idumææ limites pervenit: ac, miſſis ad regem Idumæorum legatis, petebat, ut per ſuos fines eum ire pateretur, † obſides etiam quoſcunque accipere libuerit daturum pollicens, ſe ab omni injuria & maleficio temperaturos; præterea forum rerum venalium ſuis exhiberi *poſcebat*, perſoluturus & aquæ pretium, ſi rex ita juberet. Ille vero, cum ea, de quibus Moyſes legationem miſerat, ſibi diſplicerent, noluit iter concedere, ſed cum armatis copiis Moyſi obviam occurrit, eos prohibiturus ſi ſe invito tranſire conarentur. Moyſes itaque (nam ei oraculum ſciſcitanti auctor erat Deus ne pugnam auſpicaretur) exercitum ſubduxit, circuitu per deſertum iter facturus.

καὶ τὸ δεξιὸν βραχίονα τοῦ θύματος. [h] καὶ τοῖς μὲν ἱερεῦσι Μωϋσῆς τοσαῦτα, [i] πάρεξ ὧν καὶ ὑπὲρ ἁμαρτημάτων θύων ὁ λαὸς δίδωσιν αὐτοῖς, ὡς ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ δεδηλώκαμεν, δύσμορον ἐπενόησε. πάντων γὰρ [k] τῶν τοῖς ἱερεῦσι τελουμένων κοινωνεῖν διέταξε καὶ τὰς οἰκετικὰς, καὶ θυγατέρας καὶ γυναῖκας· [l] ἔξω τῶν ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἀποφερομένων θυσιῶν. ταύτας γὰρ [m] ἐν τῷ ἱερῷ μόνοι δαπανῶσιν οἱ ἄρρενες τῶν ἱερέων [n] αὐθημερόν.

ε'. Ὡς δὲ ταῦτα μετὰ τὴν στάσιν Μωϋσῆς διέταξεν, ἄρας μετὰ πάσης τῆς στρατιᾶς ἦλθε τοὺς τῆς Ἰδουμαίας ὅρους ἤλθε. καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα [o] τῶν Ἰδουμαίων πέμψας, ἠξίου [p] δίοδον αὐτῷ [q] παρασχεῖν, καὶ ἐγγύας, ἃς αὐτὸς ἐθέλοι λαβεῖν ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἀδικηθήσεσθαι, δώσειν ὁμολογῶν· ἀγορᾶν τε τῷ στρατῷ χορηγήσειν, [r] κἂν τιμὴν τοῦ ὕδατος αὐτοῖς κελεύσῃ καταβαλεῖν. ὁ δ' οἷς ἐπρεσβεύσαντο Μωϋσῆς οὐκ ἀρεσκόμενος, οὐδὲ συγχωρῶν τὴν ὁδὸν, ἔνοπλον τὴν στρατιὰν ἀγαγὼν [s] προσπήξαι τῷ Μωϋσῇ, κωλύσων αὐτὸς εἰ τολμήσειαν βίᾳ περαιοῦσθαι. καὶ Μωϋσῆς· [t] ἄρχειν γὰρ μάχης ὐ συνεβούλευσεν ὁ Θεὸς χρωμένῳ· τὴν δύναμιν ὑπανῆγε, διὰ τῆς ἐρήμου [v] ἐκπερίων.

ς'. Τέ-

terpretatus fuit σῆθος καὶ κοιλία τὸν δεξιὸν l. 3. c. 9. §. 2.) largiri tenentur, aut pretium horum, Judæi proſelytique nati intra Palæſtinam extrave, Templo ſtante aut ſubruto, בפני הבית ושלא בפני הבית, ſic Deuterotæ. Vide etiam Gemariſtas à f. 130. *Cholin*, & *Samag* præcepto 142. Subjiciam enim ſyllabum redituum jure Divino & pacto Salario, מלח ופרט בכורות בכלל, Sacerdotibus conceſſorum capitulis XXIV. prout eum certa & antiquiſſima traditione acceperant Hias bar Rab, Chaſdas, aliique Doctores Gemarici, *Baba cama* f. 110. & *Cholin* f. 133. b. Maimon. *Jad* f. 442. initio *Biccurim*. Videbis autem ipſe, ut ſapis, Philonem egregie de his diſſertantem titulo, περὶ τῶν ἱερέων γέρας.

1. בשר חטאות הבהמה וחטאות העוף. Victimæ pro peccatis. Lev. c. 26. 25.
2. בשר האשם בין תלוי בין ודאי. Hoſtiæ pro delictis. Lev. c. 7. 1, 6. Quinque autem numerantur, נזילות מעילות שפחה חרופה נזיר מצורע.
3. זבחי שלמי הציבור. Pacifica Eccleſiæ. Lev. c. 23. 19.
4. לוג שמן של מצורע. Oleum leproſi purgandi. Lev. c. 14. 10.
5. מותר העומר. Reſiduum manipuli Paſchalis. Lev. c. 23. 10.
6. שתי הלחם. Par panum Pentecoſtalium. Lev. c. 23. 27.
7. לחם הפנים. Panes propoſitionis. Lev. c. 24. 9.
8. שאור מנחות ישראל. Pacificorum privatorum quod reſtaret. Lev. c. 6. 16.

Octo iſta in Sanctuario Sacerdotes jus erat comeſſe, nomine ἁγιώτατα, קדשי קדשים, quod eſt, לפנים מחומרת העורה, Maimonide interprete, aut locutione Talmudi לפנים מן הקלעים, *Zebach.* c. 12.

9. עורות העולות ועורות הקדשים. Pelles hoſtiarum, *Sanctiſſimarum* quidem ex mente Maimonidis, aut *Sanctarum* in Gemara.
10. חזה ושוק של שלמים. Pacificorum pectus armuſque dexter. Lev. c. 7. 31, 34.
11. המורים מן התורה. Oblata ἐπὶ θυσίᾳ ἐξομολογήσεως. Lev. c. 7. 12, 14.
12. המורים מאיל נזיר. Oblata cum ariete Naziræi. Num. c. 6. 17, 20.
13. בכור בהמה טהורה. Brutorum non immundorum primogenita. Num. c. 18. 15.
14. הככורים. Frugum primitiæ. Num. c. 18. 13.

Quinque hæc, aut ex Talmudicorum placito iſthæc quatuor, עורות קדשים מורים מתורה ואיל נזיר הבכורה והביכורים: quippe hi contendunt חזה ושוק incluſa capitibus III. & V. ut *minoris ſanctitatis*, קדשים קלים. Tot intra muros Solymarum conſumebantur: ſed decem alia ubilibet Terræ Sanctæ, בגבולין.

15. התרומה *Truma* major. Num. c. 18. 12.
16. תרומת מעשר. Decimæ decimarum Leviticarum. Num. c. 18. 28.
17. החלה. Libum de pane pinſendo. Num. c. 15. 20.
18. ראשית הגז. Vellera prima. Deut. c. 18. 4.
19. שדה אחוזה. Fundus dedicatus Deo, neque ante annum Jobelæum redemtus. Lev. c. 26. 16, 21.

Verum hæc duo habebantur ὡς κοινὰ, חולין ולא קדש: petenda tamen, inſtar trium ſuperiorum, ex ſolo Iſraelis. Quinque autem, quæ ſequuntur, ubique orbis terrarum Sacerdotibus ſuis perſolvebant Judæi.

20. החרמים, & ſtylo doctorum שדה חרמים. Ἀναθέματος, præſertim ager devotus & ἀναπόλητος. Num. c. 18. 14. & Lev. c. 27. 28.
21. גול הגר. Raptum ab extraneo. Num. c. 5. 8. & Lev. c. 6. 5.
22. המתנות. Tributum ex macello. Num. c. 18. 3.
23. פדיון הבן. Λύτρον filii primogeniti. Num. c. 18. 15.
24. פדיון פטר חמור. Primogenitum aſini redemtum. Ex. c. 34. 20. Num. c. 18.

In hoc ſenſu capitula 14, 15, 16, 17, & 19. fœminas familiaſque hieraticas rerum uſu fructuque admiſerunt. Tam ſplendide itaque vixerant Sacerdotes alterius Teſtamenti, & more principum. BERN. *Ariſtophani, aliiſque λύονσιν*. HUDS. Hæc tria Hebræis ſunt זרוע, ולחיים, קיבה, *brachium*, (vel armus dexter) *venter* & *maxillæ*, quæ ex animantibus profanis & in uſum culinæ mactatis dantur. At חזה ושוק *pectus* & *crus* ſacerdotibus dantur ex ſacrificiis ſalutaribus. Hæc Latinus interpres non ſatis diſtinxit. REL.

g Χειλώσιον] Χειλώσιον, σῆθος, quod pectora animantium tumeant velut cortex teſtudinis, vel ſuis coſtis compingantur ut lyra chordis. Quoniam vero *Joſephus* videtur reſpexiſſe potius ad *Deut.* c. 18. v. 3. quam ad *Num.* c. 15. v. 18. licet Χελύνιον interpretari *maxillas*. nam *Heſychio* χειλὼ, χεῖλος, καὶ μέρος τῆς ἱερείας, atque iterum χηλὴ, γνάθος. itemque LXX. *Deut.* c. 34. v. 7. οὐδὶ ἐφθάρη τὰ χελύνια αὐτῆς, *neque corruptæ ſunt malæ ejus*. BERN. & HUDS.

h Καὶ τοῖς μὲν] Hæc omnia uſque ad δίδωσιν αὐτοῖς deſunt *Coll. Voſſ.* ſequentibus adſcripſerat *Coccejus*, lege πάρεξ ὧν ὑπὲρ. *Vet. ex his, quæ pro peccatis populus ſacrificans præbet.* HAV.

i Πάρεξ ὧν] Ita (inquit *Bern.*) ex *Epiphanio* expreſſi. Prius erat παρείξων ᾧ ὑπὲρ ἁμαρτ. & in *Vat.* παρείξων ὑπὲρ ἁμ. & in *Big.* παρείξων ᾧ ὑπ. Sed in *Samb.* πάρεξ ὧν ὑπὲρ ἁμ. HUDS. MS. παρὲξ ὧν ὑπὲρ ex his quæ pro peccatis ſacrificans populus dat. REL.

k Τῶν τοῖς ἱερεῦσι] Illud τῶν ſupplevimus ex *Samb. Hen. Busb.* & *Vet. Interpr.*

l Ἔξω τῶν] Nam ſacrificia piacularia erant ſanctiſſima קדשי קדשים. REL.

m Ἐν τῷ ἱερῷ] Et quidem ἐν τῷ ἔνδον ἱερῷ, id eſt in atrio magno, בעזרה. REL.

n Αὐθημερόν.] i. e. uſque ad proximum mane. Dies enim & nox ſequens erat tempus eorum comeſtioni deſtinatum. REL.

o Τῶν Ἰδουμαίων] Ἰδουμαίας *Vat.*

p Δίοδον αὐτῷ] Ita *Big. Samb. Vat. Hen.* (*Coll. Voſſ.*) & *Busb.* ſic & mox inferius, in *reliquis* ᾗ ὁδόν. eſt qui conjecerat τὴν ὁδόν.

q Παρασχεῖν, καὶ ἐγγύας,] Παρασχεῖν πίστεις, ἃς *Big. Samb. Vat.* & forte *Epiphan.*

† *Obſides etiam*] *Cautiones quas ipſe vellet accipere* juxta *Vet. Interpr.*

r Κἂν τιμὴν] Καὶ τιμὴν ᾧ ὕδατι αὐτοὺς ὠνήσασθαι καταβαλεῖν *Big.* & *Samb.* καὶ τιμὴν τ. ὕ. αὐτοὺς ὠνήσασθαι καταβαλεῖν juxta *Vet. Interp.* χορηγῆσαι, τιμὴν τ. ὕ. αὐτοὺς κελεύσειε *Vat.*

s Προσπήξαι] Αὐτῆς χώρας δ' ὁ βασιλεὺς μὴ τραπῆναι σὺν πλήθεσι τῷ Μωϋσῇ *Zonaras.* τῷ Μωϋσῇ omiſit *Vet. Interpr.* HUDS. Cum codice *Big.* facit *Coll. Voſſ.* cui adſcriptus erat ille Theocriti locus in Dioſcuris verſu 62.

Δαιμόνι', ἐπεὶ ἂν ᾧ γε πιεῖν ὕδατος σύ γε δοίης;

t Ἄρχειν γὰρ] Ἀρχὴν *Vat.*

v Ἐκπερίων] Ita *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) & huc *Epiphanius* conve-

ς'. Τότε δὴ καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ [x] Μαριάμμην τελευτὴν τοῦ βίου καταλαμβάνει, πεσαρακοστὸν ἔτους πεπληρωκυῖαν ἀφ' ἧς τὴν Αἴγυπτον κατέλιπε, μηνὸς ἕβδομον Ξανθικοῦ νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην. θάπτουσι δ' αὐτὴν δημοσίᾳ πολυτελῶς ὑπέρ τινος ὄρους, ὃ καλοῦσι [y] Σίν· καὶ πενθήσαντες [z] ὅλας τριάκοντα ἡμέρας τὸν λαὸν ἐκάθηρε Μωϋσῆς τούτῳ τῷ τρόπῳ. μόσχον [a] θήλειαν, ἀρότου μὲν καὶ γεωργίας ἄπορον, [b] ὁλόκληρον ἕβδομον ξανθικὸν πᾶσαν, μικρὸν ἄποθεν ἐκ στρατοπέδου προαγαγὼν [c] εἰς χωρίον καθαρώτατον, ὁ ἀρχιερεὺς ἔθυσέ τε, καὶ ἐξ αἵματος ἑπτάκις ἔρρανε τῷ δακτύλῳ [d] ἀντικρὺς τοῦ σκηνῆς τοῦ Θεοῦ· ἔπειτα καιομένης ὡς εἶχεν ὅλης τῆς [e] δαμαλίδος, σὺν τῇ δορᾷ καὶ τοῖς ἐντὸς ξύλον κέδρινον εἰς μέσον ἐμβάλλουσι τὸ πῦρ, καὶ ὕσσωπον, καὶ φοινικοῦν ἔριον. σωαγαγὼν δ' αὐτῆς ἅπασαν τὴν τέφραν ἁγνὸς ἀνὴρ, κατατίθησιν εἰς χωρίον καθαρώτατον. τὰς [f] ἂν ὑπὸ νεκρῷ μεμιασμένας, τῆς τέφρας ὀλίγον [g] εἰς πηγὴν ἐνιέντες καὶ ὕσσωπον, [h] βαπτίσαντές τε καὶ τῆς τέφρας ταύτης εἰς

6. Eo etiam tempore Mariamma ejus soror diem obiit supremum, anno quadragesimo completo ex quo Ægyptum reliquerat, [1] mensis Xanthici neomenia secundum lunam. Eam autem, magnifico funere elatam, sumptu publico sepeliverunt, super quodam [2] monte qui Sin appellatur; populumque, cum ipsam per triginta dies luxissent, Moyses hoc modo lustravit. Juvencam; inter arandum quidem agrumque colendum nunquam jugo subditam, totam vero integro corpore rubeam, paulum extra castra educens pontifex, in loco purissimo eam immolavit; ejusque sanguinem septies digito aspersit, Dei versus Tabernaculum: deinde, solida juvenca ita ut procubuit cum pelle ac intestinis ardente, lignum cedrinum medium in ignem injiciunt, simulque hyssopum & lanam coccineam. Hujus autem cinerem universum homo purus colligit, & in locum mundissimum reponit. Paulum itaque hujus cineris in fontem immittentes cum hyssopi ramulo, ejusdemque cineris aliquantulum in aquam immergentes, à mortuo pollutos die tertia

Anno Exodi XL. *sororem suam Mariammam amisit Moyses.*

Ritus Vaccæ Lustralis. Num. c. 19.

venit, *iter faciens*, nec non ea *Zonaræ*, καὶ αὐτὸς ἀφ' ἑσπέρας ἐχώρει, μὴ δέχειν μάχης συμβουλεύοντος θεοῦ. at ὀκτωκαίδεκα peragrando in *Bas.* & *G.* haud male. ὀκταιδεκὰ *Big.* ὀκτωκαίδεκα *Vat.* est (*Tar.*) qui conjicit ὀκτωκαίδεκα.

x Μαριάμμην] Μαριάμμη *Big. Samb.* & *Zonaras*, propius ad מרים aut מרימה. Sic autem Drungarius, τότε καὶ μαριάμμη τέθνηκε ἡ μωσέως ἀδελφὴ, μὴ πεσαρακοστὸν ἔτος ἐκ τῆς ἐξ αἰγύπτου ἐξόδου. BERN. Ita *Big. Samb.* & *Zonar.* nec aliter p. 100. v. 12. Μαριάμνη *Vat. Bas.* & *G.* HUDS. Ita flexit nomen Mirjam; atque ita Rufinus legit in libris de bello, ubi in Græco nunc Μαριάμμη est. MN deprehendo & in aliis nominibus usurpatum a Græcis scriptoribus, uti nostro; Δαθάμης pro Dathan in codd. MSStis Μαριάμμη & Μαριάμνη permutantur. REL.

1. *Mensis Xanthici*] *Anno Exodi* XL. *ineunte sororem suam Mariammam amisit Legislator, novilunio Nisan seu mensis Xanthici, die primo anni Hebræi, si Josephi codices Græcos & Excerpta Nicephori sequamur; aut decimo, si Latinos: quem adeo diem decimum nota nigra* צום *adpungunt Judæorum Calendaria Hebraice Arabice ve descripta, in Astronomia sua Arabica Masudius, nec non Seder Olam Rabba, Megillath Taanith, aliaque Chronica Rabbinorum. Veruntamen Eutychius Patricii filius Georgiusque Homeidi, Chronographi Alexandrini, in diem sextum Nisan seu Pharmuthi Sibyllæ hujus* (*videl.* onathanem & *S. Hieron. ad Mich. c.* 6. 4. & *Moysen Ex. c.* 15. 20.) *obitum referunt, inque ætatis annum* CXXVII. *Deinde Mariammam sepelit Ecclesia Hebraica, Stathmum jam* 33. *nacti, modo splendido meritoque apud montem Sin* (*per Sade, ut monet Hieronymus scriba Christianus*) *Judææ australi imminentem, Num. c.* 20. 1. *Jos. c.* 15. 3. *Num. c.* 34. 3, 4. *Hunc locum appellat Moyses libris suis quarto quintoque tanquam montibus asperum, τὸν ἴγνημον σὶν,* מדבר צן; *alioque nomine & ille & Davides* ψ. κη'. τὸν ἴγνημον κάδες, *Num. c.* 33. 36. מדבר צן הוא קדש, & *c.* 27. 14 & *Deut. c.* 32. 51. הם מי מריבת קדש מדבר צן. Cades *vero audit* Recemus & *apud Philonem in Lexidio S. & Josephum hunc, Onceloſum, Saadiam, aliosque multos Judæorum Syrorumque*; Petraque *eadem in Gentium scriptis. Suadet hoc & nomen* Sin: *quippe* صبان & صوان Sawan & Seian, *πέτρα dialecto Arabum, & populis Æthiopum* צון Savane, Arx. *Vel denique* Sin, *cacumen illud in finibus Idumæis subjacensque desertum abs hoc magnifico funere nomen tulit.* ציון *equidem* סיני & סיניא *monumentum & præsertim ἐπιτάφιον denotat. Posthæc populum luctu τριακοντασημέρῳ pollutum rufa bove lustrat Legumlator. Celebrant insuper discipuli Josis Talmudi codice* Taanith *f.* 9. *præ cæteris pastoribus bonis altoribusque Israelis* (פרנסים שובים לישראל) *maxime hos tres, Moysen & Aaronem & Mariam; quorum meritis per eremum* (*sic volunt*) *à Deo conferebantur Cibus Manna, Nubes tutelaris, atque Aqua sequax,* באר וינען ומן. *Inde moriente Maria defecit aqua, Num. c.* 20. 1, 2. *De his autem dicitur Zach. c.* 11. 8. אחכיד אתנ' הרועים בירח אחר: *diem licet obierit Maria in mense Nisan, Aaron in Ab, & in Adar Moyses: Quoniam, exponente Ris Lacis, cum Moyse norissimo fratrum tria dona supradicta omnino expiraverant. Scholastici equidem Judæorum & Hieronymo nostro eandem exegesin suggesserant. Ait enim iste ad Zach. c.* 11. 8. Tres pastores, qui in uno mense succisi sunt, Moyses videlicet & Aaron & Maria. Quorum Maria in mense primo, qui vocatur Nisan, mortua est in deserto Sin: & in eodem loco propter Aquam Contradictionis eodemque mense Moyses & Aaron condemnati sunt, ne terram repromissionis intrarent. Atque ita factum est, ut è tribus pastoribus, alius præsenti morte succideretur, alii sententia mortis futuræ. BERN. *Mensis Xanthici luna prima* reddit *Gelen.* Et quidem (ut inquit Cl. *Seldenus*, lib. de *Judæorum* anno Civ. c. 20) recte satis, si juxta *Thucydidis* neomeniæ Lunaris notionem *Josephus* sit intelligendus &c. In quibusdam *Vet. Interpr.* exemplaribus, *Xanthici m. initio secunda luna*, ut & *decimo die X. m. initio secunda luna.* at in plerisque, *decimo die X. m. initio secundum lunam.* Legerat itaque (ut ait *Bern.*) in suis Codicibus *Epiphan.* μηνὸς ἕβδομον ξανθικοῦ δεκάτῃ, *vel* δεκάτῃ ἡμέρᾳ κατὰ σελήνην. *i. e.* Xo die mensis Xanthici, à prima face facieque lunæ visæ supputandi, velut *Hebræo* fas erat: non à synodo vera luminarium; multo minus ab initio fixo mensis & ad rationes solis definito, ut anno *Macedonico* ac *Juliano* observatum. Vel scriptum fuit olim, δεκάτῃ ἧ ξανθικοῦ μηνὸς ἀπὸ νουμηνίας κατὰ σελήνην. Quinetiam חדש & primum diem mensis & mensem totum denotare, ex sacris literis omnes sciunt. *Decimo die X. m. luna secunda* in *Epit. Cant.* Sed *P. Comestor* habet *in initio m. X. qui & Nisan. secundam lunam.*

y Σίν·] Ex צין σεὶν, *Bas.* & *Gen.* haud male, ut distingueretur à סין. σὶν quatuor MSS. Josephi, nec non S. Biblia in manibus Græcorum: nisi quod aliquando tam in his perperam legatur σινὰ & σενὰ typo locali, quem literatores vocant, quam in Chronicis G. Syncelli Cedrenique, pro recto nomine σὶν. BERN. Ita in quatuor *MSS.* nec non in *Bibliis Gr.* nisi quod aliquando tam in his quam in *Cedreno* & *Syncello* perperam legatur Σινὰ & Σενὰ pro Σίν. Ex צין Σεὶν *Bas. G.* & *Vat.* haud male, ut distingueretur à סין.

2 *Monte qui Sin appellatur;*] *Ita exemplaria excusa scriptaque omnia, præter typos* Col. & Froben. *His autem expressum*, qui vocatur Hor, *operis oscitantibus. Veruntamen unde, obsecro, factum quod apud S. Ambrosium mansione* 33. *hæc legantur* Epiphanianis *verbis simillima aut potius eadem:* Hæc Maria diem suum obivit. Quod Josephus quoque describit, dicens: Tunc itaque sororem ejus Mariam finis vitæ accepit, cum XL. complesset annum ex quo Ægyptum dereliquit: sepelieruntque eam publice nimis splendide. BERN.

z Ἐπὶ τριακοντὰ ἡμέρας] Illud ἐπὶ non agnoscit *Vat.*

a Θήλειαν,] Θελείαν *Bas.* & *Gen.* Paulo post ὁλόκληρον καὶ ξανθὴν, hoc maluit ingenium *Tar. Big.* Dein *Samb.* ἄπωθεν, more Poetarum. Mox *Bas.* & *Gen.* ἔρριναν. BERN.

b Ὁλόκληρον] Est (*Tar.*) qui malit ὁλόκληρον καὶ ξανθὴν.

c Εἰς χωρίον καθαρώτατον,] Stante Templo mons olivifer is locus fuit & χωρίον καθαρώτατον ubi vacca rufa cremabatur. Supra lib. III. cap 10. eodem loquendi modo utitur scribens hircum, socium emissarii ἐν τοῖς βασείοις comburi, εἰς καθαρώτατον χωρίον. REL.

d Ἀντικρὺς] Ἀντικρυς *Bas.* & *Gen.* Hoc, aut potius ἀντικρὺ ς Phrynicho Atticismi æstimatori severo extra carmen placuisse video. ἀντικρὺ *Samb.* cum Johanne Laborioso aliisque Grammaticis. BERN. Ἀντικρὺ *Vat. aliique.* Hujusce ritus (præter *Moysen* in *Num.* 19.) meminit & *Philo*, p. 848. Huc præterea alludunt S. *Paulus* & *Barnabas* in *Epp.* ad *Hebræos*: hic c. 8. ille c. 13.

e Δαμαλίδος,] *Bas. Gen.* & melior manus *Sambuci.* Ita καθ' ὑπερθεσμὸν à δαμάλη venit ἐλαφὸς, δαμαλίδος, פרה; ut αἴξ καλὸς abs αἰγκάλη. Moveri tamen malo accentum in priora, δάμαλις, δαμαλίδος & δαμάλεως duplici genitivo Attico. Rursus à δαμάλη formatum est δάμαλις absque diminutione, pastoribus Græcis & Æolibus valde volentibus; sicut à κιθάρα κίθαρις, ἄκρα ἄκρις ab ἄκρη. Cæterum *Big. Busb. Hen.* & correctior cod. *Samb.* δαμάλεως hoc loci restituunt. BERN. Aut δαμαλίδος, aut cum *Codd. MSS.* (*Big. Coll. Voss.*) δαμάλεως malit *Bern.*

f Οὓς ἀπὸ νεκρῷ] Illud ἂν non agnoscit *Vat.* Locum hoc modo legendum vertendumque censet *Bonfrerius* ad *Num.* c. 19. τοὺς ἂν ἀπὸ νεκρῷ μεμιασμένους, τῆς τέφρας ὀλίγον εἰς πηγὴν ἐνιέντες, καὶ ὕσσωπον βαπτίσαντες, ἔρραναν &c. *igitur à cadavere pollutos, cineris paululum in fontem immittentes, & hyssopum intingentes, adspergebant die tertia & septima.* totum illud τε καὶ τῆς τέφρας ταύτης εἰς πηγὴν in textum irrepsisse existimans. Vide *Lorinum* in *Num.* p. 701.

g Εἰς πηγὴν] Num & hic, uti mox, montem olivisserum intelligit? Certe Talmudici partem cinerum vaccæ rufæ in hoc monte asservatam fuisse volunt. Malim credere locum alium purum innuere voluisse Josephum. REL.

h Βαπτίσαντες] Nil jam valet conjectura *Tar. Big.* βαπτισάντες ᾧ καὶ τὴν τέφρας. BERN.

i Καὶ

tia & ſeptima *puri aliqui* conſpergebant: & ſic pro mundis in poſterum habebantur. Atque hoc ipſum, cum in terram ſorte poſſidendam devenirent, ſervari præcepit.

πηγὴν, ἔῤῥαινον τρίτῃ τε καὶ ἑβδόμῃ τῶν ἡμερῶν · [i] καθαροὶ τὸ λοιπὸν ἦσαν. τοῦτο δὲ κατελθοῦσιν εἰς τὴν κληρουχίαν προσέταξε ποιεῖν.

Aaron in culmine montis Hori, ſpectante populo, cum ſtola Pontificia vitam ſimul exuit. Num. c. 20. & c. 33. Deut. c. 10. & c. 32.

7. Poſtquam vero exercitus, ſororem *ejus* lugendo funeſtus, hoc modo luſtratus erat, eum cum copiis omnibus duxit *Moyſes* per ſolitudinem & Arabiam. Cumque veniſſet ad locum, quem Arabes metropolim ſuam putarunt, (qui prius quidem Arce nominatus eſt, nunc vero Petra appellatur) illic, cum *locus* circundaretur monte excel-

ζ. Μετὰ δὲ τὴν ὀλίγῃ τῷ πένθει τῆς ἀδελφῆς τὸ στρατηγοῦ κάθαρσιν τοιαύτῃ χρωμένῃ, ἀπῆγε τὴν δύναμιν διὰ τῆς ἐρήμου καὶ τῆς Ἀραβίας. [k] ἐλθὼν δὲ εἰς χωρίον ὃ μητρόπολιν αὐτῶν Ἄραβες νενομίκασι, πρότερον μὲν [l] Ἀρκὴν λεγομένην, Πέτραν δὲ νῦν ὀνομαζομένην · ἐνταῦθα, ὑψηλοῦ περιέχοντος ὄρους αὐτὸ, ἀνα-

βὰς

i Καὶ καθαροὶ] Καὶ periit *Big. Samb.* & *Vat.* nec agnoſcit *Vet. Interpr.* qui ſupra legiſſe videtur *οἱ ὧν ἀ. ν. μεμιασμένοι, hi ergo qui morte polluti erant* &c. perperam ſane, cum ex *S. Literis* conſtet, vel *pontificem* vel *alium aliquem purum* pollutos conſperſiſſe.

k Ἐλθὼν δ' εἰς] Ἐλθὼν εἰς *Samb.* Statim vitio Typorum *Baſ.* & *Gen. νενομικασι.* BERN.

l Ἀρκὴν λεγομένην,] Ἀρκὼ *Samb.* Quanquam *ἀγραίους* ac *ἀγραίας*, quorum Arabum meminerunt aliquoties Geographi veteres, Eratoſthenes, Dionyſius, Strabo, Plinius, Ptolemæus, aliique, ab حجر *hagar* tanquam *rupium* incolas traxiſſe pro certo habeam, vix ab הגר parente altera Iſmaelis; nollem tamen heic loci reſcribi eo prætextu cum viris optimis A. Boſio & L. Capello *ἀγρὼν*, i. e. חגרא vel חגרת. Subeſt autem facilior correctio, (ſatis enim diſcrepant inter ſe elementa γ & κ, quicquid virorum doctorum plerique ſecus arbitrentur,) *ἀσὸ τοῦ ῥακέμου* vel *ἀσὸ τοῦ ῥακέμου*, aut *ῥακέμου*, aut *ῥικάμου*, aut ob ה emphaſin *ἀῤῥικέμου*, à *ſilice* accepta olim nomenclatura, vel à Regulo Arabum *Recemo* Num. c. 31. 8. & Joſ. c. 13. 21. quod Joſepho inferius probatum c. 7. §. 1. hujus libri. Sicut *συρίαν* Ptolemæi l. 5. c. 17. à צור Quinqueviro, & ab חור *Ura* Plinii l. 5. c. 24. imo Euſebio ipſa Idumæa ſeu Gebalena, unde montem *Seir*, *Gebal* appellat Syrus Arabſque, *ἡ ἀμφὶ τὸν πέτραν* nuncupatur. Petram enim Arabiæ Saxoſæ Metropolin (ut Joſephus, Procopius, aliique laudant) omnibus fere S. Bibliorum interpretibus רקם *Recam* & *Recem* vocari Chaldæis, Syris, Arabicis, 2 Reg. c. 14. 7. fidem, ſeu veram ſeu Judaicam. Samaritanam, aut Mohammedicam profeſſis, ſuperius monuimus. Cæterum nobile illud emporium, & mercium Syriacarum, Ægyptiarum, atque Punicarum umbilicus, *πέτρα* ſcriptoribus Græcis, Syris רקם, Hebræis vatibus הסלע (ut Eſaiæ c. 42. 11. & 2 Reg. c. 14. 7.) & ipſis Arabibus الحجر *Hagar*, à multa rupe, quæ locum ambit, *ὑψηλῶν περιεχόντων ὄρους αὐτὸ*, quod jam ait Joſephus poſt Strabonem Geographum ſibi valde dilectum. Hic autem l. XVI. utiliſſimi operis, *Μητρόπολις δὲ τούτων ἐστὶν ἡ πέτρα καλουμένη. κεῖται γὰρ ἐπὶ χωρίου τινὸς ἄλλως ὀμαλοῦ καὶ ἐπιπέδου, κύκλῳ δὲ πέτρα φερομένη· τὰ μὲν ἐντὸς κρημνῶν ἀπόλυμα, τὰ δ' ἐκτὸς πηγὰς ἀφθόνους ἔχοντα εἴς τε ὑδρείαν καὶ κηπείαν. χωρεῖ δὲ ἡμέρα μὲν ἡ πλείστη, καὶ μάλιστα ἡσθεὶς ἰνδαίαν. ταύτῃ δὲ καὶ ἰσχυόντων ἐστὶ τριῶν ἢ τεττάρων ὁδὸς ἡμερῶν εἰς ἐλαχίστην εἰς δὲ φοινικῶνα πίπτει.* Plinius etiam, qui Strabonis illa eadem ob oculos verſaverat, Naturæ l. 6. c 28. *Deinde Nabathæi oppidum incolunt Petram nomine in convalle, paulo minus* II. M. *paſſuum amplitudine, circumdatum montibus inacceſſis, amne interfluente. Abeſt à Gaza, oppido litteris noſtri,* DC. M. Immodico numero, ut Scribæ audent; nam hic Plinius vel ab Elana tantum CL. M. paſſuum Gazam removet. Hæc eſt illa *μεγάλη πέτρα ἡ ἐπὶ τῆς ἀραβίας* Joſephi l. 6. quam Amaſias Idumææ domitor denotavit novo nomine *ἰεκθοὴλ* יקתאל. Puto enim כרך ſeu *Crac* Guilielmi Tyrii & Brocardi, eſſe potius *κορύφην* Ptolemæi quam *πέτρα*; & ſitus idem ſuadet. Edriſius etiam & Ebn Haucel in *Arabiæ Hagagia* في الحجاج Climate tertio الحجر *ἴσχει* urbem ponunt, nobilem ſatis familia atque colymbethra Thamudi ثمود, (*Θαμυδηνοὶ* gens ea Diodoro Ptolemæoque;) & excelſis undique montibus circumdatam, qui الاثالب *ἀθάλιβα* ſeu *ῥωγάδες* appellantur, eo quod eminus conjuncti, prope cernentibus diſtincti adpareant. Diſtat hic locus, ait Illuſtriſſimus Abulfedas, à جهة الشام dimidio tantum diurni itineris. Nam *Syriæ Palmyrenæ ſolitudines uſque ad Petram urbem pertinere*, Plinius in grandi opere affirmavit l. 5. c. 24. nec non memorat Xiphilinus ex Dione Palmam ſive בלעם Syriæ principem hanc regionem occupaſſe, *τὴν ἀραβίαν τὴν ἀπὸ τῆς πέτρας* p. 344. Huic Claudius in Geographumenis dat long. 66. 45. lat. 30. 20'. Abulfedas long. eidem 67. 30'. lat. 28. 30'. Præterea Euſebius in Topographia ſacra hunc locum Joſephi valde juvat, ubi ait, Πέτρα, (ſic cod. MS. *πόλις ἐν γῇ ἰδοὺμ τῆς ἀραβίας· ἣν τινες ἐπικλήδην ἰεκθαὴλ, ἢ καὶ ῥεκὲμ παρ' ἀσσυρίοις ὀνομάζεσθαι*). *Petra civitas*, Hieronymo interprete, *Arabiæ in terra Edom, quæ cognominata eſt Jecthael*, (2 Reg. c. 14. 7.) *& à Syris* (ἀπὸ τοῦ σύρου utrumque dicere licet, & hoc & alterum,) *Recem dicitur*. Alibi etiam amicus ille Pamphili, Ῥεκὲμ, *αὕτη ἐστὶ πέτρα, πόλις τῆς ἀραβίας, ἣν ἰδουμαίαν ἔχουσιν ὀνείλον οἱ ἀπὸ ἰσραὴλ. λέγεται δὲ αὐτὸς καὶ βασιλεὺς μαδιὰμ.* Hieron. *Recem, hæc eſt Petra, civitas Arabiæ, in qua regnavit Recan.* Num. c. 31. 8. & Joſ. c. 13. 21. *ῥοκὰν* vulgares libri, meliores *ῥοκὲμ*. Unde Epiphanius de peſte Melchiſedeciana, *οἱ μὲν τῇ ἀραβίᾳ τῇ πετραίων ῥοκόμ τι καλουμένῃ.* Sicut mox in hoc libro fatebitur Joſephus urbe Recema præclarius nihil reperiri in Arabia Petræa. Rurſum vero Euſebius, Κάδης, *ἔνθα ἡ πηγὴ τοῦ κρίσεως. καὶ κάδης βορεινὴ, ἔρημος ἐν δεκατεσσαρσὶ πέτραις πόλεως τῆς παλαισίνης* (ita & Suidas. Valde autem ambiguus eſt Diodorus de hac Petra, l. 3. p. 176. Quinvero *πέτρα πόλις νῦν τῆς τρίτης παλαισίνης*, inquit Hermolaus in compendio Geographiæ Byzantinæ, quod ſub imperio Chriſtiano fecerat;) *ἔνθα ἀναβαίνοντα ἐπιδείξαι μαρίαμ, καὶ μωσῆς ἔβρασε πατάξας τῷ πέτρᾳ, καὶ ὕδωρ πολὺ ἀνέσχε διψῶντι τῷ λαῷ. καὶ δείκνυται εἰς ἔτι νῦν* (atque multos poſt annos multi viderunt illud pulchræ vatis monumentum) *τὸ μνῆμα τῆς μαρίας αὐτόθι.* Hoc itidem repetam verbis Latinis S. Hieronymi; *Cades ubi fons eſt judicii: & Cades Barne in deſerto, quæ conjungitur civitati Petræ in Arabia. Ibi occubuit Maria, & Moyſes rupe percuſſa aquam ſitienti populo dedit. Monſtratur ibidem uſque in præſentem diem ſepulchrum Mariæ.* Hæc ille. Credo equidem *Petram* inter rupium aſpera, quod Geographi Græci Arabiique demirantur, irriguam factam, amœnam, Aretharum قبت الحارث & mille regum ſedem felicem, ex quo Hori vicini montis latus (quippe cacumen ejus immobile & perpetuum decus effert in cœlos, primi maximique Hebræorum Sacerdotis ſepulchrum) Divina virga caſtigavit eliquavitque Moyſes, Num. c. 20. 11. ac per tot ſecula ſub Aarone bibiſſe Arabiæ dominos. Namque Euſebius & Hieronymus, Geographiæ ſacræ principes, aperte teſtantur, *Ὡς ὄρος ἐν ᾧ τελευτᾷ ἀαρὼν, πλησίον πέτρας ῥοκὲμ· ἐν ᾧ καὶ εἰς ἔτι νῦν δείκνυται* (ſed & hi prono pede peregraverant loca ſacra) *ὑπὲρ ἐπὶ μωυσέως ῥαδσαι πέτρα.* Or, *mons in quo mortuus eſt Aaron, juxta civitatem Petram. Ubi uſque ad præſentem diem oſtenditur rupes, quæ percuſſa Moyſes aquas populo dedit.* Pro *Horo* poſuit Uzielides montem אומנם *Omanos*, عمان: haud recte, nec tamen peſſime. Nam, ut Plinius demonſtrat, *à Petra incoluere Omani ad Characem uſque. Uræus* etiam ex recentioribus Judæis teſtatur in libello de Cippis ſuorum Doctorum monſtrari adhuc, הר ההר קבור אהרן הכהן בכיורה סגורה ועשו עליה כיפה נאה והולכים שם היהודים להשתחות ומתפללין על קברו ואין מונע אותם והישמעאלים תופסין אותו בטהרה וכבכור גדול. Sepulchrum Aaronis illuſtri fornice adornatum, & tam Mohammedanorum quam frequentia Judæorum viſentium celebratum. Adjunge his Hieronymum noſtrum, *Triceſima quarta manſio quam plerique interpretantur lumen*, [*ſic Philo fecerat in Onomaſtico ſacro*, Ωρ, φῶς, *ex libro Numerorum*,] *nec errarent, ſi per Aleph literam ſcriberetur*, ut אור. *Alii pellem*; *& ipſi verum dicerent, ſi eſſet Ain poſitum*, puta עור. *Nonnulli foramen: quod poſſet accipi, ſi Eth haberet elementum*, quaſi חור. *Cum autem legatur per He, magis mons intelligitur: & legi poteſt*, Aſcendit Aaron Sacerdos in montis montem, *quod eſt Hebraice* אל הר ההר el hor hahar, i. e. *in verticem ejus. Moritur autem eo anno, quo novus populus repromiſſionis terram intraturus erat in extremis finibus terræ Idumææ.* Quamvis autem cum beato Moyſe, qui bis terque hoc adfirmat, omnis hiſtoria in Horo periiſſe fratrem ejus conſentiat; in Deuteronomio tamen lectum eſt tam Helleniſtis quam vernaculis Judæis per quam multa ſecula c. 10. *Καὶ ὑμεῖς ἐσπάρητε ἐν βηρωθ ὑῶν ἰακὶμ μισαδαὴ:* quomodo Euſebius etiam acceperat. Ait enim, *μισαδαὴ ὑῶν ἰακεὶμ* (ita MS.) *τόπῳ ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ἔνθα ἐτελεύτησεν ἀαρὼν, Miſaida*, Hieronymo interprete, *locus in ſolitudine in quo obiit Aaron.* Aut potius *μασερὼθ*, i. e. *vinculum* ſeu *diſciplina*, ſicut Complutenſes ediderant, & Hieronymus interpretatus fuerat in Numerorum propriis, ubi addit, *Maſeroth*, (LXX. *μασιρὼθ*, quomodo & Samaritæ pronuntiare ſolent) *quod in noſtris codicibus* Mazuroth *legitur: vel hoc corriges ex Maſoretis* מוסרות Moſeroth. Pergit Moyſes, *ἐκεῖ ἀπέθανεν ἀαρὼν, καὶ ἐτάφη ἐκεῖ.* מנאצרת בני יעקן מוסרה שם מת אהרן ויקבר שם *V. L. ex Beroth filiorum Jacan in Moſera, ubi Aaron mortuus & ſepultus eſt*: confuſis aut inverſis ſtationibus XXVII. XXVIII. & XXIV. ut nulla arte Doctorum Judæorum, noſtrorum adhuc nulla ſolvi & commode explicari poſſint. Sin vero veteris & Moſaici characteris codices ſequamur, quos ævo longo cultores Hargarizin lotis manibus verſant, redditis denuo verſubus duobus (ſicut olim ſcribebant) ſtatim fluent omnia ſine obſtaculo, quod amant Moſaica, plana ac perſpicua. Modum illum vide Deut. c. 10. 6.

ובני ישראל נסעו ממסרות ויחנו בבני יעקן . .
משם נסעו ויחנו הגרגרת משם נסעו . . ויחנו
ביטבתת ארץ נחלי מים משם נסעו . .
ויחנו בעברנה משם נסעו ויחנו בעציון גבר . .
משם נסעו . . ויחנו במדבר צן הוא קרש משם נסעו . .
ויחנו בהר ההר . . וימת שם אהרן ויקבר שם . .
ויכהן אלעזר בנו תחתיו.

Fi-

ἐας Ααρὼν [m] ἐπ' αὐτὸ, Μωϋσέως αὐτῷ δεδηλωκότος ὅτι μέλλοι τελευτᾶν, ἅπαντος τοῦ στρατεύματος ὁρῶντος, κάπειτα γὰρ ἦν τὸ χωρίον, ἀποδύεται τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν, καὶ παραδοὺς αὐτὴν Ελεαζάρῳ τῷ παιδὶ, περὶ ὃν ἀφῆκε τὴν ἡλικίαν ἡ ἀρχιερωσύνη [n] παραγίνεται, θνήσκει δὲ πλήθους εἰς αὐτὸν ἀφορῶντος· τῷ μὲν αὐτῷ πεντήκοντα ἔτει, ᾧ καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀπέβαλε, βιοὺς ἔτη τὰ πάντα τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἀποθνήσκει δὲ κατὰ σελήνην νουμηνίαν, μηνὸς ὄντος [o] παρὰ μὲν Αθηναίοις Εκατομβαιῶνος καλουμένου, [p] Λῶος δὲ παρὰ Μακεδόσιν, [q] Αββὰ δὲ παρ' Εβραίοις.

so, Aaron in verticem *quendam* aſcendens (præmonitus à Moyſe quod moriturus eſſet) in conſpectu totius exercitus (è regione enim locus erat * *ubi conſtiterunt*) ſtolam pontificalem exuit, ipſamque tradens Eleazaro filio, ad quem ætatis prærogativa pertinebat ſacerdotium, vita decedit, populo inſpectante: moriens quidem eo ipſo anno, quo ſororem amiſit, cumque annos centum compleſſet & viginti tres. Dies autem obitus incidit in menſis initium ſecundum lunam, qui Athenienſibus quidem Hecatombæon dicitur, Macedonibus autem Lous, Hebræis vero Abba.

ΚΕΦ. ε'.

Ως Σιχῶνα καὶ Ωγλω τὰς Αμορραίων βασιλεῖς νικήσας Μωϋσῆς, καὶ τὴν χαλκὰν ἅπασαν αὐτῶν ἀφανίσας, κατεκλήρωσεν αὐτῶν τῇ χώρᾳ δυσὶ φυλαῖς καὶ ἡμισείᾳ τῶν Εβραίων.

CAP. V.

Quomodo Moyſes, victis Sichone & Oge Amorrhæorum regibus, deletiſque eorum copiis, regionem eorum duabus Hebræorum tribubus & dimidiæ in ſortem dedit.

Ενθεν δ' ἐπ' αὐτὸ τοῦ λαοῦ τριακονθήμερον ἄγοντος, [r] ἐπεὶ τοῦτ' ἐλώφησεν, ἀναλαβὼν ἐκεῖθεν Μωϋσῆς τὸ στρατὸν, παρῆν [s] ὅπι παλαμὸν [t] Αρνῶνα· ὃς, ἐκ τῶν [v] Αραβίας ὀρῶν ὁρμώμενος, καὶ διὰ [x] πάσης ἐρήμου [y] ῥέων, εἰς τὴν Ασφαλτῖτιν λίμνην ἐκδίδωσιν, ὁρίζων τήν τε Μωαβῖτιν καὶ [z] Αμωρῖτιν. γῆ

AT cum finitus eſſet luctus, populo eum per triginta dies deplorante, Moyſes, inde cum exercitu proficiſcens, caſtra admovet ad fluvium Arnonem: qui ex Arabiæ montibus ortum ducens, & totam ſolitudinem evagatus, in Aſphaltitin paludem influit, terram Moabitida & Amoritida diſterminans. Tellus autem iſta frugifera eſt, atque ex

Sichon Amorrhæus vetat Iſraelitas fluvium Arnonem transire. Num. c. 21. Deut. c. 2. Joſ. c. 12. & Jud. c. 11. 18, &c.

Filii autem Iſraël profecti ſunt de *Maſeroth*, & caſtrametati ſunt in *Bene Jacan*. Indeque profecti, caſtrametati ſunt in *Gadgad*. Unde moventes, caſtrametati ſunt in *Jetebatha* terram torrentium aquarum. Abhinc diſceſſerunt & venerunt in *Abrone* vel *Aburne*. Inde etiam profecti, caſtra poſuerunt in *Aſiongaber*. Hinc autem moventes, ſiſtunt in deſerto *Sin*, quod eſt *Cades*. Hoc demum relicto, caſtrametati ſunt in *Hor*. Ubi mortuus eſt Aaron, ubi & ſepultus, Eleazaro in Sacerdotium ejus ſuccedente. Paraphraſtæ Sam. qui cætera omnia repetit, בטור טורה כא אזל אזרע, quomodo S. Hieron. etiam explicat ad Stathmos Hebraicos. Interpres Arabicus eadem ſuggerit: وبنو اسرايبل رحلوا من مسبروث * *Jacan* ونزلوا في بني يعقن *Maſiroth* رحلوا ونزلوا في جذجذه * من هناك رحلوا ومن هناك ونزلوا في يطبثه ارض ذات انهار * *Jathatha* هناك رحلوا ونزلوا في عبرنه * من *Abrane* رحلوا ونزلوا في عصيون جبر * من اوشاو غادة هناك رحلوا ونزلوا في بريه صان هي * *San* قدس من هناك رحلوا ونزلوا في جبل هور * ومات هناك هرون ودفن هناك ولم العزر ابنه عوضه. *Hor* vel *Haur*. Ut vero hæc abſolvam. Αρνεμὼ loco ſcripturæ olim viderant in Joſephi ἀλιγραφοις Euſebius Hieronymuſque. Unde in Onomaſticis ſuis referunt ambo, Ἀρκὶμ, *Arcem*, κὴ ἱσοπτον. αὕτη ἐστὶ πέτρα, πόλις ἐπίσημος τῆς παλαιστίνης. Obſecro, quid certius? Necnon Adamantius de eiſdem, *Poſthæc adplicatur ad Pharan Cades*, aut Φαρὰ κάδης, *quod eſt fructificatio ſancta. Inde adplicatur in montem Or, quod interpretatur Montanus*. BERN. Αγαρὰ ab *hagar* malint *A. Boſius* & *L. Capellus*. Subeſt autem facilior correctio, Ρεκεμὼ, aut ob ה emphaſin Αρεκεμὼ, nam apud *Euſebium* de *Locis Hebr.* Πέτρα, ἣ κ. Ρεκὲμ ὀνομάζεται, & Ρεκὲμ, αὕτη ἐστὶ Πέτρα πόλις Αραβίας. In eodem etiam Ἀρκὲμ, κὴ Ἰσοπτον, πόλις τῆς Παλαιστίνης. unde forſan in ſuis *Joſephi ἀλιγραφοις Euſebius Hieronymuſque* Αρκεμὼ habuerint. *Bern.* ad *Joſephum*, hoc in loco. Verum Αρκὴ vel Αρκὴ cum *Cod. Samb.* in *Joſepho* legerat *Steph. Byzant.* atque forſan Αρκὴμ hîc reſcribendum. Vide *Fulleri* Miſcell. l. 3. c. 2. & *Bocharti* Geog. Sacr. l. 1. c. 44 HUDS. רקם Αρκὴμη, vel Αρκέμη, uti nomen hoc urbis Petræ infra cap. 7. ſcribit. REL.

m Επ' αὐτὸ,] Επ' αὐτῷ *Samb.* ibi διδηλοκότος *Baſ.* & *Gen.* BERN.

* *Ubi conſtiterunt*] *Ubi erat populus conſtitutus* in *Vet. Interpr.*

n Παραγίνεται,] Παρεγίνετο, *Tar. Big.* BERN.

o Παρὰ μὲν Αθηναίοις] Τῇ ἁγίᾳ μ. *Vat.*

p Λῶος δὲ παρὰ] Lous, λῶϑ, *Mert. & L. Epiphanius vero (ſic reor) literis Latinis fecerat* Loeus, *à* λῶϑ, *aut* λωϑ *adſcripta* ι, *quod antiquis exemplaribus perpetuum. Inde tot menda noſtrorum codicum.* Locus, *Voſſ.* 1. Locos, *Vig.* Lochis, *Sar. & W.* 2. Lochos, *Col. Frob. W.* 1. *Bodl. & Bal.* Sedebat, *aut* Sedebath, *ex* σεδὲκ ἔ, *an* σαδὲὰ ἔ, *Col. Frob. Bodl. Voſſ* 1. *Mert. & P. Comeſtor.* Sedebach, *W.* 1. *Bal. & Goul.* Sebath, *L. Quod autem ſequitur*, apud Romanos nuncupatur Auguſtus, *Epiphanio quidem deberi ſcias, non Joſepho. Veruntamen in menſem illum Cæſareum protinus incurrunt* Ab *Hebræorum*, *& Athenienſium* Hecatombæon. *Epitom. Cant.* Aaron aſcendens montem, qui Petra dicitur, videntibus cunctis mortuus eſt anno eodem quo & ſoror, cum vixiſſet annis tribus & triginta & centum, ſecunda luna in menſe Auguſto. *Tum Petrus Comeſtor*: Eleazaro Pontificatus acceſſit per ætatem primogenito, per ignem aſſumto. Et mortuus eſt Aaron in monte Hor. In Deuteronomio dicitur Muſera, locus ſepulturæ Aaron: qui uſque hodie monſtratur in montis vertice. Mortuus eſt autem XL anno egreſſionis, cum eſſet CXXIII annorum, eodem anno quo & Maria, menſe quinto, qui & apud Hebræos dicitur Sedebat, apud Romanos Auguſtus, prima die menſis ſecundum lunam. *Similiter Ambroſius, gloria Mediolanenſis Diœceſis, ad Manſionem* 34. In Hor monte Moyſes, verbo Dei Pontificalibus Aaron indumentis nudato, Eleazar filium, cui propter ætatem Pontificatus obveniebat, univerſo vel mirante populo qui ex adverſo ſtabat, protinus veſtivit; ibique Aaron vita functo, *&c.* BERN.

q Αββὰ δὲ] Typographi licet Scribæque omnes ediderant μαιϑοὶ, σαββὰ ἔ: aut σαδὲᾶ ἔ *Big.* & *Samb.* acies tamen tota Criticorum facile ita emendandum clamat, atque nunc emendavimus. Calendas enim Menſis Quinti ſecundum formam novam anni, quibus ſe fratrem cariſſimum amiſiſſe noverat Moyſes, Num. c. 33. 38. primum notare diem menſis אב, aut ex dialecto אבא, aut potius אבה, ابه, i. e. ὀπώρα, *pomorum maturorum utile tempus*, Doctores docent Babylonii *Ros haſana* f. 2, & 3. verbis multis, Uzielides ad Legem, Auctor Megillath Taanith, tot Judæorum Calendaria, Maſudius Aſtronomus, Eutychius & Homeridides in Annalibus, Hieronymus ad Zachariæ vaticinia, alique multi. Nos etiam alibi, tam hunc miſerrimum menſem, quam cæteros Hebraicorum cum faſtis Gentium ex induſtria conciliamus. BERN. Ita poſt alios quamplurimos emendandum cenſuimus, cum antea in *Editis* eſſet Σαββὰ, litera Σ à voce præcedenti attracta. Vide Cl. *Seldenum* de *Succeſſ. in Pontif. Hebr.* l. 1. c. 1. *Jac. Cappellum* in *Hiſt. S. & Exot.* p. 85. *Bochartum* in *Hierozoico*, parte ſecunda, c. 13. p. 424. & *H. Dodwellum* in Diſſert. ſecunda *de Vet. Cyclis*, p. 92. in *Vet. Interpr.* corrupte *Sedebat*, aut *Sedebath* &c. qui præterea inſcite addit è ſuo, *apud Romanos vocatur Auguſtus*, cum in menſem *Julium* incurrant *Ab* Hebræorum & *Hecatombæon* Athenienſium. HUDS. סין Σιναν. Σαδὲᾶ in MS. REL.

r Επεὶ τοῦτ' ἐλώφησεν,] Ita *Big.* & *Samb.* ἐπὶ τοῦτ' ἐλ. in *Editis*, *aliiſque*.

s Επι παλαμὸν] Επὶ τὸ ποτ. *Vat.*

t Αρνῶνα·] *Hen. Busb.* & infra cæteri omnes. Heic vero Ἀρνῶν *Baſ. Gen. Big* & *Samb.* ut in obliquis ſolent οι ο'. Heic ארנון *Arnon* ſcribebatur tam in libris Moyſis, quam in illo *Bellorum Domini*. BERN.

v Αραβίας] Αραβίας ὀρῶν *Samb.* & *Epiph.* ἀρραβίας ὄρων *Baſ.* & *Gen.* αραβίας ὀρων *Big.* Verum flumen illud apud Moyſen dicitur ἐξέχοι ἀπὸ τῶν ὁρίων τῶν ἀμορραίων, היצא מגבול האמרי Num. c. 21. 13. Mox μέσης ſine cauſa ſubſtituit *Tar. Big.* pro πάσης. Dein Αμμοῆτιν *Hen. Busb.* BERN.

x Πάσης ἐρήμου] Eſt qui conjicit μέσης ἐρ.

y Ρέων,] *Coll. Voſſ.* θέων.

z Αμωρῖτιν. [*Al.* Αμμωῆτιν & Αμμοῆτιν.

ex ſe ſatis fructuum ſuppeditat ad alendam hominum multitudinem. Hinc ad Sichonem, illa regione dominantem, miſit legatos Moyſes, oratum ut ſibi liceret per illius fines exercitum traducere, cautionibus, quaſcunque vellet, adhibitis, ut ſibi nihil foret quidquam injuriæ, nec agri ejus detrimenti aliquid caperent, nec qui ſub ejus ditione ſint incolæ: ſeque rerum venalium foro in eorum commodum uſuros, etiamſi & illis aquam addicere & vendere voluerint. Sichon vero, tranſitum negans, *mox* copias ſuas omnes armatas educit; & ſe quammaxime comparabat, ut Hebræos ab Arnone trajiciendo prohiberet.

V. *Juventus Hebraïca, ſimul cum Raguelo, copias Amorrhæas proſternit, eorumque regionem læta occupat.*

2. Moyſes autem, cum animadverſiſſet Amorrhæum hoſtili in ipſos animo eſſe, haud ferendum contemptum ratus eſt: ſecumque ſtatuens Hebræos liberare ab inertia, adeoque ab inopia, propter quam antea in ſeditionem inciderant, & quam tunc difficulter admodum ferebant, conſuluit Deum, an ipſum armis dimicare pateretur. Deo vero *annuente* & victoriam *inſuper* pollicente, magna cum fiducia ad certamen ſe accinxit, militibuſque animos accendit: nunc eos orans atque obſecrans pugnandi cupiditatem explere, præſertim cum Deus illis conceſſerit, ut *tandem* voti fiant compotes. Illi vero, accepta, quam *diu* deſiderarunt, poteſtate, armiſque ſumptis, ad pugnam ineundam properabant. Amorrhæus autem, cum illi ingruerent, non erat amplius ſui ſimilis; ſed & ipſe timore perculſus eſt ad conſpectum Hebræorum, & exercitus ejus, qui ita ſe prius gerebat ut fortiter animatus eſſe videretur, tunc ſe perterritum oſtendit. Primo itaque congreſſui non auſi reſiſtere, impetumve Hebræorum excipere, terga vertunt: hoc modo ſuæ potius ſaluti ſe conſulturos eſſe exiſtimantes, quam prælium committendo. Munitis enim Urbibus plurimum fidebant; quæ illis, in eas vi compulſis, nihil profuerunt. Hebræi namque, ut eos cedere deprehenderunt, ſine mora illis inſtabant: ſolutiſque eorum ordinibus, in formidinem conjiciebant. Et quidem illi, perfracta phalange, fuga ſeſe in urbem recipiebant: Hebræi autem non ſegnes erant & defeſſi in perſequendo. Verum iis, quibus ante fatigati fuerant, perſeverantiam adjicientes, cum eſſent funditores optimi & cujuſcunque è longinquo jaculationis *in primis* periti, *ideoque* propter armaturam leviorem ad inſequendum agiles & expediti, curſu adæquabant hoſtes; & eos, qui longius aufugerant quam ut comprehendi potuerint, fundis & jaculis aſſequebantur. Multa itaque cædes facta eſt, & effugientes vulneribus laborabant. Vexabat autem eos ſitis magis, quam hoſtium aliquis. erat enim æſtatis tempus. Et quamplurimos, deſiderio potus ad fluvium adductos, & quotquot denſis agminibus fugerant, circumſtan-

Celebratur hac victoria Num. c. 21. Deut. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. & c. 29. Joſ. c. 12. & c. 13. Jud. c. 11. Amos. cap. 2. Pſ. 135. & 136. nec non à Philone p. 642.

---

a Ανθρώπων] Ita è *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* in *Editis*, *aliiſque*, ἀνθρώπων ἴσον τοῖς παρ' αὐτοῖς ὤγ.

b Σιχῶνα,] Ita *Baſ.* & *Gen.* & prius Moyſes סיחן סיחון σιχών, ſeu *Sihon*; acuunt enim Maſoretæ ſyllabam ſequiorem. σηχώνα & in recto σηχών paſſim ſcribunt *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* Sic ſcriptum viderat & *Epiphan.* Samaritæ cantillant potius σαιχών: Hieronymus *Sehon* edidit ſua in verſione, Alexandrini σηών. BERN. Ita *Baſ.* & *G.* & prius *Moyſes* Σιχών ſeu *Sihon* acuunt enim *Maſorethæ* ſyllabam ſequiorem. Σηχώνα & in recto Σηχών paſſim *Samb. Big. Hen.* & *Busb.* Σηών & Σηώνα *Vat. Zon.* & LXX.

c Τὸν βατιλέονϑα] Τὸν βατιλέα *Vet. Interpr.* & *Zonar.*

d Ταύτης, [Ταύτας ἧς ἀπ. *Big.*

e Δίοδον αὐτῶν] Ita quinque *MSS. Zonar.* & *Vet. Interpr.* (*Coll. Voſſ.* pro αὐτῶν habet αὐτὸν) in *Editis* διὰ ἑνὸς ἐδὸν ἐφ' ὡς &c.

f Σιχῶν] Σηὼν *Big.* σηχὼν *Samb.* & *Busb.* σηχῶν *Hen.* BERN.

g Ἐκεῖνος.] Sic *Big.* & *Samb.* in *aliis* cum *Editis* ἐκείνου.

h Εθελοιεν.] Εθελοι *Vat.* ἐθελοῖεν *Samb.*

i Διαβαίνειν τὸ Αρνῶνα] Hi ſunt fluvii illi de quibus ſuperius p. 190. lin. 1. REL.

k Εγω·] Εγωκε τὰς *Samb.* & *Epiphan.*

l Αποτημώαντο,] Ita quatuor *MSS. Zonaraſque* ex dialecto *Attica.* in *Editis*, *aliiſque*, ἀποτιμάνατο.

6. Bis quoque die, cum] *Primo. Judæorum quisque mane & vespere Dei Optimi beneficia, præcipue nobilissimum exitum Patrum suorum ab Ægypto, mente grata recolat; adeoque recitet distinctius (ritum enim illum respexit ὁ σωτὴρ Matt. c. 22. 37. atque eundem equidem ritum seculo proximo Josephus) κρείττονι σιμᾷ. Has, inquam, tres periochas Divini Juris, Deut. c. 6. 4, 5, 6, 7, 8, 9. & c. 11. 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21. simulque Num. c. 15. 37, 38, 39, 40, 41. Ab hoc officio incipit opus Misnicum Illustrissimi Judæ, Maimonidisque* Ahaba, *qui est secundus librorum* Iad: *ne allegare alios opus sit de cerimonia isthac Judæorum, quam neque ignis, neque ensis, neque exilium, neque ulla invisæ gentis calamitas adhuc abolere potuit. Secundo. Eadem Dei magnalia, ex Deut. adeo c. 6. v. 4 --- 9. & c. 11. 13 --- 21. transcripta; fas esto ædibus suis adfigere ad postes januarum. Unde ipsæ schedulæ nomen* מזוזות *μεζοζὼθ seu φλιαὶ meruerunt apud Pharisæos,* Menachot *f. 33, 34, 43, 44. &* Ioma *f. 11, & 12, ubi ea late describuntur, veluti & in* Iore Dora *c. 285. & in* Iad *Maimon. c. 5, & 6. περὶ τῶν φυλακτηρίων. Tertio. Idem denique monumentum compactum crede ex schedula una, aut quatuor pro fronte, tot periodorum sacrarum plenis,* קדש לי והיה כי יביאך ה'. שמע. והיה אם שמע. *Exod. c. 13. 2 --- 10. & Exod. c. 13. 11 --- 16. & Deut. c. 6. 5 --- 9. & Deut. c. 11. 14 --- 21. συναπτόλω μὲ, ὃ καὶ ὑπεξαίρετον, & media fronte & lævo brachio Israelita quisque gerat, pretiosissimum omnium ornamentum: quod in Evangelio Dominus noster φυλακτήρια appellat, quasi* sedulo observandæ Legis monita, משכרות, *conservatoria, abs Exodi c. 13. 10.* ושמרת את החוקה הזאת זו חוקת תפלין, *& Deut. c. 6. 12.* השמר לך פן תשכח את יהוה: *velut prisci Doctores interpretantur* Mecilta *f. 8. d. &* Menachot *f. 36. b. Legis autem Interpres optimus & antiquissimus post collegas Alexandrinos Onceloüs, & Pharisæi in corpore Misnarum, & ad sanctissima Evangelia Syrus eadem decora nuncupant* תפלין *τεφιλὶν, sive τὰ προσευκτήρια, quibus sine pius Judæus non orat, tam* תפלין יגל יד *quam* תפלין יגל ראש; *libris vero suis sanctissimus Moyses,* אות יגל יד וטטפות בין עינים, *Ex. c. 13. 9, 16. & Deut. c. 6. 8. & c. 11. 18. quod interpretor* brachialia *&* stalagmia. *Namque* Totaphot *sunt gemmæ stillantes sive pendulæ, planeque* περιφὴ נטפות *Esaiæ perspicacissimi Prophetæ, quales quidem inter ocellos præferre amant nurus Asianæ. Talia crede frontem exornasse nobilissimæ Vatis, nomine Hebraico* טפים tuppim, *&* nocaton נקט *in versionibus Arabicis Samaritarum. Isti etenim in Paraphrasi vernacula* τυπτὶν *reponunt constanter loco Mosaici* τοῦτ' ἔστι. *Ejusmodi fuerant & Arabissarum* نتغات notasaton, *stillæ frontis pretiosæ aut* margaritæ, *aut* נוטי האף *phrasi alia Esaiæ. Dixit itaque haud inconcinne Legislator Hebræus* תנטפות *pro ex verbalibus Hiphil* frontalia, ἄμπυκες: *quomodo interpretatur R. Abuhas vocem difficilem, & Pharisæi certo ipsam acceperant in Masicla* ὡδὶ σαββάτου *c. 6. 1. inter ornamenta sexus pulchrioris. Eadem & ratione Auctor* Tosephot Menachot περιελωπὶς *suggerit pro* טוטפת. *Critici sacri plerique, ut advertit R. Nathan,* diadema *intelligunt ea dictione, & quicquid sincipiti religatur,* חבוש. *Interpretes* LXXII. *perprave* ἀσάλδια *reddidere ex Hebræo, cum potius* ἀσαλδώτια *& motitantia etiam ex versione Hieronymiana, guttas puta inter cilia fluctuantes, virtute* טפף *&* طف *verborum oporteret; sicut* נטפות *καθίσμασι Theodotioni virisque illis* LXXII. *Pessime vero Munsterus Grotiusque ex nuperis Kalbinis vocabulum* Totaphot *interpretantur* conspicilla כראות, *tanquam origine Ægyptiacum. Aquila* ממפורת *vertit τὰ ὀπτικὰ* gestamina, *vel, quod & Syrus in veteribus Bibliis voluit,* insignia, notas. *Hieronymo nostro & Saadiæ Judæorum* منشورة, expansum quid, *& obductum fronti: Auctori* Mecilta, loculi gemmarii; *Esdraidæ,* monilia; *Judæis Hispaniæ,* membranula; *Byzantinis,* schedula; *illis vero Africæ modo τὰ μηνιόστεια* العصابة. *modo* vitta. *Similiter* טוטפת *in Misna exponunt Moyses Maimonides & O. Bartinorius σὺς,* vitta ad aurem utramque pertinens; *neque aliter Davides inter Cimchios. Et diu ante illos Josephus Babylonius & Bona ex Doctoribus Urbis* טוטפת *κάλυπτρα seu* קובטירה, *quod ex altero Græco depravavit ars Rabbinica, &* הרמרתא דקטיפתא, *h. e. κεφαλόδεσμιον, vel forte περίαμμα ἀπὸ μέρους. Jonathas insuper Legis illud verbum* חלדונית, אצינורות *reddidit. Exquisitum enim jam modo existimo, τοὐφὼδ aut* ridimiculum عصابيب, *aut* frontis decora pendula *significare ἀληθῶς καὶ ἐπιτυμως. Lege jam diligenter diligentissimum Scriptorem Moses Maimonis codice* Tephillin, *&* Samag *mandato 22. necnon R. Jacobi τετραστοιχον l. 1. c. 23. &c. unde intelligas forte sacra sua amuleta haud aperuisse unquam nostro Hieronymo Magistros Tiberienses. Sic enim adfirmat vir beatus ad Evangelium Matthæi:* Pharisæi male interpretantes Deut. c. 6. 8. *Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos,* scribunt in membranis Decalogum Mosis, id est, decem verba Legis: complicantes ea & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, ut semper ante oculos moverentur [ὥστε τοὐφὼδ:] quod usque hodie Indi & Persæ & Babylonii faciunt, & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis judicatur. *Et post pauca idem doctissimus Asceta,* Pectoriola ille Decalogi *Phylacteria* vocabant, quod quicunque habuisset ea, quasi ob custodiam & monimentum (*vel* munimentum) sui haberet. Non intelligentibus Pharisæis, quod hæc in corde portanda sint, non in corpore. Alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notitiam Dei non habent. Hoc apud nos superstitiosæ mulierculæ in parvulis Evangeliis & in Crucis ligno, & in istiusmodi rebus, quæ habent quidem zelum Dei, sed non juxta scientiam, usque hodie factitant. *Hæc ille. Quinetiam sacris illis Alexiteriis semet tuentur Talmudici adversus hominum dæmonumque malitiam, atque contra animi sui affectus pravos, quibus equidem nihil mortalibus inimicius.* Beracot *Talm. Jerof. f. 2. d. &* Arba Turim *parte prima c. 37. & Maimon.* Tephillin *c. 5. §. 25.* BERN.

z Ὥρα τρέπεσθαι,] *Tar. B.* ὥρα τρέπει] infeliciter, ut solet. BERN.

a Θυρώμασιν] Hoc est quod præceptum de Mezuza appellari solet. Pharisaico more interpretatur verba Dei Deut. 6. 9. in his enim latere putant legem de מזוזה. REL.

b Εἰς-

τὰ μέγιστα ὧν [b] εὐηργέτησεν αὐτὰς ὁ Θεὸς, [c] ἔν τε βραχίοσιν ἕκαστον ἀμφαίνειν· ὅσα τε τῷ ἰσχυῷ ἀποσημήνειν δυνατὰ ἔστι Θεοῦ καὶ τῷ περὶ αὐτὰς εὔνοιαν, φέρειν ἐγγεγραμμένα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ ἔν βραχίονι· [d] ὡς περίβλεπτον πανταχόθεν τὸ περὶ αὐτὰς σεβάσμιον ἔσται Θεοῦ.

ιδ'. [e] Ἀρχέτωσαν δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν [f] ἄνδρες ἑπτά, οἱ καὶ τῷ ἀρετῷ καὶ τῷ περὶ τὸ δίκαιον σπουδῷ πεφηνηκότες· ἑκάστῃ δὲ φυλῇ [g] δύο ἄνδρες ὑπηρέται διδόσθωσαν ἐκ τῆς [h] τῶν Λευιτῶν φυλῆς. ἐτέσθωσαν δὲ καὶ οἱ δικάζειν λαχόντες τοῖς πόλεσιν [i] ἐν ἁπάσῃ τιμῇ, ὡς μήτε βλασφημεῖν ἐκείνων παρόντων, μήτε θρασύνεσθαί τισιν ἐξεῖ-

fecerit Deus, itidemque in brachiis quisque ostendat: & quæcunque Dei potentiam indicare possunt & *ejus* erga ipsos benevolentiam, fronti & brachio inscripta gerant, ut undique perspicuum sit Dei erga eos studium.

14. Qualibet autem in urbe [1] præsint septem viri, & in virtute & in studio æquitatis exercitati: unicuique autem [2] magistratui tribuantur duo ministri è tribu Levitica. Quin & ii, quibus in civitatibus jus reddere obtigerit, omni in honore habeantur; ut neque liceat ulli illis præsentibus *alicui* maledicere, neque insolentius agere: [3] verecunda eorum re- *Magistratus Judaici basis. Deut.* c. 16. 18.

vc-

b Εὐηργέτησεν] Εὐεργέτησεν soli *Big.* & *Samb.*

c Ἔν τε βραχίοσιν] Sunt qui ex *Exodi* c. 13. v. 9. & 16. & *Deut.* c. 6. v. 8. hoc à *Josepho* (ut & à *Justino* in coll. cum *Tryphone*) deductum esse putant. *Grotius* tamen, *Hieronymum* sequutus, istis locis nihil aliud *Israëlitis* juberi existimat, quam ut beneficia liberationis ex Ægypto & præcepta divinitus data animo infigant; non minus quam quæ memoriæ causa in manibus gerere, aut ob oculos ponere solemus. HUDS. Tephillin innuit, & ἔν βραχίονι, id est, manus sinistræ & frontis, τῆς κεφαλῆς, uti mox loquitur. Hæc Pharisæi gerenda esse hoc modo putant, inter quos Josephus erat. Karæi enim illa ignorant. REL.

d Ὡς περιδλεπτον] Forte desideratur εἶναι. COCC.

e Ἀρχέτωσαν] Ἀρχέτωταν *Big.* (*Cocc.*) *Samb. Vat. Hen.* & *Busb.*

f Ἄνδρες ἑπτά,] Josephus infra hoc ipso capite de deposito agens τοὺς ἑπτὰ κριτὰς *septem Judices* memorat, & ipse narrat se 7 Judices constituisse in singulis urbibus, quæ ipsi erant subjectæ: sed olim quoque fuisse 7 Judices in urbe unaquaque constituendos non legitur in sacris literis; jussit Deus שופטים legere, sed numerus non additur Deuter. 16. 18. REL.

1. *Præsint septem viri,*] *Magistratus Judaici basis Deut.* c. 16. 18. שפטים ושטרים תתן לך בכל שעריך, κριτὰς καὶ γραμματοεισαγωγεῖς καθέστησεις σεαυτῷ ἐν ταῖς πόλεσί σου, ἤτοι ἐν πάσαις ταῖς πύλαις σου. *Is itaque septemviralis* סנהדרין של שבעה (*namque Dii isti* numero impare gaudent; *hoc est*, אין בית דין שקול, *quod toties inculcant Judæorum Scholastici*) *federat per urbes, ut semel iterumque docet Josephus. Verum ille in numero Judicum Civilium,* שופטים *Hebræorum Legum latori*, Sufetis *Pœnis*, δικασταῖς דיינין *tot Professoribus in* Talmudo *juris Mosaici, tot Interpretibus ad* Micra, *falli haud potuit; allectis equidem Scribis binis de tribu Levitide. Huc etiam convenit antiqua* διατύπωσις c. 4. §. 3. περὶ συνεδρίων. In hemicyclio sedebant Patres, coramque eis stabant Scribæ duo, lævus dexterque, collectum suffragia, סנהדרין הירה כחצי גורן עגולי כדי שיהו רואין זה את זה ושני סופרי הדיינין עומדים לפניהם וגו׳. *Hos collegas Amramides forte nuncupat* σοτιείμ שטרים, *atque hoc in capite Flavius* γραμματεῖς, *quod est* Ministri Curiæ, Servientes ad Legem, *aut vocabulo Fori Romani* Officiales. *Onceloſus, Uzielides, Aquila & Theodotio* שטרים *interpretantur* Exactores, Quæstores, ἐκδικασταί, Φουρίνους פורינים, σαρκὶν סרכין, *sive* πραγματικούς. *Jarchius, Maimonides, Judæi Hispanienses, & nonnulli Talmudistarum adhuc vilius intelligunt* Accensos, Lictores, Apparitores, בעלי אגרופים נוגשים, ἤτοι κονδυλιστάς. *Attamen ex usu honesto & necessario* Soterim *Judæi Alexandrini passim vocant* γραμματεῖς, *& in Deuteronomio* (*mirum!*) γραμματοεισαγωγεῖς, *quos* Notarios Clericosque *Fora nostra amant, pauloque laxius* Procuratores ac Causidicos: *Pariter eosdem appellitant* ספרים & ספריא, Scribas *plane, Symmachus ad Proverb.* c. 6. *Paraphrastæ Samaritarum, Syrorumque. Valet enim* σωτὴς *Hebraicum, quantum inter Arabas* سوطر & مسيطر Scriba, *à scribendo* سطر Satara. *Honestius adhuc eundem titulum evehunt interpretando S. Hieronymus* Magistri, *Abenesdras* מושלים Præsides, & Præfecti, *planeque* السطرون: *Tavosus ita* ⵙⵓⵜⵔⴰⵏ, *Judæique ora Africanæ* ⵔⵓⵙⵙ. *Clarissimus Saadias & Interpres Samaritanus* عرفا ὕπαρχοι & *Adsessores. Ex his septem nisi forte tres Collegæ adessent, damni, doli, levissimisve in actionibus nihil quicquam decernebatur. Multæ præterea causæ Judices numero quinque: tum intercalatio anni, & alia quædam plusquam privati commodi, septem Sapientum justam Curiam definitu postulabant. Hoc fatetur celeberrimus Deuterota idemque Præses quondam Synedrii summi Simeon Gamalielis initio Ced.* סנהדרין: *hoc in morem cessit, Maimonide aliisque contestantibus. Idem quoque confirmatur ipsius Simeonis exemplo, qui octavum Sapientum Samuelem Exiguum*, שמואל הקטן, *taxavit temeritatis, quod ultro sese adjunxerat septem Arbitris anni intercalandi, atque ad instar Eldadi extra justum numerum conciliabulo accesserat, T. Jerus.* Synhedrin *f.* 18. *c. Insuper in causis capitis adscisebant sibi septemviri bis septem Adsessores, ut vita Israelitæ postulabat* ברייני נפשות Synh. *c.* 1. 4. *& c.* 4. 33. *& Talm. Jerus. f.* 19. *d. ex Sacerdotibus & Levitis, horumve adfinibus. Unde cum Scribis duobus, qui ex subselliis* XLVI. Candidatorum *sive* Advocatorum *sumebantur* מן שורות של תלמידי חכמים, *emicuit* Curiæ minoris *modus capitibus* XXIII. סנהדרין של כג או סנהדרין קטנה. *Hoc sane pacto Pharisæos nepotesque demum illorum conciliavi cum Josepho Sacerdote de modulo* Curiæ minoris, סנהדרין קטנה. *Id nuper tentavit Grotius, vir alioqui consultissimus juris humani Divinique, nec rem potuit efficere. Seldenus noster, non affectavit quidem, falsi Flavium criminari contentus; ubi stultissimum esset eum Archæologum numerum verum notumque haud posuisse. Atque tandem enarrat Flavius Deut.* c. 17. 8. *de Appellationibus ad* Senatum magnum *Urbis sacræ actu ultimo deferendis, deque causarum arduis Constabat autem venerandum illud Concilium*, סנהדרין הגדולה או בית דין הגדול או בירת דין שבירושלם גזית או בירת דין הגדול במקדש, *T. Jerus.* Synhedrin *f.* 19. *c. & Misna cognominis c.* 10. 2. *& f.* 30. *a. ex Pontifice summo familiæ Aaronicæ, & ex Propheta vice Mosis, qui* Hannasi, *i. e. Præses Japius certiusque volatur in libris Pharisaicis, Misna, Gemarisque ambabus, &c. varius* ראש בירת דין או ראש הישיבה *T. Jerus.* Synhedrin *f.* 18. *c. apud que Divinum Moysen ὁ κριτὴς,* השופט *i. e* Sufes, Ephorus: *atque ex* זקנים *Senatoribus Septuaginta, quos prudentia magis quam ætas provexerat, Num. c.* 11. 16. *& Josephus bis terque in Originibus patriis. Namque,* ὁ τοῦ Ἀσαμωναίου, *aut, Mattathiades,* ὁ, τὸ ἀρχιερατικὸν, καὶ ὁ προφητικὸν, καὶ ἡ ἡγεμονία. *Vel per* Hannabi *intelligit ille ipse ex Deut. c.* 18. 15. *cum sua factionis plurimis, Jesum aliosque Præsides grandis Senatus; vel quemque ex ordine Prophetarum, cui non obedientis ibidem scelus capitale declaratur: quo etiam modo de Pontifices Judicesque* הכוהן והשופט *decretis statutum fuerat Deut. c.* 17. 12. *Sic enim Pharisæi commation ipsud Mosaicum interpretantur aggravantque* Synhedrin *c.* 10. 2. ὁ ἀπειθῶν τοῖς ὑπὸ τῶν ἱερέων βουλῆς ὑπαγορευομένοις. *Quinetiam hac occasione exponit Flavius Ex. c.* 22. 28. אלהים לא תקלל ונשיא בעמך לא תאר, ὡς μὴ βλασφημεῖν *&c. quomodo apud Amantiam eximius Doctor noster Fidei fecerat eodem in Senatu magno Act. c.* 23. 5. ἀρχοντὰ τε λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς, *secutus versionem* τῶν ο'. *aut verbis Severi nostri,* Principem populi non esse increpandum. *Complures autem Patrum illorum conferibebantur ex tribu Levis, qua juris Mosaici studio præ cæteris omnibus ea vacaverat Præterea recte monent Talmudistæ titulo* Synhedrin *c.* 1. 6. *T. B. & Jerus. f.* 18 *b. c. passimque vasti operis, capita* LXXI. *Senatum integrum collegisse. Sæpe enim in isto præsidebat Pontifex maximus: aut si forte in alium aliquem deferretur titulus* Hannasi *&* Hammuphla, *qui est ὁ εὐεργέτης ἡμῶν τόπος, in literis beatissimi Pauli,* Primas *in annotatis Scholasticorum Urbis* Synh. *fol.* 30. *a. ad* יפלא *Mosis Deut. c.* 17. 8. *& in Lexicis Rabbinicis.* מגיד שבכופלא שבבירת דין הכהוב מרבר כופלא הרב והגדול שבכלם. *Interfuit tamen magnus Sacerdos tanti officii gratia, Præsidique vix secundus, Cæsaribus rerum dominis. Namque olim oraculi pectoralis merito Regi proximum locum ac dignitatem sibi vendicaverant Pontifices, & subinde in familia Chasmonæa, Davididis neque renuentibus, plane regnaverant. Ad sacrum hoc Concilium pertinebant causæ publicæ & gravissimæ, ratio belli pacisque, Pseudo-Prophetarum & Idololatrarum flagitia, creatio inferiorum Judicum & correctio, & res similes.* Synhedrin *c.* 1. 5. *& c.* 10. 2, 4. *Quapropter tempore Josephi historici, præter Regum placita, parebant Judæi in causis privatis Curiis urbicis septem Judicum, pluribus in re capitis adsidentibus in portis Templi, vel ubique civitatum Palæstinarum; in publicis vero causis grandi Senatui Urbis apud Ædem Divinam in* Camara perpoliti lapidis, *quæ vocabatur* (*quanquam afflicta res Judæorum nobilissimum illud Concilium à* Solymis *demum in* Jabnam *sive* Iamniam *eduxit:*) *decies septem capitibus, præter Præsidem & Pontificem: siquando hic propter ætatem causamque aliam minus aptus videretur tanto præsidio, quippe* משנה לראש *Vice-Præses, seu* אב בירת דין Comitiorum Pater *recensebatur c numero* τῶ ο'. *sede dextima. Veruntamen* סנהדרין של שלושה, Triumviralis Conventus *de re pecuniaria, rectius* Arbitrium *quam* Curia. (*quod etiam Traditionum Patres indicant* Synhedrin *c.* 31.) *in nulla Josephi æstimatione erat, de quo tam multa Talmudici. Vide Misnam* Synhedrin *c.* 1. §. 6. *de Conciliis legitimis, magno & parvo.* BERN.

ἓ Δύο ἄνδρες ὑπηρέται] Levitæ illi, qui bini singulis apparebant Judicibus, erant ἱερογραμματεῖς. nec alii (ut opinatur *Dodwellus* in *Paræneſi*, p. 23.) à τῷ λαῷ γραμματεῦσι, quorum mentio in *Matth.* 2. 4.

2. *Magistratui tribuantur duo ministri è tribu Levitica.*] *Præfecturis vero singulis* vertit *Seldenus* de *Synedriis Jud.* l. 2. c. 6. §. 4. *Unicuique principatui* &c. habet *Epiphan.*

h Τῶν Λευιτῶν] De ministris ex Levitis eligendis in V. T. non memini legere. Deut. 16. 18. quia שומרים in plurali invenitur, duos minimum, videtur notare. REL.

i Ἐν ἁπάσῃ τιμῇ] *Samb.* ἐν πάσῃ.

3. *Verecunda eorum reverentia*] *Seldenus* (de *Synedr.* l. 2. c. 6.) hoc modo interpretatur, *sic enim fiet, ut assuetis homines revereri*

verentia erga homines in dignitate conſtitutos reddente timidiores, ut Deum contemnere non audeant. Judices autem poteſtatem habeant pronunciandi quicquid iis viſum fuerit, niſi quis eos ad jus corrumpendum pecuniam accepiſſe oſtenderit, aut aliam aliquam cauſam adduxerit, qua eos non recte pronunciaſſe coarguat. haud enim congruum publica facere judicia, aut ad lucrum *privatum* aut ad *alicujus* dignitatem reſpiciendo, ſed æquitatem rebus omnibus præferendo. Nam ſi hoc non egerint, Deus contemni videretur, eiſque infirmior judicari, quibus ob potentiæ metum ſuum adjecerint ſuffragium. nam æquitas eſt potentia Dei. Qui igitur aliquid dignitate præditis indulget, illos facit Deo potentiores. Quod ſi judices de relatis ad eos pronunciare neſciant (talia autem hominibus non raro accidunt) ad urbem Sacram cauſam integram remittant, & convenientes pontifex & propheta & ſenatus etiam id quod ſibi viſum fuerit decernant.

Teſtes adhibendi in foro bonæ famæ, viri duo treſve.

15. [4]Uni autem teſti ne credatur, ſed tribus, aut ut minimum duobus: quorum teſtimonium ratum faciet vita anteacta. At mulierum neſcit teſtimonium, propter levitatem & ſexus earum audaciam. Ac ne ſervi quidem teſtimonium dicant, propter animi ignobilitatem: quos, aut propter lucrum, aut propter metum, vera non teſtari conſentaneum eſt. Quod ſi quis judicetur falſa teſtatus, convictus eadem patiatur, quæ is paſſurus erat, contra quem dictum eſt teſtimonium.

Lex inquiſitionis in cæde clàm patratam. Deut. 21.

16. Si autem [5] cæde facta in agro aliquo, auctor non inveniatur, neque ullus ſuſpectus ſit ex odio interfeciſſe, magna quidem cum diligentia eum quærant, indicii præmiis propoſitis. Cum autem nemo ejuſmodi *quid* indicaverit, magiſtratus oppidorum agro ubi cædes facta eſt vicinorum, & ſenatus congregati, ſpatium à loco ubi mortuus jacet *circumquaque* metiantur. At quod oppidum occiſo proxi-

magiſtratus; eorum religioſiores inde etiam à numinis contemptu longius ſemoti fuerint.

[k] Αὐτῶν δίλαβεςέρους] Αὐτὰς *Hen.* & *Busb.*

[l] Ἀποφήναιτ] *Coll. Big.* ἀποφαίνοιτ.

[m] Εἰ μήτι] Lege εἰ μὴ COCC.

[n] Ενδείξη,] Ενδέιξει *Samb. Hen.* & *Busb.*

[o] Οὔτ' ἀξιώματὶ πρόσηκον φανερὰς] Ita *Baſ.* & *G.* niſi quod mutaverimus προσῆκε in προσῆκον auctoritate *MSS.* (*Coll.* certe *Big.* & *Voſſ.*) in quibus ὅτι ἀξιώματὶ προσῆκον ποιεῖς. Juxta *Vet. Interpr.* ὅτι ἀξιώματὶ προσῆκε ποιεῖν τὰς κρίσεις.

[p] Πρωτείμη] *Al.* προτίνοι.

[q] Τῷ γὰρ Θεῷ ἰσχύς] Τῆς γὰρ Θεῦ ἰσχύος *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

[r] Καὶ τὸ δοκεῖν] Nonnullis abeſt καί. (mavult κᾷ *Coccejus*) & ſatis commode. HUDS. Deut. 17. 9. non niſi Judex & Sacerdotes memorantur. REL.

[s] Η τὸ τελεύταιον δύο.] *Hen.* ἢ τὸ ἔλαττον. Eodem equidem ſenſu cæteri, ſed phraſi ἢ τὸ τελεύταιον. Rurſus *Hen.* ὡς ἔτω ἀσφαλὴς ἡ μαρτυρία, nimium ſibi placens. Statim ἀγροίαν *Baſ.* & *Gen.* BERN.

4. *Uni autem teſti*] *Teſtes autem adhibentor in foro bonæ famæ viri duo treſve Maſſicta* περὶ πληγῶν *c.* 1. (*unicum tamen valuiſſe volunt Talmudici, cauſa Zelotypiæ Num. c.* 5. & *Homicidii occulti Deut. c.* 21.) *non genus leve procaxque fœminæ, non pravum ſervi. Ferto vero teſtis falſus, quod ferre alterum voluit, Deut. c.* 19. 15, 16. & *c.* 17. 6. & *in codice Chriſtiano Matth. c.* 18. 16. *Joh. c.* 8. 17. & *Hebr. c.* 10. 28. *Idem porro urgent Phariſæi* περὶ συνεδρίων *c.* 3. 3, 6. & *c.* 4. 5. & *integro capite* 5. *necnon Miſna* περὶ ὅρκων *c.* 4. 1. & *T. Bab. eodem titulo f.* 30. & *Nezicim codice primo* Samag *Legibus prohibentibus* 213, 214. *ajenteque* 119. *Maimonides* περὶ μαρτυρίων *f.* 742. &c. *Similia tamen aut Hebraicis graviora ex Paulo & Ulpiano, Romanæ juſtitiæ ocellis, adducit in collatione ſua Lic. Rufinus* περὶ τῶν ψευδομαρτυρίων. *Quinvero jampridem è codice Moſaico receperant Ægyptii, ut alia plurima, ita & hanc legem:* Οἱ ψευδῶς τινῶν κατηγορήσαντες, ὤφελον τοῦτο παθεῖν, ὃ τοῖς συκοφαντηθεῖσιν ἐτετάκει πρόσιμον, ὅπερ ἔτυχον καθδικασθέντες. *Denique de ſervorum mulierumque indole ſuſpecta merito vide operis Juſtinianei D. l.* 22. *tit.* 5. & Cod. *l.* 4. *tit.* 20 *de Teſtibus, tum Harmenopuli* τὸ πρόχειρον. *l.* 1. *tit.* 6. & *Phormionem ingenioſiſſimi Afri Act.* 2. *ſc.* 1. 62. BERN.

[t] Γυναικῶν] De ſervorum mulierumque indole ſuſpecta videſis *Juſtinianum*, D. l. 22. tit. 5. & *Cod.* l. 4. tit. 20. *de Teſtibus.*

νας· ἢ πρὸς τὰς ἐν ἀξιώματὶ τῶν ἀνθρώπων αἰδῶς [k] αὐτῶν εὐλαβεςέρας, ὥςε τῷ Θεῷ μὴ καταφρονεῖν, ἀπεργαζομένης. οἱ δὲ δικασταὶ [l] ἀποφαίναντες κύριοι πρὸς τὸ δοξαν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται· πλὴν [m] εἰ μήτι χρήματα λαβόντας τις αὐτὸς ἐπὶ διαφθορᾷ τοῦ δικαίου [n] ἐνδείξηται, ἢ ἄλλην τινὰ αἰτίαν προφέροι, καθ' ἣν ὁ καλῶς ἐλέγχῃ αὐτὸς ἀποφαινόμενος. ὅτε γὰρ κέρδει χαριζόμενος [o] ὅτ' ἀξιώματι προσῆκον φανερὰς ποιεῖν τὰς κρίσεις, ἀλλὰ τὸ δίκαιον ἐπάνω πάντων τιθέμενος. ὁ γὰρ Θεὸς ἂν ὕτως δόξαι καταφρονεῖσθαι, καὶ ἀσθενέςερον ἐκείνων οἷς ἄν τις κατὰ φόβον ἰσχύον [p] προσνείμῃ τιμὴν ψῆφον κεκεῖσθαι. [q] τοῦ γὰρ Θεοῦ ἰσχύς ἐςι τὸ δίκαιον. τοῖς οὖν ἐν ἀξιώμασι τυγχάνουσι καταχαριζόμενός τις, ἐκείνους τοῦ Θεοῦ δυναςωτέρους ποιεῖ. ἂν δ' οἱ δικασταὶ μὴ νοῶσι περὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς προστεταγμένων ἀποφαίνασθαι, συμβαίνῃ δὲ πολλὰ τοιαῦτα τοῖς ἀνθρώποις, ἀκέραιον ἀναπεμπέτωσαν τὴν δίκην εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, καὶ συνελθόντες ὅ, τε ἀρχιερεὺς καὶ ὁ προφήτης καὶ ἡ γερουσία [r] καὶ τὸ δοκοῦν ἀποφαινέσθωσαν.

ιέ. Εἷς δὲ μὴ πιςευέσθω μάρτυς, ἀλλὰ τρεῖς [s] ἢ τὸ τελευταῖον δύο. ὧν τὴν μαρτυρίαν ἀληθῆ ποιήσει τὰ προβεβιωμένα. [t] γυναικῶν δὲ μὴ ἔτω μαρτυρία, διὰ κουφότητα καὶ θρασος τοῦ γένους αὐτῶν. μαρτυρείτωσαν δὲ μήτε δοῦλοι, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγένειαν· ὃς ἢ διὰ κέρδος εἰκὸς ἢ διὰ φόβον μὴ ταληθῆ μαρτυρῆσαι. ἂν δέ τις ψευδῆ [v] μαρτυρήσας πιςευθῇ, παθέτω ταῦτ' ἐλεγχθεὶς, ὅσα ὁ καταμαρτυρηθεὶς πάσχειν ἔμελλεν.

ις'. Αν δὲ πεπληγέναι φόνος ἔν τινι χώρᾳ μὴ [x] εὑρίσκηται ὁ δράσας, μήθ' ὑπονοῆταί τις ὡς διὰ μίσος [y] ἀπεκλονηκώς· ζητείτωσαν μὲν αὐτὸν μὴ πολλῆς σπουδῆς, μᾶλλον δὲ πρόθυμοι. [z] μηδενὸς δὲ τῶν τοιούτων μᾶλλον· αἱ δέκαι τῶν πόλεων τῶν πλησίον τῇ χώρᾳ ἐν ᾗ ὁ φόνος ἐπράχθη, καὶ ἡ γερουσία [a] συνελθόντες, μετρείτωσαν ἀπὸ τοῦ τόπου [b] ὅπου κεῖται ὁ νεκρὸς τὴν χώ-

ρων.

[k] Αὐτῶν δίλαβεςέρους] Αὐτὰς *Hen.* & *Busb.*

[l] Ἀποφήναιτ] *Coll. Big.* ἀποφαίναιτ.

[m] Εἰ μήτι] Lege εἰ μὴ COCC.

[n] Ενδείξη,] Ενδέιξει *Samb. Hen.* & *Busb.*

[o] Οὔτ' ἀξιώματὶ προσῆκον φανερὰς] Ita *Baſ.* & *G.* niſi quod mutaverimus προσῆκε in προσῆκον auctoritate *MSS.* (*Coll.* certe *Big.* & *Voſſ.*) in quibus ὅτι ἀξιώματὶ προσῆκον ποιεῖς. Juxta *Vet. Interpr.* ὅτι ἀξιώματὶ προσῆκε ποιεῖν τὰς κρίσεις.

[p] Προσνείμῃ] *Al.* προτίνοι.

[q] Τῷ γὰρ Θεῷ ἰσχύς] Τῆς γὰρ Θεῦ ἰσχύος *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

[r] Καὶ τὸ δοκεῖν] Nonnullis abeſt καί. (mavult κᾷ *Coccejus*) & ſatis commode. HUDS. Deut. 17. 9. non niſi Judex & Sacerdotes memorantur. REL.

[s] Η τὸ τελεύταιον δύο.] *Hen.* ἢ τὸ ἔλαττον. Eodem equidem ſenſu cæteri, ſed phraſi ἢ τὸ τελεύταιον. Rurſus *Hen.* ὡς ἔτω ἀσφαλὴς ἡ μαρτυρία, nimium ſibi placens. Statim ἀγροίαν *Baſ.* & *Gen.* BERN.

4. *Uni autem teſti*] *Teſtes autem adhibentor in foro bonæ famæ viri duo treſve Maſſicta* περὶ πληγῶν *c.* 1. (*unicum tamen valuiſſe volunt Talmudici, cauſa Zelotypiæ Num. c.* 5. & *Homicidii occulti Deut. c.* 21.) *non genus leve procaxque fœminæ, non pravum ſervi. Ferto vero teſtis falſus, quod ferre alterum voluit, Deut. c.* 19. 15, 16. & *c.* 17. 6. & *in codice Chriſtiano Matth. c.* 18. 16. *Joh. c.* 8. 17. & *Hebr. c.* 10. 28. *Idem porro urgent Phariſæi* περὶ συνεδρίων *c.* 3. 3, 6. & *c.* 4. 5. & *integro capite* 5. *necnon Miſna* περὶ ὅρκων *c.* 4. 1. & *T. Bab. eodem titulo f.* 30. & *Nezicim codice primo* Samag *Legibus prohibentibus* 213, 214. *ajenteque* 119. *Maimonides* περὶ μαρτυρίων *f.* 742. &c. *Similia tamen aut Hebraicis graviora ex Paulo & Ulpiano, Romanæ juſtitiæ ocellis, adducit in collatione ſua Lic. Rufinus* περὶ τῶν ψευδομαρτυρίων. *Quinvero jampridem è codice Moſaico receperant Ægyptii, ut alia plurima, ita & hanc legem:* Οἱ ψευδῶς τινῶν κατηγορήσαντες, ὤφελον τοῦτο παθεῖν, ὃ τοῖς συκοφαντηθεῖσιν ἐτετάκει πρόσιμον, ὅπερ ἔτυχον καθδικασθέντες. *Denique de ſervorum mulierumque indole ſuſpecta merito vide operis Juſtinianei D. l.* 22. *tit.* 5. & Cod. *l.* 4. *tit.* 20 *de Teſtibus, tum Harmenopuli* τὸ πρόχειρον. *l.* 1. *tit.* 6. & *Phormionem ingenioſiſſimi Afri Act.* 2. *ſc.* 1. 62. BERN.

[t] Γυναικῶν] De ſervorum mulierumque indole ſuſpecta videſis *Juſtinianum*, D. l. 22. tit. 5. & *Cod.* l. 4. tit. 20. *de Teſtibus.*

[v] Μαρτυρήσας] μαρτυρέσῃ, παχέτω (*Coll. Big.*) *Busb.* HUDS. Forte πισοθῇ. Vetus, *eſt conjunctus.* Lege *convictus.* COCC.

[x] Εὑρίσκηται] *Al.* εὑρίσκει) & μήθ' ὑπονοεῖ).

[y] Ἀπεκλονηκώς.] Ἀπεκλοιὼς *Vat.* (& *Coce.*) & dein ζητείτω *Busb.*

[z] Μηδενὸς] Μηδενὸς ἧ μᾶλλον in quinque *MSS.* μηδενὸς ἧ τοῦτον μᾶλλον legiſſe videtur *Epiphanius.* HUDS. Lege τοιούτου. COCC.

[a] Συνελθόντες,] Συνελθόσαι *Busb.* & *Hen.*

[b] Ὅπου κεῖται] Ἐν ᾧ κεῖται *Samb.* & *Vat.*

[c] Πλη-

ραν. ἢ δ' ἂν ἡ [a] πλησιεστάτη πόλις, οἱ ἐν αὐτῇ δημόσιοι, περιάμενοι δάμαλιν, καὶ καμίσαντες εἰς φάραγγα καὶ ἀνεπιτήδειον ἄροτρῳ καὶ φυτοῖς χωρίον, τὰς τένοντας κατάτωσαν τῆς βοός· καὶ χέρνιβας ἑλόμενοι ὑπὲρ κεφαλῆς τῆς βοὸς [d] οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λεβῖται καὶ ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, καθαρὰς ἀναδοησαιτωσαν τὰς χεῖρας ἔχειν ἀπὸ τοῦ φόνου, καὶ μήτε δρᾶσαι, μήτε [e] ὁρωμένῳ συμπαρατυχεῖν, ἐπικαλεισθαι δὲ ἵλεω τὸν Θεὸν, καὶ μηκέτι [f] τοιοῦτο δεινὸν συμβῆναι τῇ γῇ παθεῖν.

ιζ'. [g] Ἀριστοκρατία μὲν οὖν κράτιστον καὶ ὁ κατ' αὐτὴν βίος· καὶ [h] μὴ λάθοι παθεῖν ὑμᾶς ἄλλης πολιτείας, ἀλλὰ πάντων φύλαττε, τοὺς νόμους ἔχοντες δεσπότας.

mum fuerit, ejus [1] magiſtratus juvencam, quam emerint, in vallem & locum non commodum aratro & ſtirpibus adducant, boviſque nervos abſcindant: ſumenteſque aquam & *manus lavantes* ſuper caput bovis ſacerdotes & Levitæ & ſenatus illius oppidi, proclament ſe manus puras à cæde habere, neque feciſſe, neque cum fieret adfuiſſe, Deum autem precari *ſibi uſque* propitium *fore*, & ut nullum poſthac tam atrox facinus terræ accidat.

17. [2] Optimatium quidem dominatio & vita ſub ea optima eſt: neve vos capiat alterius inſtitutionis reipublicæ deſiderium, ſed hac contenti eſtote, leges pro dominis habentes, & ex illorum præſcripto omnia *Lex Regis. Deut. 17.*

[a] πλησιαίτατη πόλις,] Ita in quinque *MSS.* (& *Coll. Voſſ.*) in *Editis* πλησιέστατος π. tam ἐγγιέστατος quam πλησιαίτατος uſurpant Attici, & quidem in genere ſequiori.

1. *Magiſtratus juvencam,*] *Al.* cives, & oppidani.

[d] Οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λεβῖται] In ſacro codice non niſi ſacerdotes adfuiſſe leguntur: ſed fraudi forſitan fuit Joſepho, quod legatur Deut. 21. ונגשו הכהנים בני לוי & *accedent ſacerdotes, filii Levi*, ac ſi adjecta copula legeretur ſacerdotes & filii Levi. Sed etiam ex iis, quæ adduntur, eos eleginſe Deum ad benedicendum populo & judicandum de rebus, clarum eſt ſacerdotes intelligi, etiamſi non liqueret ſacerdotes, hic ut alibi ſæpe, appellari filios Levi. REL.

[e] Δρωμένῳ] Sic *Big. Samb. Hen. Busb.* & *Vet. Interpr.* δρωμένων *Baſ. G.* & *Vat.*

[f] Τοιοῦτο δεινὸν] Ita *Baſ.* & *G.* ut vult Atticiſmus. in aliis τοιοῦδε.

[g] Ἀριστοκρατία] Vide *Cauſaub.* ad *Baronium*, p. 369. *Montacutii* Orig. Tom. 2. p. 178. & *Coringium* de *Rep. Hebr.* cap 42.

2 *Optimatium quidem dominatio*] *Vetat rerum Dominus Deut. c. 17. ne Regi Hebræo divitiarum, equorum, præſertim Ægypti terræ ingratæ, uxorumve nimium accedat, Legum & Religionis tuendæ ergo: aut ſi hæc proterve paſſaverit, Numen Æternum vindex erit, v. 20. Phariſæi autem, boni viri, reges ſuos duodeviceſima uxore petulanti equidem licentia vexant, Maſiecta* Synhedrin *c. 2. §. 2. Addit inſuper Flavius, ſicut in Scholiis didicerat Phariſæorum, quibus fama & auctoritas ſub antiquo & linolaneo (Sic volo. Eundem etenim hominem duas ſimul coronas ferre, neutra pars fert Religionis veræ, non Chriſtiana 1 Pet. c. 5. 3. non Moſaica Num. c. 25. 13. ℣. 89. 6. ne. meas Joſephi ἀρχαιολ. l. 13. c. 19. Multo minus admiſit Canon ſacer alienum ex parente meliori in Regnum Hebræum, quamquam Herodis filius contra modum & jus in ipſo apice adulabantur Phariſæorum ſecta* Cidduſim *f. 176 b.* & Jebamot *f. 45. b.*) *Chaſmonæorum principatu ſupra modum creverat, Ariſtocraticorum hajce cupiditas:* Præter ſententiam Pontificis & Senatorum Regem nihil agere, (*tales enim in rebus arduis conſulere Regum prudentia ſemper fuit & voluntas*) luxuriam ejus vitiaque mature eſſe coercenda; in Theſi denique, Unius Dominio, (*quo tamen nihil agnoſcitur in terris, nihil in cœlis antiquius*) longe præſtare Ariſtocratiam. *Nimirum ubi Phariſæi pars eſſe regiminis poſſent, ubi ipſi dominari. Quanquam eodem illo ſeculo inter Judæos celeberrimi axiomatis fide jactaretur*, Sublimiorem haberi Regum ſuorum majeſtatem, quam Senatui magno eos ſubeſſe, aut etiam præeſſe coram deceret, *Maſiecta* סנהדרין *c. 2. 28.* יאמר המלך לא, ולא רגים אותו. *Hoc quidem jus erat, hæc majeſtas ſtirpis Davidicæ, non ſolummodo Regum Iſraelitarum, i. e. Machabæorum, ut nugatur Joſephus Gemariſta f. 19. Cauſam etiam hujus legis dicet Maimonides,* שאסור לחלוק עליו Regi enim omnino reſtragari nefas. *Convenienter & Gemara Solymitana* Synh. *f. 19. d. c. 2. 2. & nomine Jeremiæ Anteceſſoris* ἀκόλουθα ἐκείνοις *f. 295. d. ex* ℣. 17. 2. ולא רגין המלך על שם מלפניך משפטי יצא, Quippe à te, ô Domine, judicium meum prodit, à numine tuo venit. *Addit inſuper Commentator grandis vetuſque Pentateuchi*, Ex hoc allegato R. Jeremiæ ℣ 17. 2. ſatis conſtat, à Deo ſolo judicari Regem, à nemine mortalium, הוי אין בריה רן את המלך אלא הברה". *Quid vero? iſta talia contra Reges haud effutierat Joſephus, ſi recte revocaſſet in mentem, & neglectis novis dogmatibus Hillelis & Sammeæ, reſpexiſſet Davidis ſui Salomoniſque tempora Aurea, Deoque αὐτοκράτορος gratiſſima; vel etiam reliquam Judææ liberæ & florentis imaginem. Plena enim cum poteſtate & παμβασιλείᾳ, qualem unquam Aſia ſenſerat, in rebus non ſacris ſacriſque utramque ſape, ſemper alteram Hebræorum nationem ad Aſſyrios uſque victores rexerunt Davidis nepotes, ut Annales veri Divinique demonſtrant:* 2 *Chron. c. 34. 3. c. 35. 3, 4.* 1 *Reg. c. 2. 27, 31. Eccleſiaſtic. c 8. 4.* 1 *Chron. c. 24. 3.* 2 *Chron. c. 31. 2, 4, 13.* & *c. 30. 2, 4.* & *c. 29. 4, 30.* 1 *Reg. c. 12. 8. Jer. c. 38. 4, 5, 16. c. 26. 19.* 2 *Chron. c. 19 5, 6, 8, 9.* & *c. 26. 32.* 2 *Sam. c. 8. 15.* & *c. 15. 2.* & 1 *Reg. c. 3. 28. Succenſuit autem aliquando ὁ κριτὴς Regem ſibi inſtar Gentium, verius Idola Ludoſque ſacros inſtar Gentium (ut recte perſpexit vetus Auctor* Siphri) *poſtulantibus Hebræis: quoniam per complura ſecula, turbida quidem & infelicia magis quam fauſta, pro diſcrimine Reip. ubi tamen nullum apparet veſtigium Synedrii Magni, quod perpetuum à Synæo monte perſeveraſſe mentiuntur Rabini & Theologi aliqui his meliores; quin nullum etiam poſtea oſtendunt* Chronica Regia: *Duces, Judices, aut Dictatores miris animis & vix humano ſpiritu pollentes ipſe excitaſſet, non habita ratione familiæ cujuſdam tribuſve. Talis enim diſciplina, & Theocratia merito vocatur in S. Literis, & ni ab ingrato vaniſſimoque populo contemni unquam nequit, gratia Dei pluſquam ordinaria ditaſſa. Verumenim in frequentibus illorum temporum ἀναρχίαις degebant populus Hebræus abſque omni magiſtratu, præter Monitores Sacerdotes, & placidum moderamen Patriarcharum* ראשי אבות, Jud. *c. 17. 6. & c. 21. 25. Videbis jam Deut. c. 17. à v. 14.* 1 *Sam. c. 8. 5. & c. 10. 18. Et, ſi pudor ſit ad Muſam Herodoti* περὶ μοναρχίας *recte diſſertantem remitti hominem Chriſtianum, conſules potius Caroli prioris defenſorem Salmaſium, Coringium πολιτικὸν κλέος, doctiſſimum Petitum, necnon Montacutium & Caſaubonum dignos eminentiſſimo Baronio Antagoniſtas; nec præteribit vir vanus Schickardum, Grotium, Seldenumque ab incertis Talmudicorum commentis male omnes ſuſpenſos incertoſque. Verum nos hanc rem præclarius tractabimus, niſi optandum hujus ævi homines ſanctius ſuſpiciant coronata capita & poſt Deum venerentur, in cauſa Herodis audacis & magnanimi juvenis Antiq. l. 14. c. 17. quam in Jannæum imperite transferunt Talmudi an Turris Babyloniæ Conditores,* Synhedrin. *f. 19. a. Attamen de Rege ob luxuriam vapulante, non verbum equidem in Talmudo, Siphri, (ut fallit Batavos Germanoſque ſuos Schickardus,) aliove vetere ſcripto uſquam invenies dictum. Debetur itaque turpe illud commentum laſcivo pecori Rabinis recentibus, præcipue Maimonidi c. 3. de Regibus, & c. 10. de Conciliis, qui* Legum prohibentium *verberi vel corpora Regia ſubjicere eſt auſus, in ſtatu miſero, ἀναρχῳ, diſperſoque malæ gentis tam pædagogice ſæviens pro jure non bono* Synhedrii *jamdiu expuncti, Moyſi vero & Prophetis ſemper ignorati. Nihil vero mirum, quod Davidi Regibuſque aliis minime paret ille Doctor, quem de Meſſia ſuo vile omnino & abjeciſſimum ſenſiſſe comperimus, c. XI περὶ μοναρχίας. Stupendum magis ſatuo ita interpretamento interdicti Moſaici* לא ירבה, & *abuſui Gloſſæ Babylonicæ f. 21. b.* Synhedrin, לינבור בלא תועשה, *quaſi Phariſæorum flagellum trilix & horribile quævis λῶ τάσει omni ævo fuiſſet perſecutum, Chriſtianos non indoctos unquam credidiſſe, aut deliberationem admoviſſe. Cavebitis ergo, vos Principes, μὴ διὰ τὴν γραμματικὴν τῶν Φαρισαίων ἀκριβειαν, quod eſt notis notioribus, à diſciplina* Rabinorum, Jeſuitarum, & Presbyterorum. *Habemus jane νόμον βασιλικὸν Deut. c. 17. habemus exempla plurima Regum Hebræorum ſacris literis deſcripta, unde redargui facilis error ille ſordidus fanaticuſque Maimonidis, Levis Barcelonitæ, & aliorum Neotericorum. Decreta tam vilia, ſummatim alo, maleque cohærentia recentis Rabbinismi haudquaquam percellere ἱερὸν ἰσχύουσι,* מלך יבית רויר: *an vero apud miſeri populi Regulos & Cozibiadas ea unquam valuerint, nulla docet hiſtoria. Præterea haud ſimpliciter interdictum erat Regibus Hebræis, uxores ſibi, divitias, equoſque conquirere, juſſum potius, Talmudo fatente. Abſque verbere igitur innotuit ea Principum protervitas, juxta lenimen vulgatiſſimum Deuterotarum* περὶ πλησίων *c. 3. 4.* כל מצות לא תעשה שיש בהן קום עשה אין חוזרין עליהן, Nemo vapulat ob legem prohibentem, qua aliquid affirmativum includitur. *Dein quis modum in his rebus menſuramque præter Regem ipſi ſcribere potuit & definire? Quandoquidem vero jub Templo ſecundo, jugo Græco vix excuſſo, per annos* CXXX. *ab Antiocho illuſtri ad magnum Herodem, Ariſtocratice regerentur Judæi, ſummamque ſuarum rerum, belli pacisque cauſas haberent (niſi vis interveniſſet ac tyrannis, ut ſæpius) penes Synhedrium grande Clericorum & Laicorum, τῶν ἱερέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ſic ex monumentis publicis nuncupat Machabæicus, modo idem τὸ ἀρχιερεῖον καὶ τὸ γερουσίαν καὶ τοὺς ἱερεῖς, modo τοὺς ἰουδαίους καὶ τοὺς ἱερεῖς, modo τὸ ἀρχιερεῖον καὶ τὸ δῆμον τῶν ἰουδαίων. viri Chaſmonæi, qui Pontifices forte veri fuerant, veri Reges emergere de ſua tribu haud poterant; ſed Duces duntaxat militiæ & Ethnarchi, idque τῇ ἀξιοῦντι τῶν ἰουδαίων καὶ τῶν ἱερέων,* 1 *Mach.* 14. 35, 41: *proclive itaque fuit per inſulam Pontificiam diminutum iri decus Principis, nomenque Regium pati, quod ad Sacerdotem proprio & commerito jure pertineret. Clerici profecto ceterique* LXXI. *Synhedrorum (pars autem fuit longe major Clericorum, ſicut Rabini vetuſti, Scriptoreſque Gentium referunt) Sacerdotem Summum, ut meruerat, aut in jus poterant vocare, aut ſibi in Præſidium, & in Moyſis Cathedra, Cathedra Hannaſi,* Maſiecta Synhedrin *c. 1. §. 6. collocare: quod eſt verbis ὀλιγαρχίας Phariſaicæ* Synh. *2. 1.* כהן גדול דן ודנין אותו; *ubi Lazarus, Ris Lacis, aliique Urbis Doctores vere ſevereque adnotant,* מלקין אותו וגו' כהן גדול שחטא. *Eximitur idcirco Rex à ſententia ſiuticaque Senatoria, Anteceſſoribus itidem confitentibus.* BERN.

[h] Μὴ λάθοι] *Big.* & *Samb.* eodem ſonitu μὴ λάβῃ. BERN.

omnia agentes. satis enim idoneus est Deus, qui *vobis* præsit. Verum si regis cupiditas vos incesserit, is sit consanguineus, semperque ei cura sit justitiæ reliquarumque virtutum. Is autem legibus concedat, Deoque summam prudentiæ; nihilque sine pontifice & senatorum sententia faciat: neque multis utens conjugiis, neque pecuniæ vim ingentem aut equorum multitudinem sectans; quæ consequutus leges insuper habere & fastidire possit. Prohibeatur autem, si quid tale affectet, fieri potentior, quam rebus vestris expediat.

Termini patrum aut sociorum loco non movendi. Deut. c. 19. & 27.

18. [3] Terminos terræ ne liceat movere, neque propriæ, neque alienæ eorum quibuscum vobis est pax: sed caveatur ne auferantur, tanquam firmus Dei calculus in sempiternum positus; quippe cum bella inde nascantur & seditiones, quod ultra terminos progredi velint avari. Neque enim à legibus transiliendis longe absunt, qui *agrorum* limites de loco suo dimovent.

Arborum vescarum fructus ante quartum annum nec Deo offerendi, nec comedendi. Lev. c. 19.

19. [4] Qui terram conseverit, si stirpes ante quatuor annos fructum ediderint, neque primitias inde libet, neque ipse *ad victum* utatur: non enim ex eis suo tempore provenerunt. naturâ autem immature conatâ neque Deo convenit neque ipsi domino uti. At quarto *anno* vindemiam omnium, quæ provenerint, metat, (tunc enim est tempestivum) collectamque in urbem Sacram ferat, & cum aliarum frugum decimis insumat, epulans cum amicis & cum pupillis & mulieribus viduis. Quinto autem anno stirpium fruges percipiendi potestatem habeat.

Simplicitas in omnibus, vita casta, & connubia paria imperantur. heterogenea etiam tam sementis faciendæ, quam brutorum copulandorum ad jugum vel ad naturam prohibita.

20. [5] Terra vitibus consita ne seminetur. ei enim satis est hanc stirpem alere, & ab aratri laboribus esse liberam. Bubus aretur terra, & aliorum animalium nullum ad idem cum eis jugum subeundum adigatur; sed & illis fiat aratrum suis convenienter generibus. Semina autem sint pura & incommista; neve bina & trina serantur. natura enim dissimilium non gaudet societate. Neque ad pecudes admittantur

τας [i] καὶ κατ' αὐτὰς ἔπαξια πράττοντες. ἀρκεῖ γὰρ ὁ Θεὸς ἡγεμὼν εἶναι. βασιλέως δ' εἰ γήροιτο ἔρως ὑμῖν, ἔστω μὲν ἔστω [k] ὁμόφυλος· πρόνοια δ' αὐτῷ δικαιοσύνης καὶ τ' ἄλλης ἀρετῆς ἀληπτος ἔστω. [l] ὡδαχωρείτω δ' ἔστω τοῖς μὲν νόμοις καὶ τῷ Θεῷ τὰ πλείονα δ' φρονεῖν, πρασσέτω δ' μηδὲν [m] δίχα δ' ἀρχιερέως καὶ τῆς τ' γερουσιαστῶν γνώμης· γάμοις τε μὴ πολλοῖς χρώμενος, μηδὲ [n] πλήθει οἰκέτων χρημάτων [o] μηδ' ἵππων, ὧν αὐτῷ ἀπαγορευμένων ὑπερήφανος ἂν τ' νόμων ἔσοιτο. κωλυέσθω δ', εἰ τούτων τι διὰ πενίας ἔχοι, γίνεσθαι δ' συμφέροντος ὑμῖν δυναλώτερος.

ιή. Ὅρους γῆς μὴ ἐξέτω κινεῖν, μήτε οἰκείας μήτ' ἀλλοτρίας πρὸς ὃς ἐστιν [p] ἡμῖν εἰρήνη· φυλαττέσθω δ' ὥσπερ θεσπ ψῆφον βέβαιον εἰς αἰῶνα κειμένου ἀναιρεῖν, ὡς πολέμων ἐντεῦθεν καὶ [q] στάσεων γινομένων, ἐκ δ' πλεονεκτοῦντας πρόσωτέρω χωρεῖν βέλεσι τῶν ὅρων. μὴ γὰρ μακρὰν εἶναι δ' καὶ τὰς νόμους ὑπερβαίνειν τὰς τ' ὅρον μετακινοῦντας.

ιθ'. Γῆν ὁ φυτεύσας, πρὶν ἐτῶν πεντάρων ἂν καρπὸν [r] προβάλῃ τὰ φυτὰ, μήτε τῷ Θεῷ ἀπαρχὰς ἐντεῦθεν ἀποφερέτω, μήτ' αὐτὸς [s] χρήσθω· ἀ γὰρ κτ' καιρὸν [t] τόκον ὑπ' αὐτῶν ἐνεχθῆναι. βιασμένης τ' τῆς φύσεως ἀώρως, μήτε τῷ Θεῷ ἁρμόζειν, μήτ' αὐτῷ τῷ δεσπότῃ χρῆσθαι. τῷ τ' τετάρτῳ [v] τρυγάτω πᾶν τὸ [x] γιγνόμενον· τότε γὰρ ὥριον εἶναι· καὶ σωναγαγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν κομιζέτω, καὶ σὺν τῇ δεκάτῃ δ' ἄλλα καρπὰ μετ' τ' φίλων διοχέμενος ἀναλισκέτω, καὶ μετ' ὀρφανῶν καὶ χηρῶν γυναικῶν. πέμπτῳ τ' ἔτει κυεῖν ἔτω τὰ φυτὰ καρπάσθαι.

κ. Τὴν ἀμπέλους καταφύλον γῆν μὴ σπείρειν. δρκεῖ γὰρ αὐτῇ τρέφειν τὸν τὸ φυτὸν, καὶ τ' ἐξ ἀρότου πόνων ἀπηλλάχθαι. βοσὶν ἀροῦν τὴν γῆν, καὶ μηδὲν τ' ἑτέρων ζώων σὺν αὐτοῖς ὑπὸ ζεύγλαν ἄγοντας· ἀλλὰ κατ' οἰκεῖα γένη κἀκείνοις πιεῖσθαι τὸ ἄροτρον. εἶναι τ' [z] καθαρὰ τὰ σπέρματα καὶ ἀνεπίμικτα· καὶ μὴ σπείρειν καὶ τρία σπείρειν. ἀ γὰρ τῇ τ' ἀνομοίων κοινωνίᾳ χαίρειν τὴν φύσιν.

---

i Καὶ κατ' αὐτὰς] Ita *Epiphan.* καὶ deest in *Editis.* in *Big.* & *Samb.* κὰ κ' τοιους.

k Ὁμόφυλος.] Ita explicat Josephus id quod Deus Deut. 17. jusserat Hebræos regem eligere ex fratribus suis, non נכרי extraneum אשר לא אחיך הוא *qui frater vester non est.* REL.

l Παρεκχωρείτω] Παρωχωρείτω *Samb.* & *Big.* ὑποχωρείτω *Vat.*

m Δίχα δ' ἀρχιερέως] Talmudici penes Synedrium magnum fuisse summam rerum scribunt, ita ut rex sine illius consensu de bello gerendo aliisque rebus majoris momenti non potuerit decernere. Vide Sanhedrin. 1. 5. REL.

n Πλήθει] *Big.* & *Samb.* πλήθη.

o Μηδ' ἵππων,] *Samb.* μηδὲ ἵππων. Subinde ὧν αὐτῷ γεγονότων *Hen.* cum *Busb.* BERN.

3. *Terminos terræ ne liceat movere,*] *Terminos patrum tuorum aut sociorum loco ne moveto. Deut. c.* 19. 14. & *c.* 27. 17. *Job c.* 27. 2. *Prov. c.* 22. 28. & *statim c.* 23. 10. *Sanxit insuper Romanorum secundus,* Qui terminum exaravit, ipsus & boves ejus sacri sunto. *Vide etiam leges Agrarias Licinii, Julii, Tiberii, Nervæ, Hadriani, aliorumque Imperatorum inter sententias Pauli Romani, in collationibus Rufini, & in Pandectis Justinianeis l.* 47. *tit* 21. & *adhuc diligentius apud Scriptores Gromaticos.* Terminorum avulsor, si per vim palam patraverit, rapti גזלה: sin secreto, tenetur furti גנבה. *Siphri, sive* Extravagantium Rabanicarum *fol.* 45. *d.* BERN.

p Ἡμῖν εἰρήνη·] *Al* ὑμῖν.

q Σβάσεων γινομένων,] Ita in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* στάσεως.

4. *Qui terram conseverit,*] Περὶ φυτῶν ἀκροβύστων καὶ ἀκαθάρτων *strictim agit Moyses Legislator, Lev. c.* 19. 23, 24, 25. *amplius Judas Princeps ejusque secla Masicla integra* Orla ערלה, & Maaser seni *c.* 5. *Moyses Maimonis* Iad *c.* 9. 10. περὶ δικατῶν δόσεων, & *Cosensis ille Moyses* καθαρὰ ἐκ. *Caterum Doctor dubitantium rursus abutitur* Agricultura Nabatæa *Vaxiadæ p.* 450. *de fundo ac ratione hujus legis, quæ sane facilior communiorque apparet, quam ipse aut Abenesdras existimabant, aut Grotius ab illis. Primos enim fructus arborum consecratu sibi postulavit bonorum omnium Auctor & Dator, sed jam bonæ conditionis ut fas dignumque, & autumno quarto plusquam exiguos, plusquam raros: ante vero ab his tanquam præputiatis & impuris rerum abstinendum. Quippe* יצר ערלה כאוס, *Levitici Commentario parvo f.* 25. *b. Observabis deinde quam perite expedivit Flavius phrasin antiquam* כל פרין קדש הלולים ליהוה, πᾶς ὁ καρπὸς αὐτῆς ἅγιος αἰνετὸς τῷ κυρίῳ, *ubi ait,* καὶ σωναγαγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, *&c. Similiter Patres Deuteroseos* נטיע רביע דינו להאכל בירושלם לביעלי כביעשר שני. *Codice* περὶ δευτερωτικατῶν, & *alibi Operis Misnici*, & Pesicta Zutarta, *ubi supertus.* BERN.

r Προβάλῃ] Sic *Busb. Hen. Samb.* & *Vat.* προσβάλῃ *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Epiphan* βάλῃ *Bas.* & *G.*

s Χρήσθω·] Ita *Busb.* & *Hen.* Atticorum more. χράσθω *Big.* & *Samb.* χρῆσθω *Vat.* χρεῖσθω *Bas.* & *G.* ut *Græcorum* nemo.

t Τόκον ὑπ' αὐτῶν] *Al.* τόκων.

v Τρυγάτω] Ita in quinque *MSS.* (*Coll. Voss.*) & *Vet. Interpr.* τρυγείτω *Bas. G.* & *Castal.*

x Γιόμβον·] *Hen.* & *Busb.* γιόμβου. Mox *Samb. Busb.* & *Hen.* μετ'. Dein *Hen.* & *Busb.* χηρῶν. BERN.

5. *Terra vitibus consita*] *Morum quidem simplicitatem, vitam castam, & connubia paria homines omnino docet Maximus, ubi heterogenea negat tam sementis faciendæ, quam brutorum copulandorum ad jugum vel ad naturam. Vetat autem vehementer confusa ista Lev. c.* 19. 19. *Deut. c.* 22. 9, 10. & 2 *Cor.* 6. 14. & *Israeli* & Noachidis, *quod est, toti generi nostro,* Pesictæ minoris *f.* 25. *a. Hæc porro decreta late explicant, terroreque undequadraginta inculcant Scholæ Pharisaicæ ad Masiclam* Cilaim, & *ab illis Maimonides suo in* Iad *titulo eodem,* & Samag *Interdicto* 181. & *R. Levis in* Catechesi *capitibus* 249, 250, 568, & 571. *ubi* ἀκριβολογεῖται, כל חכם לב מזה יקח מוסר שלא לכנוס שני אנשים לעולם ברבר מן הרברים שיהיו רחוקים בטבעם ומשונים בהנהגתם כמו צריך ורשע; *quo plane modo super idem interdictum fecerat sanctissimus Paulus,* μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ· τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαλ. *Adde his* Maccot *c.* 3. Baba mesia *f.* 91. & Cholin *f.* 115, 116. & *Commentaria magna Pentateuchi Hebraici f.* 236, 269, 297. *Procopium ad Deuteron.* & *Philonem p.* 712. *ubi impuritatem & naturam imbecillem asino objicit, ne cum bove jugum unum jubeat: quod & Rabini veteres & Abenesdras dudum animadverterunt. Repetit etiam hac causa Maimonides* Rustica *Vaxiadæ*, & *odio Chaldaismi contendit temere in Terra sancta vitium ordines frumento omni liberari.* Mores enim veteris fuit, *ait Auctor Agriculturæ Nabatææ,* conserere cum vitibus juxta hordeum, vindemiæ felicioris causa, *p.* 451, & 504. *Verum hæc procul à Moyse.* BERN.

y Τὸ ἄροτρον.] Sic *Big.* & *Vat.* in *reliquis* τ' ἄροτρον. HUDS. Lege τ' ἄροτρον COCC.

z Καθαρὰ] Ita habemus in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* καθαρώτατα σπέρματα.

σιν. μὴ ἢ κτλώσεσιν ἐπάγειν ὅπως μὴ συγχωρῶ. δέον γὰρ ἐκ τούτου μὴ διαβαίνῃ καὶ μέχρι τῶν [a] ἀνθρώπων ἡ φειδὼ τὸ ὁμόφυλον ἀτιμία, τοῦ δρέπειν ἀπὸ τῶν φύσει τὰ μικρὰ καὶ τὰ φαῦλα πρότερον λαβόντα. δεῖ ἢ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον συγκεχωρημένον, ἐξ οὗ κἂν μίμησιν πραγματικήν τις τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν ἔσοιτο. [b] ἀλλ' ὡς ὁ φειδὼ τῶν τυχόντων ἀμελεῖται τοῖς νόμοις εἰδόσι προνοεῖσθαι καὶ κατ' αὐτὰς ἀμέμπτως.

κα'. Ἀμῶντας ἢ καὶ σπαιροῦντας τὰ θέρη, μὴ καλαμᾶσθαι. [c] καταλιπεῖν δέ τινα καὶ τῶν δραγμάτων τοῖς βίᾳ πανίζουσιν, [d] ἔρημον εἶναι καὶ εὕρημα φειδοῦς. ὁμοίως ἢ καὶ τὸ τρύγης ἀπολιπεῖν τὰς ὀπιφυλλίδας τοῖς πένησι· [e] καὶ τῶν ἐλαίων παρεῖναί τι ἐξ καρπὸν φειδοῦς συλλογεῖσθαι τοῖς ἐξ ἰδίων οὐκ ἔχουσι μεταλαβεῖν. ὁ τοσαύτη [f] γὰρ ἂν ἐκ τοῦ ἐπ' ἀκριβὲς αὐτῶν συλλογῆς ὄφελος τοῖς δεομένοις ἦν, ὅση χάρις ἐκ τῶν δεομένων ἔλθοι· τὸ τε θεῖον τοῦ γεωργοῦ [g] προθυμότερον εἰς τοῦ ἐκθρεφθῆναι τῶν καρπῶν [h] ἀπεργάσεται, μὴ ἐξ καθ' αὐτὰς φειδομένων λυσιτελῶς, [i] ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων διαφθορᾶς λόγον ἐχόντων. μηδὲ βοῶν, ὁπότε τρίβοιεν τὰς σταχυὰς, ἀποδεῖν τὰ στόματα ὑπὸ τοῦ [k] ἄλω. ὁ γὰρ εἶναι δίκαιον εἴργειν τὰς συνεργασμένας τοῦ καρποῦ, καὶ φεῖσθαι τοῦ γῆρας αὐτοῦ πονήσαντας. [l] μηδὲ ὀπώρας ἀκμαζούσης κωλύειν ἅπτεσθαι τὰς ὁδῷ βαδίζοντας· ἀλλ' ὡς ἐξ οἰκείων αὐτοῖς ὑπαρχόντων [m] ἐμπίπλασθαι, κἂν ἐγχώριοι τυγχάνωσι καὶ ξένοι, χαίροντας ὑπὲρ τῷ [n] παρέχειν αὐτοῖς τῶν ὡραίων μεταλαμβάνειν. [o] ὑπιφέρεσθαι δ' αὐτοῖς μηδὲν ἐξέστω. μηδὲ τρυγῶντες [p] ὧν εἰς τὰς ληνὰς κομίζουσιν εἰργέτωσαν τοὺς ὑπαυλιάζοντας [q] ἐπιθύειν. ἄδικον γὰρ ἀγαθῶν, ἃ κτῆσθαι βέλησιν Θεὸς [r] παρῆλθον εἰς τὸν βίον, φθονεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ

quæ non sint generis ejusdem. nam ex eo metus, ne cognatorum dehonestamentum etiam ad homines usque transeat, sumpto ante principio ab iis quæ levia habentur & parva. Oportet autem nihil ejusmodi esse concessum, ex quo aliqua rerum in republica mutatio consequatur imitatione expressa. quapropter & leges vulgaria non negligunt, scientes providendum esse ut nihil in eis possit reprehendi.

21. * Metentes autem & demessa colligentes ne spicilegium faciant: sed & nonnullos victu egentibus relinquant manipulos, ut qui insperato prosint & ad alimoniam inveniantur. Similiter etiam de vindemia pauperibus relinquantur racemuli; & olearum frugum nonnihil prætermittatur, ut ab iis colligatur qui de suis quæ percipiant non habent. non enim ex accurata in iis colligendis diligentia tantum commodi paritur dominis; quantum gratiæ, *modo hoc non fiat*, ex egentibus veniet: & Deus terram ad fructus alendos alacriorem efficiet, si non suæ *tantum* utilitati prospexerint, sed etiam alimenti aliorum rationem habuerint. Neque boum in area triturantium ora obligentur. non enim æquum est eos à fructu arcere qui una laborarunt, ejusque in procreationem sese delassarunt. Neque viatores fructus maturos gustare prohibeantur, sed permittatur eis tanquam suis expleri, sive indigenæ sint sive peregrini; gaudentes quod illis concedere possint de fructibus maturis participare. nihil autem eis liceat asportare. Neque vindemiantes obvios iis vesci prohibeant, quæ in torcularia deferunt. iniquum est enim bona, quæ ex voluntate Dei ad victum provenerunt, iis invidere, qui frui desiderant eorum tem-

Spicas & manipulos facta messe forte relictos, ut & vineæ olivetique reliquias decidua, pauperibus cedere. Deut. 24.

Boum spicas terentium ora non ligandа. Deut. 25. 1 Cor. 9.

Viatores à fructibus gustandis non arcendi. Deut. 23.

[a] Ἀνθρώπων] *Al.* ἀνθρωπείων & ἀνθρωπίων.

[b] Ἀλλ' ὡς] Excusum bis fuit ἀλλ' ὡς ὁ περὶ τῶν τυχόντων μέλει. *Big.* & *Epiph.* ἀλλ' ὡς ὁ περὶ τῶν τυχ. ἀμελεῖται. *Samb.* ἀλλ' ὡς ὅτι περὶ τῶν τυχ. ἀμελεῖται. Vel leges ἀλλ' ὡς οὐ περὶ τῶν τ. μέλει. BERN. Ita *Big.* & *Epiphan.* nec aliter *Samb.* & *Vat.* nisi quod in uno ὅτι reperiatur pro ὁ, & in altero ὅτι. excusum bis fuit, ἀλλ' ὡς ὁ περὶ τῶν τυχόντων μέλει τοῖς ι. Est qui conjicit, ἀλλ' ὡς οὐ περὶ τῶν τυχόντων μέλει τοῖς ι.

bilita. nam neque à propoſito dimoveri poterant, neque quidquam curæ erat illis quod diceret Samuelus: ſed vehementer inſtabant, & poſtulabant ut jam Regem *illis* crearet, & non de futuris ſemet ſolicitum haberet. nam ut hoſtes ulciſcerentur neceſſe erat Regem illis eſſe, qui in aciem ſecum prodiret; nihilque in eo abſurdi eſſe, ſi, cum vicini regnarentur, ipſi ſimili in ſtatu viverent. Cum vero vidiſſet Samuelus nihil illos moviſſe ea quæ prædicta fuerant, ſed in eadem ſententia perſeverare, "nunc quidem, ajebat, ad ſuam quiſque
"domum diſcedite; cum autem oportebit vos ac-
"cerſam, quamprimum à Deo accepero, quem
"vobis Regem deſignat.

f Καὶ σωματοφύλακας,] Hoc modo *Epiphan.* καὶ σωματοφύλακας καὶ δρομεῖς· ἄλλους δ' χιλ.

g Καὶ ἑκατοντάρχους·] Καὶ ἑκαθιῶάρχους adjecimus ex *Vet. Interpr.* & *MSS.*

h Καὶ τοῖς αὐτῶν οἰκέταις] Τοῖς αὐτῷ οἰκ. ἴσοι γίγν. καὶ μνήμην *Epiphan.* τοῖς ἑαυτῶν [καὶ τοῖς αὐτῷ *Big.* & *Samb.* αὐτὰ ὡς *Coll. Voſſ. Coccejus* putat καὶ forte eſſe delendum] οἰκέταις. ὡς γιγόμενοι μνήμην *Big. Samb.* & *Vat.*

i Καὶ μεταγινώσκοντες] Καὶ μεταγινώσκοντας ἱκετεῦσαι *Big.* & *Samb.* καὶ μετεγινώκοτες ἱκετεῦσαι *Vat.*

k Ὑμῶν·] Illud ὑμῶν ex *MSS.*

l Δίκην ὑποσχεῖν ὑμᾶς] In quatuor *MSS.* δικαίαν ὑποσχεῖν ὑμᾶς τιμωρίαν τῶν ἑαυτῶν κακοβουλίας. præſtat altera lectio, verſione antiqua probata.

m Αὐτοὺς ἕκαστος,] Ita è quatuor *MSS.* in *Editis*, *Aliiſque* αὐτούς.

n Μεταπέμψω δ' ὑμᾶς] Μεταπέμψομαι in *iiſdem MSS.*

o Κίσης ὄνομα.] Κὶς *Big.* Κῖς *Samb.* & *Zon.* & mox Κῖσος *Big.* Κῖσος *Samb.* in *Editis Aliiſque* paſſim Κίς. Vide p. 319. v. 6.

p Σαοὺλον αὐτὸν σκάλλειν.] Σαῦλον & Σαῦλος ubique *Samb.* & *Vat.*

q Ἐξέπεμψε. ὁ δ', ἐπεὶ] Ita ex *MSS.* in *Editis* ἐξέπεμψε, ὁ δ' ἐπὶ τὴν π.

r Ἀπεῖναι διεγνώκει,] In quinque *MSS.* ἀπιέναι. quod & vult *Coccejus.*

s Λοιπὸν τὴν φροντίδα.] Vel cum *Big.* & *Samb.* τὸ λοιπόν.

ΚΕΦ. δ'.

Βασιλέως τοῖς Ισραηλίταις ἀπόδειξις. Σαοὺλος τύραννος, κελεύσαντος τοῦ Θεοῦ.

CAP. IV.

Saulus juſſu Dei Iſraëlitarum rex declaratur.

Ἦν δέ τις ἐκ τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς ἀνὴρ εὖ γε-
γονὼς καὶ ἀγαθὸς τὸ ἦθος, [o] Κίσης ὄνομα. τού-
τῳ παῖς ὑπῆρχεν. ἦν δὲ νεανίας τὴν μορφὴν ἄριστος
καὶ τὸ σῶμα μέγας, τό τε φρόνημα καὶ τὴν διάνοιαν
ἀμείνων τ' βλεπομένων. [p] Σαοὺλον αὐτὸν ἐκάλουν. ἦν-
τος ὁ Κίσης, ὄνων αὐτῷ ἐκ τῆς νομῆς καλῶν ἀποπλα-
νηθέντων· ἤδετο γὰρ αὐτῆς ὡς οὐκ ἄλλῳ τινὶ τ' κτημά-
των· τ' ἦν μεθ' ἑνὸς θεράποντος δεῖ ζήτησιν τῶν κτη-
νῶν [q] ἐξέπεμψε. ὁ δ', ἐπεὶ τὴν πάτριον ἐπῆλθε φυλὴν,
ἐξερευνῶν τοὺς ὄνους, εἰς τὰς ἄλλας ἀφίκετο· ὡσ' ἐν
ταύταις ἀπιτυχὼν [r] ἀπεῖναι διεγνώκει, μὴ ποιήσῃ πε-
ρὶ αὑτοῦ τῷ πατρὶ [s] λοιπὸν τὴν φροντίδα. ἔνθ' δ' ἐπο-

ERat autem quidam ex tribu Benjamitide, vir bene natus & honeſtis moribus, nomine Ciſes. Huic filius erat. juvenis autem erat forma præ-
ſtantiſſima & corpore procero & amplo, quique animo & ingenio plus pollebat quam ſpecie exter-
na. Saulum ipſum appellarunt. Hic Ciſes, cum forte aſinæ ejus pulchritudine conſpicuæ à grege in paſcuis aberrarent (illis enim mirifice, præ cæteris quæ poſſidebat, capiebatur) filium cum uno famulo ad jumenta perquirenda emiſit. Ille vero, poſtquam tribum patriam aſinas indagando circumiverat, profectus eſt ad alias: & cum in illis eas fruſtra quæſiviſſet, *domum* abire decrevit, ne patri deinceps ſolicitudinem de ſe crearet. Ubi autem pro- *Saulus, in regem à Deo deſignatus, patris aſinas quæſitum mittitur. 1 Reg. c. 9.*

Post longum errorem Samuelum adit ſciſcitatum de aſinabus.

prope ad urbem Ramatham ventum eſt, cum ipſius pediſſequus eum ſubmonuiſſet, illic verum eſſe prophetam, conſiliumque dediſſet ut illum adiret, ab eo enim reſciturum quid de aſinabus factum eſſet: nihil ipſis ſupereſſe, dicebat, ſi conſultum irent, quo prophetam remunerarent; quod jam exhauſti eſſent viaticis. At cum famulus ſubjeciſſet, mihi eſt quadrans ſicli, eumque dari poſſe, (errabant enim, quod neſcirent prophetam mercedem non accipere) ad eum ſe conferunt. atque ad portas nacti puellas, quæ aquatum exibant, quærunt ex eis ubi eſſet prophetæ domus. illæ vero *ædes* monſtrant, juſſeruntque ut *eum adire* properarent, priuſquam ille epulis accumberet: accidit enim ut multos convivio excipiat, *moriſque eſt* ut ante invitatos diſcumbat. Tum autem Samuelus hac ipſa de cauſa plurimos ad epulum convocaverat. nam cum ei quotidie Deum oranti, ut prædiceret quem conſtituturus ſit regem, pridie hunc ipſum indicaſſet (illa enim hora miſſurum ſe Benjamitam quendam juvenem *dixerat*) ille quidem in ſolario ſedens exſpectabat dum tempus adeſſet. eo vero exacto deſcendebat ad cœnam iturus. Saulum autem *ante januam* offendit, atque ei ſuggerit Deus, hunc eſſe qui populum imperio regeret. Saulus vero ad Samuelum accedit, eumque ſalutatum rogabat ut ei oſtenderet ubinam propheta habitaret: ſe enim, utpote hoſpitem, hoc ignorare dicebat. Cum autem ille reſpondiſſet ſe eum eſſe, & ad cœnam duceret, quaſi aſinæ ad quas veſtigandas miſſus erat ſalvæ forent, eumque omnium bona in ſua poteſtate habere, quod in ipſum inciderit: "ſupra ſpem, ajebat, meam ſunt iſta, Domine, & "de tribu ſum minori quam ut reges faceret, & "de familia cæteris familiis humiliori. Tu vero "me ludis & deridendum propinas, ut qui de rebus "majoribus, quam mea fert conditio, loqueris". At propheta ipſum ad convivium deducens accumbere facit, ejuſque famulum, ſupra alios invitatos, (illi autem erant ſeptuaginta numero) jubetque miniſtris Saulo apponere portionem regiam. Cum vero hora cubitus veniſſet, alii quidem domum quiſque ſuam diſcedebant: at Saulus apud prophetam cum famulo ſomno ſe dedit.

Saulum cum ſervo comite convivio publico excipit Samuelus.

Samuelus, poſtridie urbem egreſſus cum hoſpitibus, clam ſervo caput Sauli lentigula olei perfundit, quæque ipſi in itinere eſſent eventura predicit. 1 Reg. c. 9.

2. Cum autem ſub ortum auroræ Samuelus illum è lectulo ſuſcitaſſet, *abeuntem* deduxit. atque, ſimul ac urbem egreſſus eſſet, monebat ut famulum juberet ipſos prævertere, ipſe autem pauliſper reſtaret: eſſe enim quod ſine arbitris illi vellet dicere. Tum Saulus famulum quidem ablegat. Propheta autem, ſumpto lecytho, oleum in caput juvenis effundit; eumque deoſculatus, "eſto, inquit, Rex, à Deo conſtitutus & ad Palæſtinos "perſequendos & Hebræos vindicandos. Horum "autem *id* tibi ſignum erit, quod te volo præſci"re. Cum hinc digreſſus fueris, offendes in itine"re tres homines Bethela euntes ad Deum adoran"dum. quorum primum quidem tres panes por"tantem videbis, ſecundum vero hœdum: tertius "autem utrem vini bajulans eos comitabitur. Iſti

μένα ϑεράποντ, ὡς ἐγίνετο κῦ τῷ [t] Ραμαθὴν πόλιν, εἶναι προφήτην ἐν αὐτῇ φήσαντ ἀληθῆ, καὶ πρὸς αὐτὸν βαδίζειν συμβαλοῦντ, γνώσεσθαι γὰρ παρ' αὐτοῦ τὸ περὶ τῶν ὄνων τέλος· ὅθεν ἔχειν πορισμὸν εἶπεν ἀντὶ τῆς προφητείας, ὃν [v] καὶ προσοίσουσιν αὐτῷ, κενεῶσθαι γὰρ ἤδη τὰ ἐφόδια. ἕως δ' οἰκέτης τέταρτον αὐτῷ περσεῖναι σίκλου φήσαντ καὶ τοῦτο δώσειν, [x] ὑπὸ γὰρ ἀγνοίας ἔτι μὴ λαμβάνειν τὰ προφήτου μισθὸν ἐπιλανῶντο, προσαγόνονται. καὶ πρὸς τῇ πόλει [y] περιτυχόντες παρθένοις ἐφ' ὕδωρ βαδίζούσης, ἐρωτῶσιν αὐτὰς ἔνθα προφήτου τοῦ οἰκίαν. αἱ δὲ σημαίνουσι· καὶ κατιόντων παρεκελεύσαντο, πρὶν αὐτὸν εἰς τὸ δεῖπνον κατακλιθῆναι· πολλὰς γὰρ ἑστιᾶν, καὶ προκατακλίνεσθαι τῶν κεκλημένων. ὁ δὲ Σαμουήλ [z] Διὰ τοῦτο πολλὰς ὅτι τοῦ ἑστιᾶν τότε σωτῆρα. δεομένῳ γὰρ [a] κῦ πᾶσαν ἡμέραν αὐτῷ ἔνθεον, προειπεῖν τινα [b] ποιητὴν βασιλέα, τῇ παρελθούσῃ τοῦτον [c] ἐμισύσειν· πέμψειν γὰρ αὐτὸς τινὰ νεανίσκον ἐκ τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς, κῦ τοῦδε τὸν ὥραν· αὐτὸς μὲν ὅτι ἔνδον δώματος καθεζόμενον, ἐξεδέχετο τὸν καιρὸν ᾧ δεῖ γενέσθαι. πληρωθέντος δὲ αὐτοῦ, καταβὰς ὅτι τὸ δεῖπνον ἐπορεύετο. συναντᾷ δὲ τῷ Σαοὺλῳ, ὃν ὁ Θεὸς αὐτῷ σημαίνει τοῦτον εἶναι τὸν ἄρξειν μέλλοντα. Σαοὺλος δὲ προσέρχεται τῷ Σαμουήλῳ, καὶ προσαγορεύσας ἐδεῖτο μηνύειν τὸν οἰκίαν ἔνθα προφήτου· ξένον γὰρ ὢν ἀγνοεῖν ἔφασκε. ἔνθα δὲ Σαμουήλ [d] Φράσαντος αὐτὸν εἶναι, καὶ ἄγοντος ὅτι τὸ δεῖπνον, ὡς τῶν ὄνων ἐφ' ὧν τοῦ ζήτησιν ἐκπεμφθείη σεσωσμένων, περί τε πάντων ἀγαθὰ ἔχειν αὐτῷ κεκυρωμένα, προσευχών· "ἀλλ' "ἤτταν, εἶπεν, ἐγὼ, δέσποτα, ταύτης τὰς ἐλπίδος, καὶ "φυλῆς μικροτέρας ἢ βασιλέας ποιεῖν, καὶ πατριᾶς "ταπεινοτέρας τὰς ἄλλων [e] πατριῶν. οὐ δὲ παίζεις καὶ γέ"λωτά με τίθεσαι, προεῖ μειζόνων ἢ κῦ τοῦ ἐμοῦ χρείαν "διαλεγόμενος". ὁ δὲ προφήτης ἀγαγὼν αὐτὸν ὅτι τοῦ ἑστιᾶσιν κατακλίνει, καὶ τὰ ἀκόλουθον, ἐπάνω τῶν κεκλημένων· ἦσαν δὲ ἅπαντες [f] ἑβδομήκοντα τὸ ἀριθμόν· προσέταττε δὲ τοῖς διακόνοις παρατεθεῖναι τῷ Σαοὺλῳ [g] μερίδα βασιλικήν. [h] ἐπεὶ δὲ ἡ κοίτης ὥρα προσῆκεν, οἱ μὲν ἀναστάντες [i] ἀνέλυον [k] πρὸς αὐτούς ἕκαστοι· ὁ δὲ Σαοὺλος παρὰ τῷ προφήτῃ σὺν τῷ ϑεράποντι κατεκοιμήθη.

Β'. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ Σαμουήλος ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ τῆς κοίτης, προύπεμψε. καὶ [l] γενόμενος ἔξω τῆς πόλεως ἐκέλευε τὸν μὲν ϑεράποντα ποιῆσαι προελθεῖν, [m] παραλείπεσθαι δὲ αὐτόν· ἔχειν γὰρ αὐτῷ τι φράσαι, μηδενὸς ἄλλου παρόντος. ὁ μὲν Σαοὺλος ἀποπεμπεται τὸν ἀκόλουθον. [m] λαβὼν δ' ὁ προφήτης τὸ ἀγγεῖον, ἔλαιον κατέχει τῆς νεανίσκου κεφαλῆς· καὶ καταπασάμενος, "ἴσθι, "φησὶ, βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεχειροτονημένος, ὅτι "Παλαιστίνων τε καὶ τῶν ὑπὲρ Ἑβραίων ἄμυναν. τὸ"των δὲ ἔσῃ σοι σημεῖον ὃ σε βούλομαι προγνώσκειν, "[n] ὅτ' ἂν ἀπέλθῃς ἐντεῦθεν, καταλήψῃ τρεῖς ἀνθρώπους "ἐν τῇ ὁδῷ [o] προσκυνήσοντας τὸν Θεὸν πορευομένους εἰς [p] Βέ"θηλα. ὧν τὸν μὲν πρῶτον τρεῖς ἄρτους [q] ὄψῃ κομίζοντα, "τὸν [r] δὲ δεύτερον ἔριφον· ὁ τρίτος δὲ, ἀσκὸν οἴνου φέ"ρων,

[t] Ραμαθὴν πόλιν,] Ita ex p. 307. v. 40. & quatuor *MSS.*
[v] Καὶ προσοίσουσιν αὐτῷ,] Illud καὶ deeſt in pleriſque *MSS.*
[x] Ὑπὸ γὰρ ἀγνοίας] Ita *Samb.* & *Baſ.* in *reliquis* διὰ ἀγν.
[y] Περιτυχόντες παρθένοις] Παρατυχόντες *Big.* & *Samb.* à manu ſecunda. Συναντυχαίνοντες *Vat.*
[z] Διὰ τοῦτο πολλὰς] Illa διὰ τοῦτο deſunt *Vat.* & *Vet. Interpr.* & rectius forſan abeſſent.
[a] Καθ' ἡμέραν ἡμέραν] Καθ' ἑσπέραν ἡμέραν legerat *Epiphan.*
[b] Ποιητὴν βασιλέα,] Ποιήσειν *Vat.* forſan pro ποιήσειε.
[c] Εμίσυσεν·] Μηνύσαντ *Big. Samb.* & *Vat.*
[d] Φράσαντος αὐτὸν εἶναι,] Φήσαντ *Vat.*
[e] Πατριῶν.] Conf. inf. §. 4. SPANH.
[f] Ἑβδομήκοντα τὸ ἀριθμόν·] Ὡς ἑβδομήκοντα *Vat.* Hic Interpretes LXX. ſequutus eſt *Joſephus.* juxta textum *Hebraicum* πεντήκοντα.
[g] Μερίδα βασιλικήν.] Juxta ritum veterem, quo convivis partes ſingulis appoſitæ. Hinc κρεωδαίτης, carnium diviſor inter Miniſtros Regis Spartanorum. Plutarch. Ageſil. p. 599. F. Convivis ſua ſingulis carnis portio appoſita, unde δαὶς ἐπὶ ξ δαῖτα Athen. l. 1. p. 12. C. & Coquus δαιτρὸς dictus eſt. SPANH.
[h] Ἐπεὶ δὲ ἡ κοίτης] Ἐπειδὴ ᾗ in *MSS.*
[i] Ἀνέλυον] Sic ἀνάλυσις *reditus*, *egreſſus*, lib. XIX. c. 4. §. 1. ἀναλύειν *reverti domum.* SPANH.
[k] Πρὸς αὐτοὺς ἕκαστοι·] Πρὸς ἑαυτοὺς ἕκαστ *Vat.*
[l] Γενόμενος ἔξω τῆς πόλεως] Γενόμενον ἔξω τῆς πόλεως ἐκέλευσε, τὸ μ. *Vat.* καὶ γενομένου legiſſe videtur *Vet. Interpr.*
[m] Λαβὼν δ' ὁ προφήτης τὸ ἀγγεῖον,] Ita cum *Editis*, *Busb.* & *Hen.* λαβὼν ᾗ ὁ προφ. τὸ ἅγιον ἔλαιον καθέχει in reliquis *MSS.*
[n] Ὅτ' ἂν ἀπέλθῃς] *Coll. Big.* & *Voſſ.* ἐὰν &c.
[o] Προσκυνήσοντας τὸν Θεὸν πορευομένους] Ita *Big.* & *Samb.* cum ſcriptoribus prophanis. in *Editis*, *Aliiſque* προσκυνήσαι τῷ Θεῷ, ut *plerumque* in *Bibliis S.*
[p] Βέθηλα.] Conf. lib. v. c. 1. §. iv. ἀπὸ Βηθήλων. SPANH.
[q] Ὄψῃ κομίζοντα,] Ὀψῇ *Big. Samb.* & *Epiphan.*
[r] Δὲ δεύτερον ἔριφον·] Illud ᾗ inſerui ex *Cod. Vat.*

s Εἰς

"ρων, ἀνθλυθήσῃ. ἀσπάζονται δέ σε ἔτι καὶ φιλοφρο-
"νήσονται. Ϲ δώσουσί σοι ἄρτους δύο· σὺ ϑ λήψῃ. κἀκεῖ-
"ϑεν ἥξεις [s] εἰς τὸ Ῥαχήλας καλούμενον μνημεῖον, ὅπου
"συμβαλεῖς τῷ [t] σεσῶσθαί σου τὰς ὄνους διαγελασμένῳ.
"[v] ἐπεὶτ' ἐκεῖϑεν ἐλϑὼν εἰς [x] Γαβαϑὰ, προφήτας σκλη-
"σιάζουσιν [y] ὀπισϑόξῃ· καὶ γιγνόμενος ἔνϑεος προφητεύ-
"σεις σὺν αὐτοῖς, ὡς πάνυ' ὀνόμου ὁρῶντα σκωπτήσε-
"ϑαί τε καὶ ϑαυμάζειν, λέγοντα πόϑεν εἰς τοῦτο εὐδαιμο-
"νίας ὁ [z] Κίσου παῖς παρῆλϑεν; ὅταν δέ σοι ταῦτα γένη-
"ται σημεῖα, τὸ Θεῖον ἴσϑι μὴ σοὶ τυγχάνοντα· ἀσπασά-
"τω τὸν πατέρα σου καὶ τοὺς συγγενεῖς. ἥξεις δὲ μεταπεμπό-
"μενος εἰς Γάλγαλα ὑπ' ἐμοῦ, ἵνα χαρίσηται τούτων ϑυσωμεν
"τῷ Θεῷ". Φήσας ταῦτα καὶ προειπὼν, ἀποπέμπει τὸν
νεανίσκον. τῷ Σαούλῳ δὲ πάντα κατὰ τὴν προφητείαν Σα-
μουήλου ἀπέβαινεν.

γ'. Ὡς δὲ ἦλθεν εἰς [a] τὴν οἰκίαν ὃν συγγενῆς αὐτοῦ
[b] Ἀβενάρου· Ϲ γὰρ ἐκεῖνον τῶν ἄλλων οἰκείων μᾶλλον ἔστερ-
γεν· ἀνερωτῶντος τὴν ἀποδημίας καὶ τῶν κατ' αὐτὸν γεγονότων, τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ἀπεκρύψα-
το, οὐδὲ ὡς ἀφίκοιτο παρὰ Σαμουήλου τὸν προφήτην,
οὐδὲ ὡς ἐκεῖνος αὐτῷ σεσῶσθαι [c] τὰς ὄνους ἔφρασε.
περὶ δὲ τῆς βασιλείας καὶ τῶν κατ' αὐτὸν, ἃ καὶ
φθονον ἀκουόμενα καὶ ἀπιστίαν ἔχειν ᾤετο, σιωπᾷ
πρὸς αὐτόν· καὶ οὐδὲ πρὸς εὔνους σφόδρα δοκοῦντα
εἶναι, καὶ πιστότερον τῶν ἀφ' [d] αἵματος ὑπ'
αὐτοῦ στεργόμενον, ἀσφαλὲς ἢ σῶφρον ἔδοξε μηνύειν.
λογιζόμενος, οἶμαι, τὴν ἀνθρωπίνην Φύσιν οἵα τ'
ἀληϑείας ἐστὶν· ὅτι βεβαίως οὐδεὶς εὔνους, ὅτι φί-
λων ὅτι συγγενῶν, οὐδὲ ἄχρι τοῦ ϑεοῦ λαμπρῶν
ἀποσώζει τὴν διάϑεσιν, ἀλλὰ πρὸς τὰς ὑπεροχὰς κα-
κοήϑεις τυγχάνουσιν ἤδη καὶ βάσκανοι.

δ'. Σαμουήλος δὲ συγκαλεῖ τὸν λαὸν εἰς [e] Μασφα-
ϑὴν πάλιν· καὶ πρὸς αὐτὸν διατίϑεται λόγους, ὡς
κατ' ἐντολὴν φέρειν ἔλεγε τοῦ Θεοῦ· "ὅτι, τὴν ἐλευ-
"ϑερίαν αὐτοῖς σκεύη προσχόντος καὶ τοὺς πολεμίους
"διωλώσαντος, ἀμνημονήσαντα τὰς εὐεργεσιῶν, καὶ τὸν μὲν
"Θεὸν ἀποχειροτονοῦσι τῆς βασιλείας, οὐκ εἰδότες ὡς συμ-
"φορωτέρου ὑπὸ δὲ πάντων ἀρίστου προστατεῖας. Θεὸς δὲ
"πάντων ἄριστος. αἱροῦνται δ' ἔχειν ἄνθρωπον βασι-
"λέα· ὃς ὡς κτήμασι τοῖς ὑποπεπτωκόσι καὶ βλη-
"σιν καὶ ὀδυνμίαν καὶ τῶν ἄλλων παϑῶν ὁρμὴν χρή-
"σεται, τῆς ἐξουσίας ἀφειδῶς ἐμφορούμενος. ἀλλ' οὐκ
"ὡς ἴδιον ἔργον καὶ κατασκεύασμα τὸ τῶν ἀνθρώπων γέ-
νος ὧδε διατηρήσει πανδαισί. ὁ Θεὸς δὲ [f] κατ' αὐτὴν
"τὴν αἰτίαν κηδοῖτο. ἀλλ' ἐπεὶ δέδοκται ταῦτα ὑμῖν, καὶ
"κεκρατήκεν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὕβρις, [g] τάχητε πάντες
"[h] καὶ φυλάς τε [i] καὶ σκῆπτρα, καὶ κλήρους βάλετε.

ε'. Ποιησάντων δὲ τοῦτο τῶν Ἑβραίων, ὁ τῆς Βενιαμί-
τιδος κλῆρος ἐξέπεσε. ταύτης δὲ κληρωϑείσης ἔλαχεν
[k] ἡ Ματρὶς καλουμένη πατριὰ, ἧς κατ' ἄνδρα κληρω-
ϑείσης [l] λαγχάνει ὁ [m] Κίσου Βασιλεύειν παῖς Σαούλος.
γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ νεανίσκος, φήσας [n] ἐκ ποδῶν αὐτὸν
ποιεῖ· μὴ βουλόμενος, οἶμαι, δοκεῖν τὴν ἀρχὴν ἐκὼν

"te salutabunt comiterque appellabunt, & duos
"tibi panes dabunt: eos vero erit ut accipias. Et
"inde venies ad *locum* Rachelæ ſepulchrum no-
"minatum, ubi homini occurres, qui tibi nuncia-
"bit ſalvas eſſe aſinas. Dein, illinc cum ad Ga-
"batha perveneris, incides in cœtum propheta-
"rum: & divino correptus ſpiritu cum eis vatici-
"naberis, adeo ut omnibus, quicunque *hoc* vide-
"rint, rei miraculo attonitis mirari ſubeat, dicen-
"tibus, unde eo felicitatis devenerit Ciſæ filius?
"Cum vero hæc tibi ſigna eveniſſe contigerit,
"ſcito tibi Deum adeſſe: patremque tuum & cog-
"natos ſaluta. Venies autem Galgala, cum te ac-
"cerſivero, ut pro his Deo pacificas hoſtias im-
"molemus". Cum hæc dixiſſet & prænunciaſſet, juvenem dimittit. Saulo autem omnia acciderunt, quæ Samuelus prædixerat.

3. Ut vero in domum reverſus eſt Abenari cognati ſui (etenim ipſum præ cæteris ſibi propinquis diligebat) eo percontante quò illis iter fuerit, & quidnam eis in illo acciderit, aliorum nihil ipſum celavit, neque quod Samuelum prophetam adierit, neque quod is aſinas ſibi ſalvas eſſe dixerit. De regno autem rebuſque eò ſpectantibus, quæ audita invidiam movere fidemque haud impetrare poſſe putabat, illa apud ipſum ſilentio tranſit: & neque tutum aut prudentis eſſe viſum eſt ea cum illo communicare, etiamſi ſibi amiciſſimus eſſe videretur, & quem inter conſanguineos ſuos omnium maxime amaret. quod ſecum, ut arbitror, reputarit, tale revera eſſe hominum ingenium; ut nemo neque amicorum neque cognatorum perpetuo benevolus ſit, neque uſque dum quis felicitate à Deo cumuletur eundem ſervet affectum, ſed eminentiores quoſque malevolentia proſequatur & invidia. *Saulus in domum reverſus patrui, ei omnia præter auſpicia regalia exponit.*

4. Porro Samuelus populum convocat ad urbem Maſphathen: eoſque iis verbis alloquitur, quæ ex Dei juſſu ſe facere ajebat: quod, cum ipſe "illos in libertatem vindicaſſet & hoſtes ſub jugum miſiſſet, beneficiorum parum memores fuerint, & ipſi quidem Deo regnum abjudicent, "neſcientes maxime è re ſua eſſe omnium optimi "imperio ſubjici. Deus autem omnium præſtantiſſimus. veruntamen hominem ſibi regem eſſe "malunt; qui ſubditis tanquam pecudibus pro arbitrio & libidine & ex affectuum aliorum impetu dominabitur, poteſtati ſuæ immodice indulgens: atqui non ut à ſe factum & conditum ita "conſervare ſtudebit humanum genus. cum vero "Deus hanc ipſam ob cauſam *veſtri* curam agat. "Sed quoniam hæc vobis placuerint, & eo contumeliæ in Deum deventum ſit, curate ut omnes "juxta tribus & ſceptra diſtributi ſint, dein ut "ſortes jaciantur. *Samuelis ad populum concio de jure regio.* 1 *Reg. c.* 8.

5. Cum autem Hebræi hoc ipſum feciſſent, Benjamitidi tribui ſors obvenit. illa vero ducta per cognationes, deſignata eſt cognatio Matris appellata, quæ cum viritim ſortiretur, Saulo Ciſæ filio regnum obtigit. Cæterum ubi hæc res juveni innotuit, illico ſe abſcondit, nolens (ut arbitror) ad regnum videri lubenti animo accedere. *Saulus rex creatur.* 1 *Reg. c.* 10.

Sed

[s] Εἰς τὸ] *Coll. Big. & Voſſ.* πρὸς τὸ.
[t] Σεσῶσθαί σου τὰς ὄνους] Σεσῶσθαί σοι in quinque *MSS.*
[v] Ἐπειτ' ἐκεῖϑεν] Ἔτι δ' ἐκ.
[x] Γαβαϑὰ,] Sup. lib. v. c. 1. §. ult. ἐν Γαβαθᾶ πόλει & lib. VIII. c. 12. §. 4. πρὸς τὴν πολιορκίαν τῆς Γαβαθῶν. SPANH.
[y] Ἐπιτούξῃ·] Ἐπιτεύξῃ *Hen.*
[z] Κίσου παῖς παρῆλθεν;] Sic *Baſ. G. Samb. & Vat.* Κήσου *Big.*
[a] Τὴν οἰκίαν] *Epiphanius & Gelenius* ita locum vertunt, ac ſi comma eſſet poſt οἰκίαν
[b] Ἀβενάρου·] Eſt qui malit Νήρου aut Ἀβεννήρου. Vide 1 *Reg.* c. 14. v. 51. & 1 *Paralip.* c. 8. v. 33. *Abner* in *Vet. Interpr.*
[c] Τὰς ὄνους ἔφρασε.] Τὰς pro τὰς repoſui ex *MSS.*
[d] Αἵματος] Δοκούντων poſt αἵματος inferunt *Big. & Samb.*
[e] Μασφαβὴν πόλιν·] Ita ex p. 298. v. 9. Μασσαβὴν *Vat.* Μασφαβὰ in *Editis, Aliiſque.* HUDS. Lib. VIII. c. 12. §. 4. Μασφά. at heic & lib. X. c. IX. §. 1. Μασφαβά. SPANH.
[f] Κατ' αὐτὴν τὴν αἰτίαν] Κατὰ ταύτην τὴν αἰτ. *Samb. Big. & Vat.*
[g] Τάχητε πάντες] Ita *Samb. Busb. & Hen* ut & mox βάλετε. in *Editis, Aliiſque* ταχῆτε, & dein βάλητε.
[h] Καὶ φυλάς τε] Sic in LXXII. καὶ τὰ σκῆπτρα ὑμῶν καὶ κατὰ τὰς φυλὰς ὑμῶν. Vide *F. Schacchi* Myrothecium III. c. 13. p. 146 & 147. &c.
[i] Καὶ σκῆπτρα,] Suſpectum illud καὶ σκῆπτρα, pro quo ſi ſenſus, & ſequentium habenda ratio, legendum, καὶ πατριάς; ſic ſup. §. 1. SPANH.
[k] Ἡ Ματρὶς καλουμένη] Articulus è *Big. Samb & Vat.* Ματριὰς *Vat.* & *Epiphan.* Ματρὶ *Zonar*
[l] Λαγχάνει] *Coll. Big. & Voſſ.* τυγχάνει.
[m] Κίσου βασιλεύειν] Ita *Vat.* Κισαὶ *in Editis.* Κὲς *Samb.* Κῆς *Big.* Vide p. 317. v. 41, & pag. hac v. 9.
[n] Ἐκ ποδῶν] Ἐκποδὼν *Hen. & Samb.* ab altera manu.

o Περι-

Sed eam præ ſe tulit moderationem & modeſtiam, ut, cum plerique ex parva felicitate vix ſui præ lætitia ſint compotes, ſed ſeſe oſtentantes omnium in oculos ingerant, ille, tot licet tantorumque populorum dominus conſtitutus, ab hujuſmodi oſtentatione ex regno ſibi delato tam procul abfuit, ut ſeſe è conſpectu illorum quibus erat imperaturus clam ſubduxerit, feceritque ut ab illis non ſine labore perquireretur. Quibus, quod Saulus nuſquam comparuerit, ad anguſtias redactis & valde ſolicitis, propheta Deum obſecrat, ut oſtenderet ubi eſſet, & juvenem omnibus conſpiciendum ſiſteret. Cum vero ex Deo reſciviſſet latebras in quas ſe abdiderat Saulus, mittit qui eum adducant. Ac poſtquam venit, in medio populi eum collocat. illos vero omnes ſupereminebat, & ipſa ſtatura præ cæteris forma eſſe regia videbatur.

Samuelus, rege creato, eventura in libro deſcripta recitat, populumque dimittit. 1 Regum, c. 10.

6. Tum vero propheta: "Hunc vobis in regem "Deus tradit. videte ut excellit omnibus, & im- "perio ſe dignum prodit". Cumque populus acclamaſſet, vivat rex, propheta, qui illis perſcripſerat omnia quæ eventura eſſent, recitavit ea *populo* coram rege, librumque in Dei Tabernaculum repoſuit, ut in omne ævum teſtimonio eſſet quod ea prædixerit. Hæc ubi perfecerat Samuelus, populum domum dimittit: atque ipſe in urbem Ramatham profectus eſt. ei enim patria erat. Saulo vero Gabatham, ex qua erat, abeunte, boni quidem multi eum comitabantur, debitum regi honorem præſtantes; plures vero improbi, qui & ipſum contemptui habebant, & cæteros etiam irridebant, & neque munera afferebant, neque data opera aut verbis teſtari volebant ſibi Saulum placere.

λαμβάνειν. ἀλλὰ τοσούτῳ ἐνεδείξατο ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνῃ· ὥστε τῶν πλείστων ἐπὶ μικραῖς εὐπραγίαις τῇ χαρᾷ καταχεῖν δυναμένων, αὐτὸς εἰς τὸ πᾶσι γνώσεσθαι Φανερὸς [o] προσπεπόνθων, ὁ δὲ μόνον οὐδὲν ἐνέφηνε τοιοῦτον ἐπὶ βασιλείᾳ, [p] καὶ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἐθνῶν [q] ἀποδειχθῆναι δεσπότης, ἀλλὰ καὶ τῆς ὄψεως αὐτὸν τῆς τῶν βασιλευθησομένων ἐξέκλεψε, καὶ ζητεῖν αὐτὸν καὶ σπεύδειν τοῦτο παρεσκεύασεν. ὧν ἀμηχανούντων καὶ φροντιζόντων ὅπου γῆς τὸ ἀφανὲς ὁ Σαοὺλος, ὁ προφήτης ἱκετεύει τὸν Θεὸν δεῖξαι πᾷ ποτ' εἴη, καὶ προσελθεῖν [r] εἰς ἐμφάνειαν τὸ νεανίσκον. μαθὼν δὲ παρὰ Θεοῦ τὸν τόπον ἔνθα [s] κέκρυπται ὁ Σαοὺλος, πέμπει τοὺς ἄξοντας αὐτόν· καὶ παραγενόμενον ἴσχυσι μέσον [t] τοῦ πλήθους. ἐξεῖχε [t] δὲ αὐτῶν ἁπάντων, καὶ τὸ ὕψος ἴσον βασιλικώτατος.

ς'. Λέγει δὲ ὁ προφήτης· "τοῦτον ὑμῖν ὁ Θεὸς ἔδωκε "βασιλέα. ὁρᾶτε δὲ ὡς καὶ κρείττων [v] ἐστὶ πάντων, καὶ "τῇ δεξιᾷ ἄξιος". ὡς δὲ ἐπεφήμησε τῷ βασιλεῖ σωτηρίαν ὁ λαὸς, τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι [x] καταγράψας αὐτοῖς ὁ προφήτης, ἀνέγνω δὲ βασιλέως ἀκροωμένου· καὶ τὸ βιβλίον τίθησιν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ σκιρᾷ, τεκμήριον μελέτης γνησίας [y] εἰς μαρτύριον ὧν προείρηκε. τοῦτ' ἐπιτελέσας ὁ Σαμουήλος, ἀπολύει τὸν πληθύν. καὶ αὐτὸς ἦλθεν εἰς [z] Ραμαθὰν πρόσφορον πόλιν. πατρὶς γὰρ ἦν αὐτῷ. Σαοὺλῳ δὲ ἀπερχομένῳ εἰς [a] Γαβαθὰν, ἐξ ἧς ὁρμήσας, [b] συνήρχοντο πολλοὶ μὲν ἀγαθοὶ, τὸν προσήκοντα βασιλεῖ τιμὴν νέμοντες· πονηροὶ δὲ πλείους, οἱ [c] καταφρόνουν τ' αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους ἐκλεύαζον, καὶ οὔτε δῶρα προσέφερον, οὔτε ἐν ἀγορᾷ καὶ λόγῳ τὸ ἀρέσκεσθαι [d] τῷ Σαοὺλον ἐπῆγεν.

CAP. V.

Saulus contra Ammanitarum gentem exercitum educit; atque hoſtes profligat ſpoliatque.

ΚΕΦ. ε'.

Σαούλου στρατεία ἐπὶ τὸ Ἀμμανιτῶν ἔθνος, καὶ νίκη καὶ ἁρπαγὴ τῶν πολεμίων.

Naaſe regis Ammanitarum expeditio in Judæos Transjordanianos. 1 Reg. c. 11.

AT deinde poſt unum *fere* menſem ei auctoritatem apud omnes peperit bellum, quod geſſit cum Naaſe rege Ammanitarum. Hic enim Judæis ultra Jordanem habitantibus, expeditione in eos facta cum magno & forti exercitu, multa infert mala; urbeſque eorum in ſervitutem adducit; illos quidem, quos vi & violentia in præſens ſubegerat, aſtuto callidoque commento eo impotentiæ redigens, ut ſi quando ab eo deſciſcere vellent, nulla eis ſupereſſet ſervitutis ſub ipſo effugiendæ poteſtas. nam illis, qui aut fide data ſeſe dediderunt, aut jure belli capti erant, dextros oculos effodiebat. eo autem conſilio, ut, ſiniſtro oculo illis ſub ſcuto latente, *bello* eſſent prorſus inutiles. Et hæc quidem rex Ammanitarum cum feciſſet habitantibus trans Jordanem, exercitum in eos educebat qui Galadeni vocantur. ac caſtra metatus apud primariam hoſtium urbem (illa autem Jabis eſt) legatos ad eos mittit cum monitis mi-

Μηνὶ δὲ ὕστερον [e] ἀρχὴ τοῦ πάντων αὐτῷ τιμῆς ὁ πρὸς [f] Ναάσσην πόλεμος, τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλέα. οὗτος γὰρ πολλὰ κακὰ τοὺς πέραν τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ κατῳκημένους τῶν Ἰουδαίων ἠργάσατο, [g] μετὰ πολλοῦ καὶ μαχίμου στρατεύματος ἐφοδεύσας ἐπ' αὐτούς· καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν εἰς δουλείαν ὑπήγαγεν, ἰσχύϊ μὲν καὶ βίᾳ πρὸς τὸ παρὸν αὐτοὺς χειρωσάμενος, σοφίᾳ δὲ καὶ διανοίᾳ, πρὸς τὸ μηδὲ αὖθις ἀποστάσεως δυνηθῆναι τῷ [h] ὑπ' αὐτῷ δουλείαν ἀφυγεῖν, ἀσθενεῖς ποιῶν. τοῦτο γὰρ ἦν καὶ πίστιν ὡς αὐτὸν ἀφικνουμένων, ἢ λαμβανομένων πολέμῳ νόμῳ, τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξέκοπτε. ἐποίει δὲ τοῦτ', ὅπως, [i] τοῦ ἀριστεροῦ αὐτοῖς ὄψεως ὑπὸ τῷ θυρεῷ καλυπτομένης, [k] ἄχρηστοι παντελῶς εἶεν. καὶ ὁ μὲν τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλεὺς, ταῦτ' ἐργασάμενος τοὺς πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ἐπὶ τοὺς [l] Γαλαδηνοὺς λεγομένους ἐπεστράτευσε. καὶ στρατοπεδευσάμενος πρὸς τῇ μητροπόλει τῶν πολεμίων, [m] Ἰαβὶς δὲ ἐστὶν αὕτη, πέμ-

o Προσπεπόνθων,] Lege προσπεπόνθειν. COCC.

p Καὶ τοσούτων] Καὶ τῷ *Big.* & *Samb.*

q Ἀποδειχθῆναι] Ἀποδεδεῖχθαι *Iidem* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.*

r Εἰς ἐμφάνειαν] Εἰς ἐμφανὲς *Iidem.*

s Κέκρυπται] ὁ Σαοὺλος,] Κρύπτει] *Hen. Busb* & *Vat.*

t Δ' αὐτῶν ἁπάντων,] Ita cum *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* δὲ ἁπάντων *Baſ.* & *G.* δὲ αὐτῶν ſine ἁπάντων *Vat.*

v Ἐστὶ πάντων,] Sic quinque *MSS.* & *Epiphanius.* ἴσα *Baſ.* & *G.*

x Καταγράψας αὐτοῖς] Ita rurſus *Iidem.* κακὰ γράψας in *Editis.*

y Εἰς μαρτύριον] Eo modo *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* ſimpliciter μαρτύριον *Baſ.* & *G.*

z Ραμαθὰν προσῆλθε] Sequutus ſum *Vet. Interpr.* Vide p. 307. v. 18. εἰς Ἀρμαθὰ *Big. Samb.* & *Vat* εἰς Ἀρμαθὰ *Baſ.* & *G.* HUDS. Conf. Cap. 11. ſup. §. 3. SPANH.

a Γαβαθὰν,] Ita *Baſ. G. Vat. Hen.* & *Busb.* Γαβαὼθ *Big.* Γαβαούθ *Samb.* Vide Cl. *Cellarii* Geogr. Antiq. l. 3. c. 13. p. 339.

b Συνήρχοντο πολλοὶ μὲν ἀγαθοὶ,] Συνήγοντο *Vat.*

c Καταφρόνουν τ' αὐτοῦ,] Ita *Vat.* καταφρόνουν τε quinque *alii.* (abeſſe poſſe putat *Cocceius*) καταφρονοῦντες αὐτοῦ *Baſ.* & *G.*

d Τὸν Σαοὺλον ἐθεράπευον.] Τῷ Σαοὺλῳ *Vat.*

e Ἀρχὴ τοῦ πάντων] Ἀρχὴ *Vat. Big.* & *Samb.* Initio ejuſdem belli *Zonaras*, μετὰ ἓν μῆνα, ὁ *Flavio.*

f Ναάσσῃ πολέμου,] *Al.* Ναασσῆ.

g Μετὰ πολλοῦ] Διὸ μετὰ *Big. Samb. Vat* & *Gall.* 1. καὶ μετὰ legiſſe videtur *Epiphan.* Alii quidem ſic diſtinguunt, ἐφοδεύσας· μετὰ π. κ. μ. σ. δ. ἐ. αὐτούς, καὶ τὰς π.

h Ὑπ' αὐτῷ] Ὑπ' αὐτῶν *Vat.* & mox πρὸς αὐτόν. ubi abſque cauſa ἢ πρὸς αὐτὸν *Big.* & *Samb.*

i Τῆς ἀριστερᾶς] Τὴν ἀριστερὰν αὐτῶν *Hen.* & *Busb.* nam qui ſiniſtra manu objicit clypeum, eo tegit ſiniſtrum oculum, dextro autem aſpicit hoſtes: qui ergo dextrum iis eruit oculum inutiles bello facit. *Theodoret.* Tom. 1. p. 242.

k Ἀχρηστος παντελῶν εἶεν.] Ita *Big. Samb.* & *Biblia Vaticana.* Ἰαβὶς *Baſ. G.* & *Biblia Complutina.*

l Γαλαδηνοὺς] Γαλαδηνὰ Regio lib. v. ſup. c. VII. §. 11. SPANH.

m Ἰαβὶς δὲ ἐστὶν αὕτη,] Ἰαβεὶς *Zonaras* & *Biblia Alexandrina.*

n Ανα-

πέμπει πρὸς αὐτὸὺς πρέσβεις, κελεύων ἢ φιλοδωρῆσαι σφᾶς αὐτὸὺς ὑπὲρ τῶ τὸὺς δεξιὸὺς αὐτῶν ὀφθαλμὸὺς ἐξορύξαι, ἢ πολιορκήσειν ἠπείλει καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν [n] ἀνασήσειν· τὸν δ' αἵρεσιν ἐπ' αὐτοῖς εἶναι, πότερον ποτὲ βραχύ τι τοῦ σώματος ἀποτεμεῖν [o] θέλουσιν, ἢ πάντες ἀπολωλέναι. οἱ δὲ Γαλαδηνοὶ καταπλαγέντες πρὸς ὁτέτερον μὲν ἐτόλμησαν ὁδὲν εἰπεῖν, [p] ὅτ' εἰ φιλοδίδοασιν. αὐτὸὺς, ὅτ' εἰ πολεμοῦσιν. ἀνοχλὴ δ' ἡμερῶν ἑπτὰ λαβεῖν ἠξίωσαν, ἵνα πρεσβευσάμενοι πρὸς τοὺς ὁμοφύλους φίλους παλέσωσι συμμαχεῖν [q] αὐτοῖς. καὶ εἰ μὲν ἔλθοι βοηθὰ, [r] πολεμῶσιν· εἰ δ' ἄπορα εἴη τὰ παρ' ἐκείνων, φιλοδώσειν αὐτοὺς ἔφασκον, ὑπὲρ τῶ παθεῖν ὅ, τι ἂν αὐτῷ δοκῇ.

β'. Ὁ δὲ Ναάσης, καταφρονήσας τῶν Γαλαδηνῶν πλήθους, καὶ τὴν ἀποκρίσεως αὐτῶν, δίδωσί τι αὐτοῖς τὴν ἀνοχὴν, καὶ πέμπει πρὸς οὺς ἂν θέλωσι συμμάχους ὑπερέπῃ. [s] πέμψαντες οὖν ἄγγελους κατὰ πάλιν τοῖς Ἰσραηλίταις διήγγελλον τὰ φίλα τῷ Ναάσῃ, καὶ τὴν ὠμότητα ἐν ᾗ καθεστήκεσαν. οἱ δὲ εἰς δάκρυα καὶ λύπην ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῶν φίλων τοὺς Ἰαβισηνοὺς προήχθησαν, καὶ πέρα τούτων ὁδὲν αὐτοῖς ἄλλο πρᾶξαι συνεχώρησε τὸ δέος. ἀκουόντων δὲ τῶν ἀγγέλων [t] καὶ ἐν τῇ Σαούλ τοῦ βασιλέως πόλει, καὶ τοὺς κινδύνους ἐν οἷς εἶναι συνέβαινε τοὺς Ἰαβισηνοὺς φερομένους, ὁ μὲν λαὸς παυτὰ τοῖς πρώτοις ἔπαθεν· ὠδύρετο γὰρ τὴν συμφορὰν τὴν τῶν συγγενῶν. ὁ δὲ Σαοὺλ, ἀπὸ τῶν περὶ τὴν γεωργίαν [v] φιλοτιμούμενος ἔργων εἰς τὴν πόλιν, ὑπὸ τυγχάνει κλαίουσι τοὺς αὐτοῦ πολίτας· καὶ πυθόμενος τὴν αἰτίαν τῆς συγχύσεως καὶ κατηφείας αὐτῶν, μανθάνει τὰ φίλα τῶν ἀγγέλων. καὶ ἐνθέως ἀκούσας ἀποπέμπει μὲν τοὺς Ἰαβισηνοὺς, ὑπισχνούμενος αὐτοῖς ἥξειν βοηθὸς τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, καὶ πρὶν ἥλιον ἀνασχεῖν κρατήσειν τῶν πολεμίων, ἵνα [w] νενικηκότας ἤδη [x] τῶν φόβων ἀπηλλαγμένους ὁ ἥλιος ὑπείλας [x] ἤδη. ὑπομεῖναι δὲ ἐκέλευσέ τινας αὐτῶν, ἡγησομένους τῆς ὁδοῦ.

γ'. Βουλόμενος ὁ Φόβος ζημίας τὸν λαὸν [y] εἰς τὸν πρὸς Ἀμμανίτας ὑπερθέσθαι πόλεμον, καὶ συνελθεῖν αὐτοὺς ὀξύτερον, ὑποτεμὼν τῶν αὐτῶν βοῶν τὰ νεῦρα, [z] ταὐτὸ ἀφθήσειν ἠπείλησε [a] τοὺς ἀπαντῶντας, εἰ μὴ πρὸς τὸν Ἰορδάνην ὡπλισμένοι καὶ τὴν ὑπούσαν ἀπαντήσωσιν ἡμέραν, καὶ ἀκολουθήσωσιν αὐτῷ ὁ Σαμουήλῳ τῷ προφήτῃ, ὅπου ποτ' ἂν αὐτοὺς ἀγάγωσι. τῶν δὲ διὰ ὄλαβειαν τὸν [b] κατεπηγγελμένης ζημίας εἰς τὸν ὡρισμένον καιρὸν συνελθόντων, ἐξαριθμεῖται ἐν Βαλὰ τῇ πόλει τὸ πλῆθος· εὑρέθη δὲ τὸν ἀριθμὸν χωρὶς τῆς Ἰούδα φυλῆς, εἰς [c] ἑβδομήκοντα μυριάδας συνειλεγμένους· τῆς δὲ φυλῆς ἐκείνης, [d] ἦσαν ἑπτὰ μυριάδες. ἀφικομένοις δὲ τὸν Ἰορδάνην, καὶ [e] σχοίνων δέκα διὰ ὅλης τῆς νυκτὸς ἀνύσας ὁδὸν, φαίνει μὲν ἥλιον ἀνίσχοντα. [f] τειχῆ δὲ τὸ στράτευμα διελὼν, ὑπερπίπτει παντάχοθεν ἀφνιδίως [g] οὐ προσδοκῶσι τοῖς ἐχθροῖς. καὶ συμβαλὼν εἰς μάχην, ἄλλους τε πολλοὺς ἀποκτείνει τῶν Ἀμμανιτῶν, καὶ Ναάσην τὸν βασιλέα. τοῦτο

nisque, ut aut ea conditione deditionem facerent, ut dextros eis oculos erueret, aut exspectarent se illos obsessurum esse, urbesque eorum funditus eversurum: penesque illos esse eligendi optionem, utrum velint particulam corporis amittere, aut certe universi perire. Galadeni vero, metu perterriti, ad neutrum quidem horum ausi sunt quidquam respondere, neque si semetipsos traderent, neque an bello rem experiri mallent. Sed petierunt sibi dies induciarum septem concedi, ut missis ad tribules suos legatis suppetias ab eis implorarent. Et si quidem auxilio sibi venerint, bellum jungere; sin vero nullam opem ab iis impetrarint, sese illi dedituros esse dicebant, ea lege ut paterentur quicquid ipsi libuerit. *Hortatur Galadenos ad deditionem, dura lege oculos dextros eruendi. c. 11.*

2. Naases autem, qui Galadenos contempsit, illorumque *sprevit* responsum, simul dat eis induicias, finitque ut quoscunque velint in auxilium evocent. Igitur nunciis statim per omnes Israëlitarum urbes missis ea illis narrabant, quæ *atrociter* minitatus est Naases, & in quas redacti erant angustias. Illi vero, audita hac Jabisenorum calamitate, ad lachrymas magnumque in mœrorem adducti sunt: timor autem eos omni facto & incœpto prohibebat. Ac cum nuncii in Sauli regis civitatem venissent, & in quibus contigit Jabisenos esse periculis declarassent, populus quidem *iste* similiter ac alii quos adierant dolore afficiebantur: nam *ingentem* excitabant luctum ob cognatorum miseriam. Saulus autem, * ex opere rustico *tum forte* in urbem se recipiens, cives suos offendit lachrymis perfusos; atque percontatus quid iis accidisset, ut in tanta essent perturbatione & mœstitia, ab iis accipit quæ attulerint legati. atque divinitus afflatus Jabisenos quidem remittit, pollicitus eis se tertia die venturum auxilio, & ante solem exortum hostes superaturum, ita ut eos jamjam victores & timore liberatos sol oriens aspiceret. Quosdam autem illorum, in duces itineris, secum manere jussit. *Saulus Galadenis auxilium pollicetur, spondetque iis victoriam. 1 Reg. c. 11.*

3. Volens autem populum ad bellum contra Ammanitas metu ne damno multarentur excitare, facereque ut quam ocyssime convenirent, cum bobus suis † nervos succidisset comminatus est eodem modo se tractaturum eos qui sibi afforent, nisi die proxima cum armis ad Jordanem præsto adessent, sequuturi ipsum & Samuelum prophetam quocunque *eos* ducerent. Eorum vero, qui sibi caventes à supplicio denunciato ad præfinitum tempus convenerant, multitudinis in urbe Bala facta est recensio: numerumque invenit virorum absque tribu Judæ ad septingenta millia confluxisse: illius autem tribus erant septuaginta millia. Transgressus ‡ dein Jordanem, & tota nocte decem schœnorum viam emensus, ante solis quidem ortum pervenit quo destinaverat. Cum autem exercitum trifariam partitus esset, derepente hostes nihil tale exspectantes undique adoritur. ac prælio commisso, & alios quamplurimos perimit, ipsumque regem Naasem. Res ista à Saulo præcla- *Populo gravia comminatus est Saulus, si ipsum sequi detrectarent.* VI.

n Ἀνασήσειν·] Ἀναστατώσειν *Vat.*

o Θέλωσιν,] Vel cum *Samb. ἐθέλωσι.* ut mox hac pag. v. 16. *θέλωσι Vat.*

p Οὔτ εἰ φιλοδίδοασιν] Οὔτε φιλοδιδ. ὅτε πολ. *Vat.*

q Αὐτοῖς.] Αὐτοῖς *Samb.* & mox αὐτὰς.

r Πολεμῶσιν·] Πολεμήσουσιν *Busb.* (*Coll. Voss.*) *Hen. Vat.* & *Samb.* à manu secunda.

s Πέμψαντες οὖν] Πέμπουσιν οὖν, & dein οἱ ἤγγελλον *Vat.*

t Καὶ ἐν τῇ Σαούλ] Illud καὶ non agnoscit *Vat.*

v Περιγινόμενος] Ἀφικόμενος *Vat.*

* *Ex opere rustico* tum forte *in urbem se recipiens*,] In *Bibliis S.* qui tum rure boves agens veniebat.

x Ἤδη.] Ἰδὴ *Samb.* & *Big.* absque Atticismo. Est qui malit ἤδη.

y Εἰς τὸν πρὸς Ἀμμανίτας] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. ἐπὶ in *Editis.*

z Ταὐτὸ ἀφθήσειν] Ita in quinque *MSS. Bas.* & *G. ταῦτα Epiphan.*

† *Nervos succidisset*,] *Si Literæ* dicunt, *eum par boum cepisse, dissectumque in omnes Israëlitarum fines per nuncios dimisisse, cum edicto ut qui eum sequuti non essent, eorum bubus ita fieret.* Vide *Schotanum* in *Biblioth.* tom. secundo, p. 570.

a Τοὺς ἀπαντῶντας,] Τοὺς οὐκ ἀπαντῶντας *Big. Samb.* & *Vat. τοὺς ἄπαντας Epiphan.* non inconcinne.

b Κατεπηγγελμένης ζημίας] Κατηγγελμένης *Vat.*

c Ἑβδομήκοντα] Ita *Codices Græci Latinique omnes*, sanè super numeros *Bibliorum S.* quæ versamus. HUDS. 1 Sam. xi. 8. numerus Israëlitarum 300. millia, & è tribu Juda 30. millia. SPANH.

d Ἦσαν ἑπτὰ μυριάδες.] Ἦσαν εἰς ἑπτὰ μυριάδας *Vat.*

‡ *Dein Jordanem*,] Apud *Vet. Interpr.* habemus *ergo.* ac si legisset δὴ pro δέ.

e Σχοίνων δέκα] Σχοινίων *Vat.* HUDS. Σχοῖνος mensura viæ, vox Persica teste Athenæo lib. 111. p. 122. A. SPANH.

f Τειχῆ δὲ τὸ] Ita *Samb.* in *cæteris* τειχῆ.

g Οὐ προσδοκῶσι] Ὡς οὐ προσδ. *Vat.*

Saulus ex re præclare gesta gloriam adeptus est. 1 *Reg. c.* 11.

clare gesta erat, famaque ejus ingenti cum laude ad omnes Israëlitas perlata est, atque mirabilem ob fortitudinem adeptus est gloriam. nam & siqui erant qui prius ipsum contempserant, tum mutata sententia illum honore prosequebantur & omnium optimum *esse* existimabant. Non enim eo contentus erat, quod Jabisenos conservasset, sed & in Ammanitarum regionem facta irruptione, eam totam vastat & depopulatur; cumque multum prædæ cepisset, glorioše in suas sedes reversus est. Populus autem ex voluptate, qua eos affecerant prosperi rerum sub Saulo successus, gaudebant quidem quod talem nacti essent regem. contra eos vero, qui illum nec res suas tueri nec augere posse dixerant, exclamabant, *rogitantes* ubi nunc sunt isti, pœnas exsolvant; atque alia omnia *adjiciebant convicia* quæ solet populus felicitate sua elatus in eos projicere, qui paulo ante ejus auctores despexerant. Saulus interea studium quidem eorum & benevolentiam erga se collaudabat: verum jurejurando negavit se quenquam à tribulibus eo die conspecturum esse supplicio affectum. quippe absurdum fore *ajebat* ut victoria à Deo data sanguine & cæde eorum fœdaretur, qui ex eadem qua ipsi stirpe essent prognati: magis vero decere, mutuo amore epulisque diem celebrare.

λαμπρὸν ἐπράχθη τῷ Σαύλῳ [h] τὸ ἔργον, καὶ ὡς πάντας αὐτὸν τὰς Ἑβραίους διῆγλεν ἐπαινούμενον, καὶ δόξης ἀπολαύοντα θαυμαστῆς ἐπ' ἀνδρείᾳ. καὶ γὰρ εἴ τινες ἦσαν οἱ πρότερον αὐτὸ [i] κατεφρόνουν, τότε μετέγνωσαν ὅτι τὸ τιμᾶν καὶ πάντων ἄριστον νομίζειν. ὁ γὰρ [k] ἤρκησεν αὐτῷ τὰς Ἰαβισηνὰς σεσωκέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆ τ Ἀμμανιτῶν ἐπιστρατεύσας χώρᾳ, πᾶσαν αὐτὴν κατεστρέφετο· καὶ πολλὴν λείαν [l] λαμπρῶς εἰς τὴν οἰκείαν ἀπέστρεψεν. ὁ δὲ λαὸς, ὑφ' ἡδονῆς [m] τῶν Σαύλῳ κατωρθωμένων, ἔχαιρε μὲν ὅτι τοιοῦτον ἐχειροτόνησε βασιλέα. πρὸς δὲ τοὺς ὐδὲν ὄφελος αὐτὸν ἑστάναι τοῖς πράγμασι λέγοντας ἐβόων· ποῦ νῦν εἰσὶν ἐκεῖνοι, καὶ δότωσαν δίκην· καὶ πάντ' ὅσα φιλεῖ λέγειν ὄχλος ἐπ' ἀπειλαῖς [n] ἁρμένος πρὸς τοὺς ἐξυβριζοντας ἔναγχος τοὺς τούτων αἰτίους. Σαύλου δὲ τούτων μὲν ἀπέστρεφε τὴν εὔνοιαν καὶ τὴν [o] περὶ αὐτοῦ προθυμίαν· ὥμοσε γὰρ [p] μή τινα περιόψεσθαι τῶν ὁμοφύλων [q] ἀναιρούμενον ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας. ἄτοπον γὰρ εἶναι τὴν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ δεδομένην νίκην αἵματι Φύρειν καὶ φόνῳ, τῶν ἐκ ταὐτοῦ γένους αὐτοῖς· [r] πρέπειν δὲ μᾶλλον ἀμνεμόνως διακειμένους ἑορτάζειν.

Regnum Saulo renovatur. 1 *Reg. c.* 11.

4. Cum vero Samuelus pronunciasset; altera etiam opus esse inauguratione, ut *novis auspiciis* Saulo confirmaretur regnum, omnes sese in urbem Galgala congregant: nam ut in istum locum convenirent, jusserat Samuelus. ac rursum populo inspectante Saulum sacro oleo inungit propheta, iterumque *eum* declarat regem. Atque hoc modo Hebræorum respublica in regni formam commutata est. nam sub Moyse & discipulo ejus Jesu, qui exercitui cum imperio præerat, in optimatium statu permanserunt. Ejus autem post obitum, annos omnes decem & octo præterea, populus non habuit summum magistratum. Postea vero ad pristinam regiminis formam redierunt, *supremo* rerum omnium judicio ei, qui bello optimus & fortitudine præcellere videretur, permisso. quam ob rem *totum* hoc tempus, quo isto gaudebant statu, Judicum appellarunt.

δ'. Σαμουὴλ δὲ φήσας [s] καὶ δευτέρας δεῖν χειροτονίας Σαύλῳ τὴν βασιλείαν ἐπικυρῶσαι, συνίαζι πάντας εἰς Γαλγαλα πόλιν· [t] ἐκεῖ γὰρ αὐτὸς ἐκέλευσεν ἐλθεῖν. καὶ πάλιν ὁρῶντος τοῦ πλήθους ὁ προφήτης χρίει τ Σάουλον τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ καὶ δεύτερον ἀναγορεύει βασιλέα. καὶ οὕτως ἡ τῶν Ἑβραίων πολιτεία εἰς βασιλείαν μετέπεσεν. ἐπὶ γὰρ Μωϋσέως καὶ [u] μαθητοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ, ὃς ἦν στρατηγὸς, ἀριστοκρατούμενοι διετέλουν· μετὰ δὲ τὸν [x] ἐκείνου τελευτὴν, ἐπὶ τοῖς πᾶσι δέκα καὶ πρὸς τούτοις ὀκτὼ, τὸ πλῆθος αὐτῶν ἀναρχία κατέσχε. μετὰ ταῦτα δ' εἰς τὴν προτέραν ἐπανῆλθον πολιτείαν· τῷ κρῖναι πόλεμον ἀρίστῳ δόξαντι γεγενῆσθαι καὶ κατ' ἀνδρείαν πρὸ [y] τῶν ὅλων δικάζειν ἐπιτρέποντες. καὶ διὰ τοῦτο τὸ χρόνον τοῦτον τῆς πολιτείας, Κριτῶν ἐκάλεσαν.

Samuelus populo ostendit suam innocentiam. 1 *Reg. c.* 12.

5. Samuelus autem propheta, cum Hebræos in concionem convocasset, ait, "adjuro vos per maximum Deum, qui fratres bonos, Moysem sane volo & Aaronem, in hanc lucem misit, & patres vestros ex Ægyptiorum dominatu & *dura* qua illos premebant servitute eripuit, ut, neque pudori cedentes, neque ex metu aliquid imminuentes, neque ulli affectui obsequentes, dicatis, ecquid pravi & injusti fecerim, aut quæstûs ergo, aut plus justo habendi cupidine, aut ut gratiam cum aliis inirem. Coarguite *me* si cujus vitulum aut ovem, aut simile quidpiam acceperim (cum tamen culpa vacare videatur, si quid in victum cesserit) aut si alicujus jumentum meos in usus abripiendo eum contristaverim; in hisce & similibus *si vel tantillum peccaverim*, dicite, rege vestro præsente". Illi vero exclamarunt,

ε'. Ἐκκλησίαν δὴ Σαμουὴλος ποιήσας ὁ προφήτης τ Ἑβραίων, [z] "ἐπόμνυμι, φησὶν, ὑμῖν τ μέγιστον Θεὸν, "ὃς τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἀγαθοὺς ἐκείνους, λέγω δὴ Μωϋ- "σῆ καὶ Ἀαρῶνα, παρήγαγε εἰς τ βίον, καὶ τοὺς πα- "τέρας ἡμῶν ἐξήρπασεν Αἰγυπτίων, καὶ τ [a] ὑπ' αὐτοῖς "δουλείας· μηδὲν μήτ' αἰδοῖ χαριζομένους, [b] μήθ' ὑπο- "στελλομένους φόβῳ, μήτε ἄλλῳ τινὶ πάθει προσχωρή- "σαντας εἰπεῖν, [c] τί μοι πέπρακται σκαιὸν καὶ ἄδι- "κον, ἢ κέρδους ἕνεκα, ἢ πλεονεξίας, ἢ χάριτος τ "ὑμῶν [d] ἄλλης. [e] ἐλέγξατ' εἰ μόχθον ἢ πρόβατον ἢ τοιοῦ- "τόν τι προσηκάμην· ἀφ' ὑμῶν ἀνεμέσητον δοκεῖ "λαμβάνειν· ἢ εἴτινος ὑποζύγιον εἰς ἐμὴν ἀποστάσας "χρείαν ἐλύπησα· τούτων ἔν τι κατεῖπεῖν παρόντος ὑ- "μῶν τ βασιλέως". οἱ δὲ ἀνέκραγον, "μηδὲν τούτων "ὑπ'

h Τὸ ἔργον] Abest τὸ *Big. Hen.* & *Vat.* ibidem ἔργων *Samb.* & mox πρὸς πάντα *Big.*

i Κατεφρόνουν,] Καθαφρονοῦντες *Vat.*

k Ἤρκησεν αὐτῷ] Ἤρκεσεν *Big. Samb.* & *Vat.* alterum tamen correctius & vetustius.

l Λαμπρῶς] Aut λαμπρὰς cum *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.*

m Τῶν Σαύλῳ] Ita ex *Big.* & *Samb.* in *Editis*, *Aliisque* τῷ Σαύλῳ κατορθωμένων.

n Ἡρμένος] Sic *Big.* & *Samb.* ἠρεσμένος *Basil. G. Alii*que. εἰρημένος legisse videtur *Epiphan.* Ita tamen *Vat.* λέγειν ὄχλος ἐν ὑπερβολαῖς πρὸς τοὺς ὑπελίζοντας ἔναγχος.

o Περὶ αὐτὸν] Περὶ αὐτὸν *Big. Samb.* & *Vat.*

p Μή τινα περιόψεσθαι] Μηδένα *Big.* & *Samb.* μηδένα *Vat.*

q Ἀναιρούμενον ἐπ' ἐκείνης] Ἀναιρεθῆναι ἀπ' ἐκείνης *Vat.* & mox ὑπὸ Θεοῦ.

r Πρέπειν δὲ μᾶλλον] Πρέπειν δὲ μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους ὑμνοῦντας in quatuor *MSS.*

s Καὶ δευτέρας] Καὶ δευτέρᾳ δεῖν (vel δεῖ) χειροτονίᾳ in aliquibus *MSS.*

t Ἐκεῖ γὰρ αὐτὸς] *Al.* ἐκέλευσεν γὰρ αὐτὸς ἐκεῖ ἐλθεῖν.

u Αὐτοῦ] Delet *Collatio Voss.*

x Ἐκείνου τελευτὴν,] Aut ἐκείνων cum *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.*

y Τῶν ὅλων] Τῶν ἁπάντων *Vat.*

z Ἐπόμνυμι,] Ἐπόμνυμι in quinque *MSS.* Atticissant hîc *Basil.* & *G.*

a Ὑπ' αὐτοῖς] Ὑπ' αὐτὸς *Vat.*

b Μήθ' ὑποστελλομένους φόβῳ,] Ita cum *Vat.* in *Aliis* μήτε.

c Τί μοι πέπρακται;] Εἴ τι μοι *Big. Samb.* & *Vat.*

d Ἄλλης.] Ἀλλήλων *Vat.*

e Ἐλέγξατ' εἰ μόχθον] Vel cum *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* ἐλέγξατ' εἴ τι κ τ τοιοῦτον τι προσηκάμην, μόχθον ἢ πρόβατον. Favet & *Epiphanii* liber. mox ἤτινος ὑποζυγίου εἰς τὴν ἐμὴν, in iisdem *MSS.*

f Αὐ-

"ὑπ' αὐτῶ γενόμενα· σωθῆναι ἢ ὁσίως [f] αὐτὸν καὶ δι-
"καίως ἅπασι ἔθνεσι.

ε'. Σαμουὴλος δ', ταύτης ἐξ ἁπάντων τὴν μαρτυρίας
αὐτοῖς γενομένης, "ἐπεὶ δεδώκατέ μοι, φησὶν, τὸ μη-
"δὲν ἄτοπον [g] ἐφ' ὑμᾶς αὐτοῖς ἐμοῦ δυνάσθαι λέγειν, φέρε
"νῦν μοι παῤῥησίας ἀκούσατε ἐμοῦ λέγοντος, ὅτι μεγάλα
"ἡσεβήσατε εἰς τὸν Θεὸν αἰτησάμενοι βασιλέα. ἐλαμνημο-
"νεύειν δ' ὑμᾶς ἔδει, ὅτι σὺν ἑβδομήκοντα μόνοις
"ἐκ τοῦ γένους [h] ἡμῶν ὁ πάππος Ἰάκωβος ἐλθὼν λιμὸν
"εἰς Αἴγυπτον ἦλθε. κἀκεῖ πολλῶν μυριάδων ἐπιτεκνω-
"θέντων, ἃς εἰς δουλείας καὶ χαλεπὰς ὕβρεις ἤγαγον οἱ
"Αἰγύπτιοι, ὁ Θεὸς, [i] ἐξαμένων τὸν πατέρων, χωρὶς
"βασιλέως παρέσχεν αὐτοῖς ῥύσασθαι τὴν ἀνάγκης τὸ σωτῆ-
"ριον, Μωϋσῆν αὐτοῖς καὶ Ἀαρῶνα [k] πέμψας ἀδελ-
"φούς· οἳ ἤγαγον ὑμᾶς εἰς τόνδε τὸν γῆν, ἣν νῦν ἔ-
"χετε. καὶ τούτων ἀπολαύσαντες ἐκ τοῦ Θεοῦ, προδεδώ-
"κατε τὸν θρησκείαν καὶ τὸν εὐσέβειαν. ὃ μὲν ἀλλὰ
"καὶ [l] πολεμίοις ὑποχειρίους γινομένους ἠλευθέρωσε.
"πρῶτον μὲν Ἀσυρίων καὶ τὴν ἐκείνων ἰσχὺν ὑπερτι-
"θεὶς ἀπεργασάμενος· ἔπειτα Ἀμμανιτῶν κρατῆσαι πα-
"ρασχὼν [m] καὶ Μωαβιτῶν, καὶ τελευταῖον Παλαιστί-
"νων. καὶ ταῦτα ὁ βασιλέως ἡγεμόνος διεπεράσασθε,
"ἀλλ' [n] Ἰεφθοῦ καὶ Γεδεῶνος στρατηγούντων. τίς οὖν ἔχει
"ὑμᾶς ἄνοια, [o] φυγεῖν μὲν τὸν Θεὸν, ὑπὸ βασιλέα δὲ
"εἶναι θέλειν. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀποδείξω τοῦτον ὃν αὐτὸς ἐ-
"πελέξατο. ἵνα μέντοι γε φανερὸν [p] ὑμῖν ποιήσω τὸν Θεὸν
"ὀργιζόμενον καὶ δυσχεραίνοντα τῇ τῶν βασιλείας ὑμῶν αἱρέ-
"σει, δηλώσω τοῦτ' ὑμῖν [q] τὸν Θεὸν ποιήσας ὑμᾶς σή-
"μειον [r] ἐναργῶς. ὁ γὰρ ἀθέρος πότερον εἶδεν ὑμῶν οὐ-
"δεὶς ἐνταῦθα γεγενημένον, θέρους ἀκμῇ χειμῶνα, αἰτη-
"σάμενος τὸν Θεὸν παρέξω τοῦτο νῦν ὑμῖν ἐπιγνῶναι". καὶ
ταῦτ' εἰπόντος πρὸς τὸ πλῆθος τοῦ Σαμουήλου, [s] βροντὰς
σημαίνει τὸ θεῖον καὶ ἀστραπὰς καὶ χαλάζης καταφορὰς
τιὼ τοῦ προφήτου πᾶσι πάντων ἀληθῆναι· ὡς πεφαμένους
τας αὐτοὺς καὶ πεισθέντας [t] ἁμαρτεῖν τε ὁμολογεῖν
καὶ κατ' ἄγνοιαν εἰς τοῦτο προπεσεῖν, καὶ ἱκετεύειν τὸν
προφήτην ὡς [v] πατέρα χρηστὸν καὶ ἐπιεικῆ τοῦ Θεὸν αὐτοῖς
ὑμενῆ καταπῆσαι, καὶ παυτὸν ἀφεῖναι τὴν ἁμαρτίαν, ἵν'
πρὸς οἷς ἐξύβρισαν ἄλλοις καὶ [x] παρενόμησαν προσεξηρ-
γάσωνται. ὁ δὲ ὑπισχνεῖται καὶ προσκαλέσειν τὸν Θεὸν συγ-
γνώναι πρὸς τούτων αὐτοῖς καὶ πείσειν. σπεύδειν μέντοι
δικαίους εἶναι καὶ ἀγαθοὺς, καὶ μνημονεύειν ἀεὶ τοῦ Δι-
τιὼ προφέρειν [y] τὴν ἀρετὴν αὐτοῖς κακῶν συμπεσόντων·
καὶ τῶν σημείων τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας,
εἰ σωτηρίας αὐτοῖς καὶ τῆς μετὰ τοῦ βασιλέως εὐ-
δαιμονίας ἐστὶν ἐπιθυμία. εἰ δὲ τούτων ἀμελήσουσιν,
ἔλεγεν, ἥξειν αὐτοῖς τε καὶ τῷ βασιλεῖ μεγάλην
[z] ἐκ Θεοῦ πληγήν. καὶ ὁ Σαμουὴλος μὲν ταῦτα
τοῖς Ἑβραίοις προφητεύσας, ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ
οἰκεῖα, βεβαιώσας ἐκ δευτέρου τῷ Σαούλῳ τὴν βα-
σιλείαν.

"horum nihil ab eo factum, sed sancte & juste
"genti præfuisse.

6. Samuelus autem, cum de eo universi præ- *Samuelus populi ingratum animum arguit. 1 Reg. c. 12.*
clarum adeo dedissent testimonium, inquit, quo-
"niam id mihi concessistis, vos nihil mali mihi
"adhuc objicere posse, eja agite, nunc animum
"mihi advertite dum vobis paulo liberius dicam,
"vos rege flagitando graviter in Deum deliquisse.
"Oportebat enim vos meminisse, quod cum se-
"ptuaginta solummodo nostri generis hominibus
"avus Jacobus fame coactus in Ægyptum vene-
"rit. Cumque ibi in multas myriadas illorum ex-
"crevisset soboles, eaque ab Ægyptiis in gravem
"& contumeliosam adducta esset servitutem,
"Deus, à patribus *vestris* invocatus, absque rege
"eis auctor erat, ut multitudo ex ista liberaretur
"necessitate, mittendo eis Moysem & Aaronem
"fratres; qui vos in hanc terram eduxerunt, quam
"nunc possidetis. Et tamen post ista à Deo ac-
"cepta beneficia *non semel* prodidistis *veram* pie-
"tatem ac religionem. nihilominus vos in ho-
"stium potestatem redactos in libertatem asseruit.
"Cum primum quidem effecerit, ut superiores
"essetis Assyriorum potentia: deinde vobis dederit
"Ammanitas vincere & Moabitas, postremoque
"Palæstinos. atque hæc *omnia* confeciistis, non re-
"giis auspiciis, sed ductu Jephthæ & Gideonis.
"Quæ igitur vos cepit dementia, ut Dei quidem
"imperium detrectaretis, vosmet vero regi subji-
"ceretis. Sed ego quidem istum creavi regem
"quem ille designavit. At vobis ut manifestum
"fiat, Deum iratici & indignari, quod regium do-
"minatum elegeritis, ita res comparabo ut Deus
"indiciis certissimis hoc ipsum vobis ostendat.
"Quod enim nunquam quisquam vidit in hac
"regione, æstate media tempestatem, hoc ipsum
"cum Deum invocavero faciam ut vos conspi-
"ciatis". Ac statim ut hæc ad populum dixerat *Samuelis verbis fidem adstruit Deus miris prodigiis. 1 Reg. c. 12.*
Samuelus, tanta vi tonitruum ac fulgurum &
grandinis prophetæ in omnibus veritati fidem ad-
struit Deus, ut admiratione & timore perculsi
peccasse se cuncti profiterentur & per insciitiam
eò prolapsos esse; atque à propheta contenderent,
ut veluti pater benignus mitisque propitium sibi
redderet Deum, ita ut istud remitteret peccatum,
quo tot alias suas contumelias & delicta cumula-
rant. Ille vero pollicitus est, se Deum ut illa ipsis
condonaret rogaturum, simulque exoraturum.
Veruntamen eis consilium dedit, ut justi esse stu-
derent & boni: semperque in memoria tenerent
calamitates, in quas à virtute descisendo incide-
rant; ac præterea signa à Deo edita, legesque à
Moyse latas, si illis incolumitatis suæque juxta ac
regis felicitatis cupido incesserit. Sin vero ista
neglexerint, fore ajebat, ut ipsi una cum rege grave
à Deo plagam acciperent. Et cum Samuelus
quidem hæc Hebræis prædixisset, illos domum
quemque suam dimisit, regno iterum Saulo con-
firmato.

[f] Αὐτὸν καὶ δικαίως] Ita *Big.* & *Samb.* numero meliori. in *Editis*, *Aliisque* καὶ δικαίως αὐτοῦ τ. & mox αὐτῷ τὴ μαρτυρίας γενομένης.

[g] Ἐφ' ὑμᾶς αὐτοῖς ἐμοῦ] Ἐφ' ὑμᾶς *Big. Samb.* & *Vat.*

[h] Ἡμῶν ὁ παππος] Ita cum *Samb.* & plerisque *Epiphanii* libris. in *aliis* ὑμῶν.

[i] Εὐξαμένων] Συνεξαμένων *Vat.*

[k] Πέμψας ἀδελφούς] Ἀποστείλας *Big. Samb.* & *Vat.*

[l] Πολεμίοις ὑποχειρίους] Pressius *Big. Samb. Gall.* & *Vat.* τοῖς πολεμίοις ὑποχειρίους γενομένους.

[m] Καὶ Μωαβιτῶν,] Illa καὶ Μωαβιτῶν non agnoscit *Vet. Interpr.*

[n] Ἰεφθοῦ καὶ Γεδεῶνος] Ita ex p. 297. v. 43. Ἰεφθάε *vulgo.* Ἰεφθᾶ *Vat.*

[o] Φυγεῖν μὲν τὸν Θεὸν,] Φεύγειν *Vat.* & mox ὑπὸ βασιλεῖ, & dein ὑποδείξω.

[p] Ὑμῖν ποιήσω] Ὑμῖν αὐτὸν ποιήσω *Vat.*

[q] Τὸν Θεὸν ποιήσας ὑμᾶς] Illa τὸν Θεὸν desunt *Vat.*

[r] Ἐναργῶς.] Forte ἐνεργῶν. COCC.

[s] Βροντὰς] Nam licet hic æstate tonitrua & fulmina soleant esse, in Palæstina & Syria hyeme tonat. REL.

[t] Ἁμαρτεῖν] Ita in quinque *MSS.* & *Glyca.* ἁμαρτάνειν τε *Vat.* cum *Editis.*

[v] Πατέρα χρηστὸν] Αὐτοῖς post πατέρα inserunt *Big.* & *Samb.*

[x] Παρενόμησαν προσεξηργάσαντο.] In *MSS.* παρηνόμησαν & παρηνόμεσαν & statim προσεξειργάσαντο.

[y] Τῆς ἀρετῆς αὐτοῖς] Τῆς ἀρετῆς non agnoscit *Vat.*

[z] Ἐκ Θεοῦ πληγήν.] Ἐκ τοῦ Θεοῦ *Vat.*

VII.

CAP. VI.

Ut Palæstini rursus Hebræos armis aggressi, ab iis debellantur.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ως στρατευσάμενοι πάλιν ἐπὶ τὸς Ἑβραίους οἱ Παλαιστῖνοι ἡττήθησαν.

Palæstini, postquam ferri usum Hebræis ademerant, bellum movent. 1 Reg. c. 13.

HIC vero delectis ex multitudine circiter tribus millibus, cum ex eis duo quidem millia sibi in satellitium sumpsisset, ipse in urbe Bethelis commorabatur: * at reliquos cum filio suo Jonathæ dedisset ut ei corporis custodes essent, *eum* Gabas mittebat. Ille autem in castro quodam Palæstinorum expugnando occupatur, quod à Galgalis non procul aberat. Nam qui Gabam incolebant Palæstini, debellatis Judæis, & arma ipsis auferebant, & munitissima regionis loca præsidiis tenebant: porro & à ferro gestando, ejusque usu in universum *illos* prohibebant. Atque ob hoc interdictum agricolæ, si quando illis opus esset ut instrumenta sua inspicarent; puta vomerem, aut ligonem, aut aliud quidpiam eorum quibus in agrorum cultura utuntur, ad Palæstinos crebro euntes illa reficienda curabant. Ut vero de castro eversо audiverunt Palæstini, indignati, & contemptum *Hebræorum* gravem esse injuriam interpretati, Judæis bellum inferunt. Adducebant peditum quidem trecenta millia, curruum autem triginta millia, equitum vero sexaginta millia: ac castra metantur apud urbem Machmam. Hæc cum Saulus rex Hebræorum intellexisset, in urbem Galgala descendit; & dimissis per totam regionem præconibus populum libertatis tuendæ ergo ad bellum contra Palæstinos convocat, potentiam eorum *verbis* elevans, eique obtrectans tanquam esset spernenda, & quod nec tantillum dubitarent cum illis prælium committere. Qui vero cum Saulo erant, conspectis Palæstinorum copiis, animis valde consternati erant: ac alii quidem in speluncas & cuniculos sese abdunt; plures vero in terram Transjordanianam fuga dilapsi sunt. illa autem sortis erat Gadis & Rubeli.

Israëlitæ, Saulo frustra eos hortante, Palæstinorum metu diffugiunt. 1 Reg. c. 13.

Saulus injussu Dei sacrificat. 1 Reg. c. 13.

2. Saulus vero, missis ad prophetam nunciis, *eum* ad se accersit, una cum ipso de bello rebusque *præsentibus* consultaturum. Is vero jussit ut eum illic opperiretur, atque pararet victimas. se enim post septem dies ad ipsum venturum esse, ut die septima sacra faciant, atque ita demum cum hostibus congrediantur. Et quidem dum veniret,

ſes, à rege Babyloniorum dimiſſus, in regnum ſuum reſtituitur. Cumque Hieroſolyma veniſſet, id modis omnibus agebat, ut vel memoriam priorum de Deo errorum, quorum jam pœnitere cœpit, ex animo ejiceret, quoad ejus fieri potuit, omnique erga eum religione ſemet obligaret. Templum etiam conſecravit, & urbem luſtravit; & de cætero totus in eo erat ut gratias Deo pro ſalute *ab eo impetrata* referret, eumque ſibi quamdiu viveret propitium teneret. Quin & populum eadem facere docuit, ut qui intellexerat, qualem calamitatem parum aberat quin acceperit ob contrarium vitæ inſtitutum. Inſtaurato etiam altari ſacra legitima faciebat ex præſcripto Moyſis. Cumque eo quo oportuit modo religionem curaſſet, Hieroſolymorum ſecuritati proſpexit: adeo ut murum antiquum refecerit, alterumque ei adſtruxerit, ac præterea turres altiſſimas excitarit; & arces ſuburbanas, quo magis ad præſidium eſſent comparatæ, tum aliis rebus tum omne genus commeatu neceſſario inſtruxit. Atqui vero in iſtis mutatus in melius, ita reliquum vitæ agit, ut beatiſſimus dignuſque imitatione ex illo tempore habitus fuerit, quo cœpit pietatem erga Deum colere. Itaque cum vixiſſet annos ſeptem & ſexaginta è vita migravit, annis quinque & quinquaginta in regno exactis. Atque ipſe quidem ſuis in hortis ſepultus eſt: regnum vero ad filium ejus Amoſum delatum eſt, ex matre natum cui nomen quidem Emalſema, ex urbe vero Iabata oriunda.

2 Paral. c. 33. v. 27.

Manaſſes moritur. 4 Regum, c. 21. 2 Paral. c. 33.

ζεται. γνούμενος δ' εἰς τὰ Ιεροσόλυμα τῶν μὲν προτέρων ἁμαρτημάτων περὶ τοῦ Θεὸν καὶ τοὺς μνήμους ἐπαύσατο, εἰ δυνατὸς αὐτῷ γένοιτο, τὴν ψυχῆς σκοτόμην, ὧν [i] μετεβάλετο ὥρμησε, καὶ πάσῃ χρῆσθαι περὶ αὐτὸν δεισιδαιμονίᾳ. καὶ τὸν ναὸν ἥγνισε, καὶ τὴν πόλιν ἐκάθηρε, καὶ πρὸς μόνῳ τὸ λοιπὸν ἐν τῷ χαίρειν τε τὸ σωτηρίας ἐκτίνειν τῷ Θεῷ, καὶ διατηρεῖν αὐτὸν διμενῆ πρὸς ὅλον τὸν βίον. [k] τὰ γὰρ αὐτὰ πράττειν καὶ τὸ πλῆθος ἐδίδαξε, μεμαθηκὼς οἷα πρὸ μικροῦ ἐχρήσατο συμφορᾷ, διὰ τὴν ἐναντίαν πολιτείαν. ἀπισκοδόμησε γὰρ καὶ τὸν βωμὸν, τὰς νομίμους θυσίας ἐπιτελῶν καθὼς διέταξε Μωϋσῆς. διοικησάμενος δὲ τὰ περὶ τὴν θρησκείαν, ὃν δεῖ τρόπον, καὶ τὰ τῶν Ιεροσολύμων ἀσφαλείας προενόησεν· ὥστε [l] τὰ παλαιὰ τείχη μὴ πολλῆς [m] ἀπισκοδόμησε ταφρᾶς, καὶ ἕτερον αὐτοῖς [n] ἀπεβάλετο, ἀναστήσας τε καὶ πύργους ὑψηλοτάτους, τά τε πρὸ τῆς πόλεως φρούρια τοῖς τ' ἄλλοις καὶ δὴ καὶ σιτίων [o] πάντων εἰς αὐτὰ χρησίμων ὀχυρώτερα ποιήσας. ἀμέλει δὴ τῇ πρὸς ταῦτα μεταβολῇ χρησάμενος, ἕτως τὸν μετὰξὺ διῆγε βίον, ὡς μακαρίσαι καὶ ζηλωτὸς εἶναι κἀκείνῳ ἐν χρόνῳ λογιζόμενος, ἀφ' ὧν τὸν Θεὸν ἀσεβεῖν ἤρξατο. ζήσας οὖν ἔτη ἑξήκοντα [p] ἑπτὰ, κατέστρεψε τὸν βίον, βασιλεύσας ἔτη πέντε καὶ πεντήκοντα. καὶ θάπτεται μὲν αὐτὸς [q] ἐν τοῖς αὑτοῦ πρασιδείοις· ἡ βασιλεία δὲ εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ [r] περιέρχεται [s] Ἀμώσον, μητρὸς [t] Ἐμαλσέμης μὲν ὄνομα τετυχηκότα, ἐκ δὲ πόλεως [v] Ἰαβάτης τὴν ἀρχήσης.

CAP. IV.

Ut loco Manaſſis regnavit Amoſus, & poſt Amoſum Joſias, vir juſtus piuſque. & de Olda vate.

Amoſus Judæ rex. 4 Regum, c. 21. 2 Paral. c. 33.

HIC patris ſcelera, quæ prima juventute facere auſus eſt, imitatus, ex familiarium ſuorum inſidiis ſua in domo interiit, cum vixiſſet annos quatuor & viginti, ex illis vero duo regnaſſet. In ejus autem interfectores animadvertit populus, atque Amoſum cum patre ſepeliunt, regnum vero filio ejus Joſiæ in manus tradunt, cum annum ætatis octavum ageret: cui mater erat ex oppido quidem Boſcethi, nomine vero Iede. Ille autem optima erat indole, atque à natura ad virtutem bene comparatus, regis Davidis mores in ſcopum & regulam adhibuit ad totam ſuam vitam inſtituendam: cumque annum duodecimum attigiſſet, pietatis ac juſtitiæ ſpecimen dedit *egregium*. Nam populum ad ſaniorem mentem reducebat, auctorque erat, ut, mutata de deaſtris, ut qui dii non eſſent, opinione, Deum patrium colerent: cumque ea quæ à majoribus ſuis acta eſſent diſpicere cœperit, quæ minus recte ſe haberent ſapienter emen-

Amoſo interfecto, regnat Joſias. 4 Regum, c. 22. 2 Paral. c. 34.

V.

Joſiæ pietas.

ΚΕΦ. δ'.

Ὡς ἀντὶ Μανασσῆ ἐβασίλευσεν Αμως, ᾧ μετ' Αμωσον Ιωσίας, δίκαιος ὢν καὶ θεοσεβής. περί τε Ολδᾶς προφήτου.

ΟΤΤΟΣ μιμησάμενος τὰ τοῦ πατρὸς ἔργα, ἃ νέος ὢν ἐκεῖνος ἐτόλμησεν, ἀπεκλείσθη ὑπὸ τῶν ἰδίων οἰκετῶν ἀπέθανεν ἐπὶ τῇ [x] οἰκίᾳ τῇ [y] αὐτοῦ, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ εἴκοσι, βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν [z] δύο. μετῆλθε δ' αὐτὸν τὸ πλῆθος τοὺς φονεῖς [a] καὶ τῷ πατρὶ συνθάπτουσι τὸν [b] Αμωσὸν, τὴν δὲ βασιλείαν τῷ παιδὶ αὐτοῦ Ιωσίᾳ [c] παραδιδοῦσι, ὀκταέτη τὴν ἡλικίαν ὄντα· ᾧ μήτηρ ἐκ πόλεως μὲν ἦν [d] Βοσκεθὶ, [e] Ιεδὴ δὲ τὸ ὄνομα. τὴν δὲ φύσιν αὐτὸς ἄριστος ὑπῆρχε, καὶ, πρὸς ἀρετὴν εὖ γεγονὼς, [f] τῶν Δαυίδου καὶ βασιλέως ἐπιτηδευμάτων καὶ σκοπῷ καὶ κανόνι [g] πρὸς τὸν ὅλον τοῦ βίου ἐπιτηδεύσεως [h] κεχρημένος· γνόμενος δὲ ἐτῶν δυοκαίδεκα, τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην ἐπεδείξατο. τὸν γὰρ λαὸν ἐσωφρόνιζε, καὶ παρῄνει, τῆς περὶ τῶν εἰδώλων δόξης [i] ὡς οὐκ ἦσαν θεῶν ὄντων ἀποστάντας, σέβειν τὸν πάτριον Θεόν· τάττε τῶν προγόνων ἐπισκοπῶν ἔργα, τὰ μὲν ἁμαρ-

[i] Μεταβελλόμεν ἄρξηται,] Επιβουλεύει *Big. Samb.* & *Vat.*

[k] Τὰ δὲ αὐτὰ] Ita cum *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* ταῦτα δὲ αὐτὰ ας. τὰ πλ. in *cæteris.*

[l] Τὰ παλαιὰ τείχη] Sic *MSS.* τὰ deëſt in *Editis.*

[m] Επισκοδόσας] Cum ἐπισκοδόσαις habeat *Vat.* ἐπισκοδόσας malui quam ἐπισκοδόσας *Editorum Aliorumque:* nec aliter legiſſe videtur *Epiphan.*

[n] Επεβαλεῖν,] Επεβάλλετο *Vat.*

[o] Πάντων εἰς αὐτὰ χρησίμων] Πλήθη aut ſimile quid poſt πάντων ſubintelligendum eſſe monuit Cl. *Louthius.* ipſe τινὶ ſubintellectum puto. πάντων τῶν *Big. Samb.* & *Vat.* HUDS. Deëſt vox εἰσκομιδῇ aut ſimile quid. COCC.

[p] Επτὰ,] Καὶ ἑπτὰ *Big.* & *Gall. 1.*

[q] Εν τοῖς αὐτοῦ θαδδείοις] Conf. ſup. lib. 9. c. 10. §. 4. SPANH.

[r] Περιέρχεται] Παραγίνεται *Big. Samb.* & *Vat.*

[s] Αμωσον,] Ita in *Editis Aliiſque*, & ſatis recte & juxta quædam exemplaria LXXII. Αμώτα *Big. Samb.* & *Vat.* & Αμμωνὰν *Hen.* & *Busb.* ex alia lectione τῶν ὁ.

[t] Εμαλσέμης] Μετουμεμαθὰς juxta *Verit. Hebr.* Μετοβαὰμ, & Μασαλαανὲθ, & Μετολαὰμ, & Μεταλὰμ, & Μετωμμιμεθ in LXXII. Εμασίμης *Big. Samb.* & *Gall.* Εμασιλμὰς *Vat.* in *Epiphanii* libris *Maſelmis.*

[v] Ιαβάτης] Ιαταμάτης *Vat.* in *Epiphanii* libris *Jechabeth.* Ιοβὰ nomen urbis juxta *Ver. Hebr.* Ιετέκα aut Ιετεχὰ LXXII.

[x] Οἰκίᾳ τῇ] Ita *Big.* (*Cocc.*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* οἰκείᾳ in *cæteris.*

[y] Αὐτοῦ,] Εαυτοῦ *Vat.*

[z] Δύο.] Sic *MSS.* prout ſupra, p. 504. v. 1. ἔτη δύο in *Editis.*

[a] Καὶ τῷ πατρὶ] Ita *Big. Samb.* & *Gall. 1. 2.* καὶ τοῦτο π. in *Editis Aliiſque.*

[b] Αμωσὸν,] Vide *Annott.* ad præced. c. §. 2.

[c] Παραδιδοῦσι,] Sic *Big.* & *Samb.* θαδδιδοῦσι in *Editis Aliiſque.*

[d] Βοσκεθὶ,] Ita cum *Cod. Vat.* quod *Voſcheti* vel *Voſcethi* habeant *Epiphanii* libri. Βοσκιθὶ in *Editis Aliiſque.*

[e] Ιεδὴ δὲ τὸ ὄνομα.] Εδὶς *Vat.* Ιεδὲις *Samb.* & *Gall. 1.* Ιεδὶς *Big.* & *Gall. 2.* Ιεδία, θυγάτης Εδεὰ ἐκ Βασεμὼθ LXXII. Ιεδιδὰ juxta *Verit. Hebr.*

[f] Τῶν Δαυίδου] Illud τοῦ ex *MSS.*

[g] Περὶ τὸν ὅλης] In pleriſque *MSS.* τὸν ὅλης πρὸς τὸν βίου ἐπιτηδεύσεως.

[h] Κεχρημένος.] Ἐκείνῳ κεχρημένος *Big. Samb. Vat.* & *Gall. 1. 2.*

[i] Ως οὐκ ἦσαν θεῶν ὄντων] Illud ὡς ex *MSS.* & *Vet Interpr.*

[k] Διώρ-

μαρτηθέντα [k] διώρθωσε πωιτῶς, ὡς ἂν [l] πρεσβύτατος καὶ νοῆσαι τὸ δέον ἱκανώτατος, ὅσα δ' εὗρεσιν εὖ γεγονότα καὶ κατὰ χώραν ἐφύλαττέ τε καὶ ἐμιμεῖτο. [m] ταῦτα δ' ἐπραττε, σοφίᾳ καὶ διανοίᾳ τῆ φύσεως χρώμενος, καὶ τῇ τῶν πρεσβυτέρων πειθόμενος συμβουλίᾳ εἰς εὐδαιμονίαν. [n] τοῖς γὰρ νόμοις κατακολουθῶν, [o] ὥστε καὶ τὴν τάξιν τῆς πολιτείας εἰς τῆς καὶ τὸ θεῖον διαφέρειν τε σωίζεσθαι, μὴ τυχχάνειν ἀλλ' ἐξηφανίζετο. καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς [q] καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, τάπι ἄλοη τὰ τοῖς ξενικοῖς ἀνῃμένα θεοῖς ἐξεκοψε, καὶ τὰς βωμὰς αὐτῶν κατέσκαψεν, [r] εἴ τι δ' ἀνάθημα τύποις ὑπὸ τῶν πρεσγόνων ἀνέκειτο καὶ ἐζώγρει κατέσπα. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὰς δοξης εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ θρησκείαν ἐπέστρεψε· καὶ τὰς σωνήθης [s] ἀναφερῆ θυσίας, καὶ τὰς ὁλοκαυτώσεις αὐτοῦ τῷ βωμῷ. ἀπέδειξε δὲ τινὰς κριτὰς καὶ ἐπισκόπους, οἳς ἂν διοικοῖεν τὰ παρ' ἑκάστοις πράγματα, περὶ παντὸς τὸ δίκαιον ποιούμενοι, καὶ τῆς ψυχῆς σὺκ ἔλαττον αὐτὸ περιέποντες. ἀπεμψάμενος δὲ καὶ πᾶσαν τὴν χώραν, χρυσὸν καὶ ἄργυρον τοὺς βουλομένους [t] σκέλλοντι κομίζειν [v] εἰς ἐπισκευὴν τοῦ ναοῦ, ὅσον τις ἢ προαιρέσεως ἢ δυνάμεως [x] ἔχοι. κομισθέντων δὲ τῶν χρημάτων τῆς ἐπιμελείας τοῦ ναοῦ καὶ τῆς εἰς τοῦτο δαπάνης προέσησε τόν τ' ἐπὶ τῆς πόλεως [y] Αμασίαν, καὶ τὸν γραμματέα Σαφὰν, καὶ τὸν γραφέα τῶν ὑπομνημάτων [z] Ιωάτην, καὶ τὸν ἀρχιερέα [a] Ελιακίαν· οἱ μηδὲν ὑπερθέσθαι μηδ' ἀναβολὴν δόντες, ἀρχιτέκτονας καὶ πάντ' ὅσα πρὸς τὴν ἐπισκευὴν χρήσιμα προσκαταστήσαντες, εἶχοντο τοῦ ἔργου. καὶ ὁ μὲν ναὸς οὕτως ἐπισκευασθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως εὐσέβειαν φανερὰν ἐποίησεν.

β'. Ογδοον δὲ ἤδη καὶ δέκατον τῆς βασιλείας ἔτος ἔχων, πέμπει πρὸς Ελιακίαν τὸν ἀρχιερέα, κελεύων τὸ περιὸν τοῦ χρημάτων [b] χωνευσαντα ποιῆσαι κρατῆρας καὶ σπονδεῖα καὶ φιάλας εἰς τὴν λαχανίαν· ἔτι δὲ ὅσον ἂν ἡ χρυσὸς ἐν τοῖς θησαυροῖς ἢ ἄργυρος, καὶ τοῦτο προχωμίσαντας εἰς τοὺς κρατῆρας ὁμοίως καὶ ταῦτα σκεύη δαπανῆσαι. προχωμίζων δὲ τὸν χρυσὸν ὁ ἀρχιερεὺς Ελιακίας, ἐντυγχάνει τοῖς ἱεραῖς βίβλοις τοῦ Μωϋσέως ἐν τῷ ναῷ κειμένοις, καὶ προχωμίσας δίδωσι τῷ γραμματεῖ Σαφάν. ὁ δὲ ἀναγνὼς προσῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ πάντα ὅσα κελεύσας γεγένηται πρὸς ἔχοντα ἐδήλωσε· [c] προσανέγνω δὲ καὶ τὰς βίβλους αὐτῷ. ἀκούσας δὲ καὶ περιρρηξάμενος τὴν ἐσθῆτα, τὸν ἀρχιερέα καλέσας Ελιακίαν, καὶ αὐτὸν τὸν γραμματέα, καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων φίλων τινὰς, ἔπεμψε πρὸς τὴν προφῆτιν [d] Ολδὰν, γυναῖκα δὲ [e] Σαλλάμου, [f] τῶν ἐν δόξῃ τινὸς δ' ἀγχίνοιαν ὑπαρχὸς, καὶ προστηόντας ἐκέλευε [g] λέγειν, ἱλάσκεσθαι τὸν Θεὸν καὶ [h] περὶαὐτῶν καὶ ὑμῶν· δεινὸν γὰρ εἶναι μὴ προσβαίνειν τοὺς Μωϋσέως νόμους τῶν προγόνων αὐτῶν [i] κινδυνεύοντας ἀναστάτους γενέσθαι, καὶ τῆς οἰκείας ἐκπεσόντας ἐπ' ἀλλοδαπῆς

dabat, quasi summa fuisset senectute & ad cogitandum quid fieri oportet maxime idoneus; quæ vero bene ac suo loco facta deprehendebat, ea retinebat atque imitabatur. Ista autem faciebat ex mentis suæ perspicacia & ingenii solertia, seniorumque consiliis & institutis obsequendo. cum enim legum ductum sequeretur, ea re fiebat ut in rep. curanda & in religione erga Deum *instauranda* prospere etiam ei omnia cederent; eoque magis quod horum *regum* iniquitas non *amplius exemplo* esset, sed è conspectu sublata fuerit. nam rex, urbem pariter ac regionem omnem obeundo & lucos diis peregrinis dedicatos excidit, & aras eorum evertit, & donaria eis à majoribus consecrata cum ludibrio detraxit: atque ita populum ab ea quam de illis opinionem habuerunt ad Dei cultum convertit; *quo facto* hostias ut olim & solida sacrificia ejus ad altare afferri jubet. Constituit etiam certos judices & inspectores, ut res uniuscujusque curarent, juris & æqui rationem præcipue habentes, & illud non minus quam vitam tuentes. Deinde viros per totam suam ditionem dimisit cum mandatis, ut quicunque vellent aurum & argentum ad templum reficiendum afferrent, idque suo quisque arbitratu aut prout res pateretur. Cum autem allatæ essent pecuniæ, curam templi sumptuumque in illud faciendorum commisit Amasiæ prætori urbano, & Saphani scribæ, & Ioadæ commentariensi, & Eliaciæ pontifici; qui sine mora & dilatione, ubi architectos & reliqua ad *templi* reparationem necessaria paraverant, ad opus aggrediuntur. Et quidem templum ita instauratum fecit ut omnibus innotesceret regis pietas.

Deastrorum cultum sustulit Josias.

Templum reficiendum curat.

2. At cum jam in regno annum decimum & octavum ageret, ad Eliaciam potificem mittit, jubens, ut, conflata quæ supererat pecunia, crateras inde & pateras & phialas ad sacra procuranda conficeret: ac præterea quicquid auri argentive in thesauris esset, id quoque prolatum identidem in crateras & istiusmodi vasa impenderent. Pontifex autem Eliacias, dum aurum promit, forte incidit in sacros libros Moysis in templo repositos, eosque prolatos tradit Saphani scribæ. Ille vero, cum eos perlegisset, regem adit, nunciabatque omnia ad finem esse perducta quæ imperârit: insuper & libros *Moysis* ei prælegebat. His autem auditis, vestesque scissa, cum Eliaciam pontificem accivisset, ipsumque scribam, & ex amicis aliquot maxime necessariis, misit *eos* ad Oldam vatem, uxorem Sallumi, viri inclyti & nobilitate illustris, jussitque dicere, cum ad eam accessissent, ut Deum placaret studeretque propitium efficere: metuendum enim esse, ne, ob ea quæ patres contra Moysis leges fecerint, in eo sint discrimine ut extorres fiant, suisque sedibus pulsi in alienis omnium egentes miserabiliter vitam finiant. Cum autem vates ab ipsis

Vasa fabricari jubet in Sacrorum usum.

Liber legis repertus. 4 *Regum*. c. 23. 2 *Paral*. c. 34.

Olda mulier vates.

---

k Διώρθω σωιτῶς] Ita *MSS.* διόρθω in *Editis*.

l Πρεσβύτατος] Cum *Samb.* & *Vat.* articulum ὁ omisimus ante πρεσβύτατος. atque καὶ ante κατὰ χώραν negligunt *Big.* & *Samb.*

m Ταῦτα δ' ἔπραττε,] Ταῦτα δ' ἔπραττεν ἡ σοφίᾳ καὶ ἐπινοίᾳ τῆ φύσεως χρώμενος συμβουλίαις τε καὶ εὐδαιμονίᾳ *Vat.*

n Τοῖς γὰρ νόμοις κατακολουθῶν,] Ita in omnibus *MSS.* τοὺς γὰρ νόμους οἷς ἂν κατακολουθῶν in *Editis.* HUDS. Forte, τοὺς γὰρ νόμους, οἷς ὡν κατακολουθῶν, ὅτω τ. τ. τ. τ. π. καὶ τ. π. τ. θ. εὐσεβείας, εὐοδεῖν σωίζεσθαι. *Leges enim, quas sequebatur, ita, quoad ordinem Reipublicæ & Divini cultus, recte procedere contigit, quod illarum violatio non extaret, sed abolita esset. Nam Rex* &c. COCC.

o Οὕτω περὶ τὴν τάξιν] Οντως forsan pro ὅτως ex literarum similitudine in *Big. Samb.* & *Gall.* 1. ὡς περὶ τὴν *Vat.* & *Gall.* 2. ὥστε τὴν τάξιν legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *sequens enim legem velut ordinem civitatis, & pietatem circa Deum gerens, omnia prospere gubernabat, & maximè quod à priorum regum iniquitate recedebat.* De voce ὅτω videsis Cl. *Perizonii* notas ad *Ælianum*, p. 10. c. 21.

p Εὐοδεῖ] LXX. Gen. XXIV. 12. εὐόδωσον, & *Demosthen.* εὐοδῆ. *Aristoph.* Ran. v. 282. εὐοδίαν. SPANH.

q Καὶ τὴν πόλιν] Illud καὶ *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.*

r Εἴ τι δ' ἀνάθημα] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. εἴτι δ' ἂν ἀνάθημα in *Editis Aliisque.*

s Επιφερῆ θυσίας,] Επίφερε *Vat.* & *Vet. Interpr.* ἐπίφερεν *Big.* & *Samb.*

t Σκέλλοντι κομίζειν] Ita *Big.* & *Gall.* 1. σκέλλοι in *reliquis.*

v Εἰς ἐπισκευὴν τοῦ ναοῦ,] Eo modo *Big. Samb. Busb.* & *Hen.* ὡς ἐπισκ. in *Editis.* εἰς κατάσκ. *Gall.* 1. 2.

x Εχῃ.] Forte ἔχοι. COCC.

y Αμασίαν,] Μαασὰ aut Μαασίαν LXXII.

z Ιωάτην] Ιωὰς aut Ιωαχ LXXII. Ιωὰ juxta *Epiphanium.*

a Ελιακίαν·] Χελκίαν LXXII.

b Χωνεύσαντας] Χωνεύσαντος *Vat.* atque ita forsan *Epiphan.*

c Προσανέγνω δ'] Προσανέγνω δὲ αὐτῷ καὶ τὰς βίβλους αὐτῶν *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

d Ολδὰν,] Ολδᾶ in *Editis.* Οολδὰ, aut Ολδὰν, aut Ολδᾶν in *MSS.* Ολδαν LXXII.

e Σαλλάμου,] Σελλήμ *Vat.* μητέρος Σελλὴμ LXXII. *Rom.* γυναῖκα Σελλὴμ LXXII. *Alex.*

f Τῶν ἐν δόξῃ] Τῶν ἐνδόξων τινὸς καὶ δ. εὐ. ἐπιφανῶν *Vat.*

g Λέγειν,] Sic cum *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* in *reliquis* λέγων.

h Περὶαὐτῶν] Ita in *iisdem MSS.* & *Vat.* περὶταύτης in *ceteris.*

i Κινδωνεύσαντας] Κινδωνεύσωσιν *Samb.* & *Vat.*

ipsis, quos miserat rex, mandata ejus accepissent, præcepit illis ut ab ea digressi ad regem *ista* dicerent; "quod Deus jam contra illos sententiam
Ejus responsum oraculare. "tulerit, quæ nullis refigenda est precibus, fore "ut populus pereat, & è regione *sua* ejiciatur, & "omnibus quibus jam fruitur bonis mulctetur, "quòd *scilicet* leges violarint, & cum tam multum "temporis interim fuerit pœnitentiam non ege- "rint, præsertim cum vates eos monuerint ut ad "saniorem mentem redirent, pœnasque manere "scelera prædixerint, quas, ut Deum esse credant, "& nihil mendacii istis subesse quæ per vates illis "denunciavit, omnino fore ut ab illis expetat, "propter ipsum tamen, quod justus exstiterit, "etiam nunc moraturum esse calamitates; verum, "ut ille in vivis esse desierit, quæ inferre decrevit "populo illaturum esse.

Pietas. *4 Regum, c. 23.* 3. Et quidem illi, cum mulier hoc vaticinium edidisset, reversi ad regem ei omnia retulerunt. Ille vero, missis in circuitum nunciis, jussit ut Hierosolyma convenirent sacerdotes & Levitæ, omnibus etiam cujuscunque ætatis adesse imperatis. Cum autem congregati essent, primum quidem illis legebat libros sacros: deinde, pro suggestu stans in medio populi, omnes *imperio* coëgit fidem jurejurando dare, se Deum certe colituros esse atque Moysis leges observaturos. Illi vero & his prompte assenserunt, & regis consiliis obsequuturos se receperunt: moxque sacra facientes litantesque Deum precabantur, ut benigne illos & misericorditer respicere dignaretur. Porro jussit pontifici *maximo*, si quod vas supereresset à majoribus deastris diisque peregrinis positum in templo, illud efferret: & cum non pauca essent congesta, illis incensis cinerem eorum * dispersit: denique deastrorum sacerdotes, genere Aaronis alienos, occidit.

Achiæ vaticinium impletum. 4 Regum, c. 23. 4. At cum ista Hierosolymis perfeciisset, in *suæ ditionis* regionem proficiscebatur; & quicquid in ea fecerat Hieroboamus, in peregrinorum numinum honorem, funditus delevit: falsorumque vatum ossa super altari, quod primus Hieroboamus exstruxerat, igni cremavit. Et quidem Achiam vatem, cum se ad Hieroboamum contulisset, dum ille sacrificaret totusque populus audiret, quæ eventura essent prænunciasse; quod quidam ex Davidis progenie, nomine Josias, hæc ipsa, quæ jam memoravimus, facturus esset. atque accidit ut ista adimpleta fuerint, annis trecentis sexaginta & uno elapsis.

5. Post hæc autem rex Josias, ad alios etiam ex Israëlitis profectus, qui in captivitatem & servitium non abducti fuerant ab Assyriis, illis persuasit ut impie agere desisterent, deorumque alienorum cultum relinquerent, patrium vero Deum & maximum pie colerent, eique adhærerent: domosque perscrutatus est & villas & urbes, suspicans fore ut aliquis intus custodiret deastros. Quinetiam *solis* currus, qui *in ascensu ad templum* steterant, à majoribus fabricatos, & si quid aliud adorabant ut Deum,

ἔρημοι πάντων καταῤῥέψωσιν οἰκτρῶς τὸν βίον. [k] ἀκύσασα δ' ἡ προφῆτις ταῦτα πεμφθέντων παῤῥὰ τοῦ βασιλέως, [l] αὐτῶν δι' ὧν ἐπέστειλεν ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀπελθόντας πρὸς τὸν βασιλέα λέγειν· "ὅτι τὸ μὲν θεῖον [m] ἤδη "κατ' αὐτῶν ψῆφον ἤνεγκεν, ὡς οὐκ ἰκεσίαις ἄν τις "ἄκυρον ποιήσειεν, ἀπολέσαι τὸν λαὸν, καὶ τὴν χώραν ἐκβα- "λεῖν, καὶ πάντων ἀφελέσθαι τὸν νῦν παρόντων ἀγαθῶν πα- "ρασβάντας τοὺς νόμους, καὶ πρότερον μεταξὺ χρόνῳ μὴ με- "τανοήσαντας, τὸν τε προφητῶν τοῦτο προδιανοουμένων σωφρο- "νεῖν, καὶ τοῦ θεοῦ τοῖς ἀσεβήμασι τιμωρίαν προλεγόντων, "ὡς, ἵνα πάθωσιν [n] ὅτι Θεός ἐστι, καὶ οὐδὲν ἐψεύδετο τά- "των ὧν αὐτοῖς διὰ τῶν προφητῶν κατήγγειλε, πάντως "αὐτοῖς ποιήσειν, δι' αὐτὸν μέντοι δίκαιον ἡγούμενον ἐφέ- "ξειν ἐπὶ τοῖς συμφοραῖς, μὴ ἂν τοῦ ἐκείνου πλούτου τὰ "κατεψηφισμένα [o] πάθη τοῖς ὄχλοις ἐπιπέμψειν.

γ'. Οἱ μὲν οὖν, τῆς γυναικὸς προφητευσάσης, ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ βασιλεῖ. ὁ δ', ἐπιπέμψας παντα- χοῦ τὸν λαὸν, ἐκέλευσε συνελθεῖν εἰς [p] τὰ Ἱεροσόλυ- μα τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς Λευίτας, [q] πᾶσαν τε ἡλικίαν προσεάξας παρεῖναι. ἀθροισθέντων δ' αὐτῶν, πρῶτον μὲν αὐτοῖς ἀνέγνω τὰς ἱερὰς βίβλους· ἔπειτα, [r] στὰς ἐπὶ βήματος ἐν μέσῳ τῷ πλήθει, ὅρκους [s] ποιήσασθαι καὶ πίστις ἠνάγκασεν, ἢ μὲν θρησκεύσειν τὸν Θεὸν καὶ φυλάξειν τοὺς Μωϋσέως νόμους. οἱ δὲ προθύμως τε [t] ἐπήνε- σαν, καὶ τὰ προδιανοηθέντα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ποιήσειν ὑπέ- σχοντο· θύοντές τε προαιρέτως καὶ καλλιεροῦντες τὸν Θεὸν [u] ἱκέτευον, εὐμενῆ καὶ [x] ἵλεω αὐτοῖς ὑπάρχειν. τὸν δὲ ἀρχιερέα προσέταξεν, εἴ τι περιττὸν ὑπὸ τῶν προγόνων σκεῦος τοῖς εἰδώλοις καὶ ξενικοῖς θεοῖς κατασκευὲν ἦν ἐν τῷ ναῷ, τοῦτο ἐκβαλεῖν. συναθροισθέντων δὲ πολλῶν, κατέκρηνας αὐτὰ πρὸ τῆς πόλεως τὸν ἀποδὸν αὐτῶν διέσπειρε· καὶ τοὺς ἱερεῖς τῶν εἰδώλων, οὐκ ὄντας ἐκ τοῦ Ἀαρῶνος γένους, ἀπέκτεινε.

δ'. Ταῦτα δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις διαπραξάμενος ἦκεν εἰς τὴν χώραν, καὶ [y] τὰ κατασκευασθέντα ἐν αὐτῇ ὑπὸ Ἱεροβοάμου τοῦ βασιλέως εἰς τιμὴν τῶν ξε- νικῶν θεῶν ἠφάνισε· καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ψευδοπροφητῶν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, ὃν κατεσκεύασε πρῶτος Ἱεροβοάμος, κατέκαυσε. [z] ταῦτα δὲ τοῦ προφήτου Ἀχίου καταλήψον- τα πρὸς Ἱεροβοάμον, θυσιάζοντος αὐτοῦ καὶ παντὸς ἀκού- οντος τοῦ λαοῦ, προκαταγγεῖλαι [a] τὰ γενησόμενα, ὅτι τις ἐκ τοῦ Δαυίδου γένους Ἰωσίας τοὔνομα ποιήσει τὰ προει- ρημένα. [b] σωιέδη δὲ ταῦτα λαβεῖν τέλος, μὴ ἔτη τριακόσια ἓξ ἐξηκοντάειν.

ε'. Μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ βασιλεὺς Ἰωσίας παρελθὼν καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν Ἰσραηλιτῶν, ὅσοι τὴν αἰχμαλω- σίαν ἐν τῇ ἀλείαν [c] τὴν ὑπὸ τῶν Ἀσυρίων διέφυγον, ἀφεῖναι μὲν τοὺς ἀσεβεῖς πείσεις καὶ τὰς τιμὰς τὰς πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους θεοὺς ἐγκαταλιπεῖν ἔπεισε, τὸν δὲ πάτριον καὶ μέγιστον Θεὸν εὐσεβεῖν, καὶ τούτῳ προσανέχειν· τοὺς οἰκίας τε καὶ τοὺς κώμας ἠρεύνησε καὶ τοὺς πόλεις, μή τις ἔνδον ἔχοι τι τῶν εἰδώλων ὑπονοῶν. ἃ μὲν ἀλλὰ καὶ [d] τοῖς βασιλευο- μένοις ἐφεστῶτα ἄρματα, ἃ κατεσκεύασαν οἱ πρόγονοι, καὶ εἶ

---

k Ακύσασα δ'] Forte ἀκούσασα δ' ἡ προφῆτις παρὰ τοῦ πεμφθέντων ἃ ἐπέστειλεν ὁ βασιλεὺς, *Vet. Audiens prophetissa quæ fuerant à rege mandata.* COCC.

l Αὐτῶν δι' ὧν] Δι' αὐτῶν ὧν *Big. Samb.* & *Vat.*

m Ηδη κατ' αὐτῶν] Illud ἤδη ex *MSS.*

n Οτι Θεός ἐστι,] Sic *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 2. ὅτι ὁ Θεός ἐστι in *Editis Aliisque.*

o Πάθη] Παθήματα *Vat.*

p Τὰ Ἱεροσόλυμα] Illud τὰ deëst in aliquot *MSS.*

q Πᾶσαν τε ἡλικίαν] Πᾶσαν ἡλικίαν *Vat.*

r Στὰς ἐπὶ βήματος] Vocem στὰς non agnoscit *Vat.*

s Ποιήσασθαι] Ita *Big. Samb. Gall.* 2. *Vat. Hen.* & *Busb.* ἐποιήσαντο in *Aliis.*

t Επῆνεσαν,] Sic *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. in *Editis* ἤνεσαν.

u Ικέτευον,] Ηδη ante ἱκέτευον inserunt *Big. Samb.* & *Vat.*

x Ιλεω αὐτοῖς ὑπάρχειν.] Ιλεων in *plerisque MSS.*

* *Dispersit:*] Dispersit in fluvium, *Epiphan.*

y Τὰ κατασκευασθέντα] Illud τὰ ex *MSS.* & *Coccejo.*

z Ταῦτα δὲ τοῦ προφήτου Ἀχίου] Ita è *Cod. Vat.* ταῦτα δὲ καταλ- ηφθέντα προφήτου πρὸς Ἱεροβοάμου in *Editis Aliisque.*

a Τὰ γενησόμενα,] Delendum forte τὰ. COCC.

b Σωιέδη δὲ] Deëst σὺν τοῖς ἄνω διεδηλώκαμεν, aut simile quid. COCC.

c Τὴν ὑπὸ τῶν Ἀσυρίων διέφυγον] Τὴν accepimus ex *MSS.*

d Τοῖς βασιλευομένοις ἐφεστῶτα ἄρματα,] Vetus mendum huic loco inoleviisse palam facit *Vet. Interpr.* qui verba illa τὰ τοῖς βασιλευομένοις ἐφεστῶτα plane omisit. Quin & *Gelenius* in sua versione locum interpolavit ex 4 *Regum*, c. 23. v. 11. Ipse τοῖς βαθμοῖς τειμένης vel τοῖς βάσεσι λιθίναις, aut simile quid mallem quam τοῖς βασιλευομένοις. HUDS. Gelenius hæc explicat de *Quadrigis Solis*, aliter *Rufinus.* Cum Gelenio Gallus Interpres Arnaldus; juxta 2 Reg. XXII. 11. SPANH.

εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ὢν [c] ᾧ προσεκυύκει ὡς Θεῷ [f] ἐβάστασε. καὶ καθαρίσας ἅπω τὴν χώραν ἅπασαν εἰς Ιεροσόλυμα τὸν λαὸν συνεκάλεσε, κἀκεῖ τὴν [g] ἀζύμων ἑορτήν, [h] καὶ τὴν πάσχα λεγομένην ἤγαγε· ἐδωρήσατό τε τῷ λαῷ [i] τὰ πάσχα, νεογνὰς ἐρίφους ⁊ ἄρνας τρισμυρίας, βοῦς δὲ εἰς [k] ὁλοκαυτώματα τρισχιλίους. παρεῖχον δὲ ⁊ τῶν [l] ἱερέων οἱ πρῶτοι δι' τὸ πάσχα τοῖς ἱερεῦσιν, [m] ἄρνας διχιλίας ἑξακοσίας· καὶ τοῖς Λευίταις πενταχισχιλίους ἄρνας ἔδωσαν οἱ πρεσβύτατοι αὐτῶν, βοῦς δὲ πενταχοσίους. καὶ γινομένης ἅπαντος ἀφθόνου τῆς τῶν ἱερείων εὐπορίας, τὰς θυσίας ἐπετέλουν τοῖς Μωϋσέως νόμοις, ἑκάστου τῶν ἱερέων ἐξηγουμένου [n] καὶ διακονουμένου τοῖς ὄχλοις. καὶ δὴ μηδεμίαν ἄλλην ἅπασαν ἀχθῆναι τοῖς Εβραίοις ἑορτὴν ἀπὸ τῶν Σαμουήλου τοῦ προφήτου χρόνων αἰτίαν ἴδιον, τὸ πάντα καὶ νόμους ⁊ καὶ τὴν δικαίαν θεοσέβειαν ⁊ παλαίαν σωτηρίας ἀπεπεπλῶσθαι. ζήσας δὲ ἐν εἰρήνῃ μετὰ τούτων Ιωσίας, [o] ἔτι τε ⁊ πλούτῳ ⁊ τῇ παρὰ πᾶσιν δόξῃ, κατέστρεψε τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν βίον.

de medio sustulit. Cumque hoc modo regionem universam lustrasset, populum Hierosolyma convocavit, ibique festum Azymorum, quod & Pascha dicebatur, celebravit: donavitque populo victimas Paschales, hœdos agnosque lactentes ter mille, & in solida sacrificia boum tria millia. Ac præterea principes pontifices in gratiam Paschatis sacerdotibus largiti sunt agnorum duo millia & sexcentos; & similiter Levitis primores eorum dederunt agnorum quinque millia, & boves quingentos. Cumque tam magna esset victimarum copia, sacra fecerunt convenienter Moysis legibus, unoquoque ex sacerdotibus præeunte & ministrante populo. Atque ideo nullum tale Pascha à temporibus Samuelis vatis actum erat ab Hebræis, quod omnia ex legum præscripto, priscisque patriæ ritibus observatis, peracta fuerint. Post hæc autem Josias, cum in pace vitam egisset, insuper & divitiis & gloria inter omnes floruisset, vitæ finem habuit hujusmodi.

Josias Pascha agit. 4 Regum, c. 23. & 2 Paralip. c. 35.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ὡς Ιωσίας συνέβαλεν τῷ Νεχαὼ, καὶ τρωθεὶς μετ' ὀλὺ πλούτου· καὶ ὡς Ιωάχαζον βασιλέα ἀποδειχθέντα Νεχαὼ εἰς Αἴγυπτον ἀπήγαγε, καὶ Ιωακίμῳ βασιλείαν παραδίδωσι. περί τε Ιερεμίου ⁊ Ιεζεκιήλου.

CAP. V.

VI.

Quomodo Josias cum Nechao congressus est, & vulneratus non multo post moritur: utque Joachazum regem factum in Ægyptum abduxit Nechao, & regnum Joacimo tradidit. Deque Hieremia & Iezecielo.

[p] Νεχαὼ ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, [q] ἐγείρας στρατὸν, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην [r] ἤλασε ποταμὸν, Μήδοις [s] πολεμήσων ⁊ τοὺς Βαβυλωνίους, οἳ τὴν [t] Ασσυρίων κατέλυσαν ἀρχήν. ⁊ γὰρ Ασίας βασιλεῦσαι πόθον εἶχεν. γινομένου δ' αὐτοῦ καὶ [v] Μέμφιν πόλιν, ἣν δ' [x] αὐτὴ ⁊ Ιωσίᾳ βασιλείας, μὴ δυνάμενος εἴργειν αὐτὸν διὰ τὴν ἰδίας ποιεῖσθαι χώρας τὴν ἐπὶ τοὺς Μήδους ἔλασιν. πέμψας γὰρ κήρυκα πρὸς αὐτὸν ὁ Νεχαὼ, οὐκ ἐπ' αὐτὸν στρατεύειν ἔλεγε, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Εὐφράτην [y] ὡρμηκέναι· μὴ παροξύνειν δ' αὐτὸν ἐκέλευσεν, ὡς πολεμεῖν [z] αὐτῷ κωλύοντι βαδίζειν ἐφ' ὃ διέγνωκεν. Ιωσίας δὲ οὐ πρὸς τὰ παρὰ [a] Νεχαὼ, ἀλλ' ἅπερ ἔχειν, ὡς μὴ συγχωρεῖν αὐτῷ τὴν οἰκείαν διέρχεσθαι. [b] ⁊ πεπρωμένης, οἶμαι, εἰς τοῦτ' αὐτὸν παρορμησάσης, ἵνα λάβῃ πρόφασιν κατ' αὐτοῦ. Διατάσσοντι γὰρ αὐτῷ τὴν δύναμιν, καὶ ἐφ' ἅρματος ἀπὸ κέρως ἐπὶ κέρας [c] ὀχουμένῳ, τοξεύσας τις αὐτὸν τῶν Αἰγυπτίων ἔπαισε ⁊ πρὸς τὴν μάχην ἀχρεῖος. τῷ τραύματι γὰρ βεβαλημὲς ὢν, ἐκέλευσεν [d] ἀναληφθῆναι τὸ στράτευμα, καὶ [e] ὑπέστρεψεν εἰς Ιερουσόλυμα.

Nechao Ægyptiorum rex, delectibus habitis, in expeditionem ad Euphratem fluvium profectus est, Medis bellum illaturus & Babyloniis, qui Assyriorum everterant imperium. illum enim cupido incessit regnandi in Asia. Cumque ad Menden urbem perveniisset, (erat autem illa in ditione Josiæ) cum exercitu eum prohibuit ab expeditione contra Medos per regionem suam facienda. Nechao autem, præcone ad eum misso, dicebat se non in illum exercitum educere, sed ad Euphraten ire contendisse, jubebatque cavere ne ipsum adeo irritaret, ut adversus eum præliaretur, semet à proposito itinere prohibentem. At Josias iis quæ Nechao dixerat haud assensit, sed secum constituebat iter ei non dare per suæ ditionis regionem: fato eum, ut opinor, ad hoc ipsum impellente, ut illum perdendi occasionem arriperet. Nam dum aciem instrueret curru ab uno cornu ad alterum vectus, quidam ex Ægyptiis, qui eum sagitta petierat, fecit ut ei deflagraret bellandi cupiditas.

Nechao Ægyptiorum regis expeditio. 4 Regum, c. 23. & 2 Paralip. c. 35. Josiam rogat Nechao ut ejus voluntate iter per provinciam suam facere liceret. 2 Regum, c. 23. & 2 Paralip. 2. 25. Prohibetur à Josia.

---

[c] Ω προσεκυύκει] Ita cum *Big. Samb.* & *Gall* 1. (& *Coccejo*) ᾧ προσεκυύκει ὡς Θεῷ in *Editis Aliisque.* ὃ προσεκυύκει ὡς Θεὸν *Vat.*

[f] Εβάστασε.] Juxta *S. Literas* ἴκανσε vel κατέκανσε. Nolui tamen vocem ἐβάστασε loco movere, propter ista *Eustathii* ad *Homerum* (p. 1525. *Edit. Rom.*) ἔλεγον δηλαδὴ τραπίζας τὸ καταγχθὲν δαιτὸς, τὸ μέντοι αἴρειν αὐτὰς βαστάζειν ἔφασκον.

[g] Ἀζύμων ἑορτὴν,] Sic *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. τῶν ἀζύμων *Vat.* ἄζυμον ἑορτὴν in *Editis.*

[h] Καὶ] Abundat. COCC.

[i] Τὸ πάσχα.] Ante τὸ πάσχα forsan subintelligendum εἰς, aut reponendum auctoritate *Vet. Interpr.* & LXXII. 2 *Paralip.* c. 35. v. 8.

[k] Ολοκαυτώματα] Ολοκαύτωσιν *Big.* & *Samb.*

[l] Ιερέων οἱ πρῶτοι] Forsan Ιουδαίων pro ἱερέων substituendum, quod *primi Judæorum* habeat *Epiphan.* & οἱ ἄρχοντες LXXII. 2 *Paralip.* c. 35. v. 8.

[m] Ἄρνας διχιλίας ἑξακοσίας] *Agnos quinque & sexcenta millia & Levitis agnos duo millia* in quibusdam *Epiphanii* libris, in aliis *agnos quinque millia & Levitis agnos duo millia & sexcentos.* Videsis 4 *Regum*, c. 23. v. 21. & 2 *Paralip.* c. 35. v. 7 & 8.

[n] Καὶ διακονουμένου] Illa καὶ διακονουμένου inserta dedi, quod ἐξηγουμένου καὶ διακονουμένου habeant *Big. Samb.* & *Vat.* atque *Epiphanii* versio, *hostias singulas enarrantibus & ministrantibus* &c.

[o] Ετι τε καὶ πλούτῳ] Ετι δὲ καὶ *Vat.*

[p] Νεχαὼ] Ita *Big. Gall.* 1. *Chron. Aliique.* Νεχάως in *Editis.* Νεχαὼς *Vat.* Νεχάω *Samb.* Νεκὼς *Herodoto*, l. 2. c. 156. qui dicit quod cum Syris (ita Judæos semper vocat) congressus in Magdolo eos vicerit.

[q] Εγείρας] Forte ἀγείρας. COCC.

[r] Ηλασε ποταμὸν,] Sic *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* ἤλασε in *Editis Aliisque.*

[s] Πολεμήσων] Ita in iisdem *MSS.* & *Zonara.* πολεμῶν in *Editis Aliisque.*

[t] Ασσυρίων] Eo modo *Big. Samb. Hen. Busb.* (*Cocc.*) & *Vet. Interpr.* Ασσύριον in *reliquis.*

[v] Μέμφιν πόλιν,] Ita sine ulla varietate in *Græcis* omnibus, in *Latinis* vero *Medin*, effluente sono (ut puto) literæ γ, prout fieri solet. Verum cum *Hebræis* sit מגדון, *Græcis* vero *Latinisque Interpretibus* Μαγεδδώ. inde conjicio cum Cl. *Perizonio* (in *Orig. Ægypt.* p. 416.) *Josephum* legisse *Migdo* aut *Megdo*; & hîc loci Μεγδὼν scripsisse. An fuerit *Magdolus* in finibus Ægypti, cujus *Jeremiæ* c. 44. v. 1. &. c. 46. v. 14. fit mentio, an *Mageddo* supra Samariam, an potius urbs quædam hujus nominis in finibus regni Judaïci, aliis disquirendum relinquo. HUDS. Μεγδώλοις νόμου Ægypti ἀλωσ. lib. 4. c. 11. §. 5. SPANH.

[x] Αὐτὴ] Ita *Samb.* αὐτῇ in *aliis.*

[y] Ωρμηκέναι] Eo modo *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ὁρμηκέναι in *reliquis.*

[z] Αὐτῷ κωλύοντι] Αὐτὸν κωλύοντα *Vat.*

[a] Νεχαὼ,] Νεχαῶνος & mox εἶχεν *Big. Samb. Gall.* 1. & *Vat.*

[b] Τῆς πεπρωμένης,] Τῆς πεπρωμένης ἀλαζονείας in *Editis* & quibusdam *MSS.* Verum cum ἀλαζονείας non agnoscat *Vet. Interpr.* neque *Big. Samb.* & *Vat.* facessere jussi.

[c] Ὀχουμένου,] Ἐχομένου *Samb.* & *Gall.* 1.

[d] Ἀναληφθῆναι τὸ στράτευμα,] Ita in *MSS.* ἀνακληθῆναι *Bas.* & *Vet. Interpr.*

[e] Ὑπέστρεψεν] Hîc sequutus est *Chronicorum* auctorem, lib. 2. c. 35. v. 24. qui locus (ut notavit *Schotanus*) exponi debet ex 4 *Regum*, c. 23. v. 29.

f Exsi-

piditas. Nam cum vulnus ægre ferret, juſſit ut receptui canerent, & *ſtatim* Hieroſolyma reverſus eſt. ex illa autem plaga moritur: & ſepultus eſt magnifico funere in paternis monumentis, cum quidem annos triginta novem vixiſſet, ex his vero regnaſſet triginta & unum. Vehementer eum lugebat populus, multis diebus lamentis & mœrori ſe dedens. Hieremias autem vates lugubri carmine condidit ſuper eo næniam, quæ etiamnum exſtat. Hic vates etiam mala urbi eventura ante denunciavit, literiſque mandavit & nunc factum excidium & *migrationem in Babylonem. Verum non ſolus iſte populo illa prædixit, ſed & Jezecielus vates qui primus de his duos libros conſcriptos reliquit. Erant autem hi duo ex ſtirpe ſacerdotali. Sed Hieremias quidem Hieroſolymis commoratus eſt ab anno decimo tertio regni Joſiæ, uſquedum templum una cum urbe dirutum erat. At quæ huic vati acciderunt ſuo loco narrabimus.

Joſias, adverſus Nechao in prelium egreſſus, ſagitta ictus moritur. 4 Regum, c. 23. 2 Paral. c. 35.

Epicedium ei compoſuit Hieremias.

Vaticinantur Hieremias & Jezecielus.

2. Porro mortuo, quemadmodum ante diximus, Joſia, regnum ſuſcepit filius ejus nomine Joachazus, cum jam *ætatis* annum circiter vigeſimum tertium egiſſet. Et hic quidem Hieroſolymis regnavit, matre *natus* Amitala ex urbe Lobana: nequam vero erat & moribus impuris. Rex autem Ægyptiorum, à pugna reverſus, Joachazum ad ſe accerſit in urbem Amatha appellatam, quæ in Syria eſt: & illum quidem, cum ad eum veniſſet, in vincula conjecit; fratri vero eo natu majori, ex eodem patre, Eliacimo nomine, regnum tradidit, mutato ejus nomine in Joacimum. Regioni autem tributum imperavit, centum argenti talenta, & unum auri. Et hanc quidem pecuniæ ſummam Joacimus ſolvebat: ſecum vero rex Joachazum in Ægyptum abduxit; qui & illic vita deceſſit, regno potitus tres menſes & dies decem. Mater autem Joacimi vocata eſt Zabuda, ex urbe Abuma oriunda. Atqui *is* injuſtus erat natura & maleficus, & neque in Deum pius, neque erga homines benignus.

Joachazus Judæa rex. 4 Regum, c. 23. & 2 Paral. c. 36.

Joacimus Judæa rex. 4 Regum, c. 23. & 2 Paral. c. 26.

πλοῦτᾷ δ' ἐκ τ ωλησῆς [f] ἐκείνης τ βίον· καὶ [g] κηδεύε) ἐν τ πατρῴαις ϑήκαις μεγαλοπρεπῶς, βιώσας μὲν ἔτη τριακονθαεννέα, βασιλεύσας δὲ τούτων ἐν ℭ τριάκονθα. πένθος δὲ ἐπ' αὐτῷ μέγα καὶ λαὸς πανὸς ἦχϑη, πολλαῖς ἡμέραις ὀδυρομένη ℭ κατηφοιῶτ. Ιερεμίας δ' ὁ ωροφήτης, ὑπικήδειον [h] αὐτὸ συνέταξε μέλ ϑρηνητικὸν, ὃ ℭ μέχρι νυῦ ϑρεμένῃ. ἔτ ὁ ωροφήτης ℭ τὰ μέλλονθα τῇ πόλ δεινὰ ωροεκήρυξε, ἐν γράμμασι καταλιπὼν ℭ τῶν νυῦ ἐφ' ἡμῶν ϑρυμένων ἄλωσιν, τῶν τε [i] Βαβυλωνίαν αἵρεζιν. ἃ μόνον δὲ ἔτ ωροεθέσπισε ταῦτα τοῖς ὄχλοις, ἀλλὰ ℭ ὁ ωροφήτης Ιεζεκίηλ. [k] ὃς ωρῶτ ωρὶ τούτων [l] δύο βιβλία γράψας κατέλιπεν. ἦσαν δὲ οἱ δύο τῷ ϑρῇ ἱερεῖς. ἀλλ' ὁ μὲν Ιερεμίας ἐν Ιεροσολύμοις διῆγε, ἀπὸ τρισκαιδεκάτ ἔτους τῆς Ιωσίᾳ βασιλείας ἕως ἔ κατισκάφη ἡ πόλις ℭ ὁ ναός. τὰ μέντοιγε συμβάνζα ωρὶ τούτων τ ωροφήτῃ, καὶ χώρεν δηλώσομεν.

β'. Τελευτήσαν ℭ τὸν Ιωσίᾳ, καθὼς ωροειρήκαμεν, τῶν βασιλείαν ὁ παῖς αὐτ Δεδέχεται [m] Ιωάχαζ τοῦνομα, ωρὸ τρίτου καὶ εἰκοστὸν ἤδη ἔτ γεγονώς. καὶ ἔτ μὲν ἐν Ιεροσολύμοις ἐβασίλευσε, [n] μητρὸς Αμιτάλης καὶ ωόλεως Λοβάνης, ἀσεβὴς δὲ καὶ μιαρὸς τ τρόωον. ὁ δὲ τ Αἰγυωτίων βασιλεὺς, ϰατασρέψας ἀωὸ τ μάχης, μεταωέμωε τ Ιωάχαζον ωρὸς αὐτὸν [o] εἰς [p] Αμαθὰ καλεμένην ωόλιν, ἥτις ἐστὶ τῆς Συρίας. καὶ τ μὲν ἐλθόντα ἔδησε, τῷ δὲ [q] ωρεσβυτέρῳ αὐτ ἀδελφῷ, ὁμοωατρίῳ ὄντι, Ελιακίμῳ τοῦνομα, τῶν βασιλείαν ωαραδίδωζι, μετονομάσας αὐτὸν [r] Ιωάκιμον. τῇ δὲ χώρᾳ ἐωέταξεν ἑκατὸν ταλάντα τρεγυρίε, [s] ἓν δὲ χρυσίε. καὶ [t] τοῦτο μὲν ἐτήσι ὁ Ιωάκιμ τὸ ωλῆϑ τ χρημάτων· τ δὲ Ιωάχαζον ἀωήγαγε εἰς Αἴγυωτον, ὃς ℭ ἐωελεύτησεν ἐν αὐτῇ, βασιλεύσας μῆνας τρεῖς, ἡμέρας δέκα. ἡ δὲ Ιωακίμ μήτηρ ϰαλεῖτ [v] Ζαβούδα, ἐκ ωόλεως δ' ἦν [x] Αβύμας. ἐτύγχανε δ' ὢν τὴν φύσιν ἄδικ ℭ κακοῦργ, καὶ μήτε ωρὸς Θεὸν ὅσι, μήτε ωρὸς ἀνθρώωους ὑωηκόης.

[m] Ιωάχαζ] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* Ιωάζ in *Editis.*

[n] Μητρὸς Αμιτάλης] Alibi ἐκ μητρός. Mox in *MSS.* Αμιτάλης (vel Αμιτάλις) καὶ ωόλεως Τωμνάνης (vel Τωμάνης) ἀσεβ. atque in *Epiphanii* libris, *Amita de civitate Thobona* (aut *Abana*) *fuitque impius* &c. denique *Interpretibus* LXXII. urbs hæc Λοβνὰ, aut Λοβνὰ, aut Λοβανὰ dicitur. unde (cum in *Editis* fuerit Αμιτάλης, ἀσεβὴς δ') reſcripſi Αμιτάλης καὶ ωόλεως Λοβάνης.

[o] Εἰς Αμαθὰ.] Αἱμαθὰ *Vat.* (*Coccejus*) & in *Epiphanii* libris *Hemath* aut *Emath.* ideo pro εἰς Σαμαθὰ reposui εἰς Αμαθά. Vide *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 12. p. 281.

[p] Αμαθὰ καλεμένην ωόλιν, ἥτις ἐστὶ τ Συρίας.] *Gen.* Σαμαθᾶ. Urbs Syriæ, *Rufino* Emath. Hebr. חמת LXX. Εμαθ. SPANH.

[q] Ωρεσβυτέρῳ] Vide *Uſſerium* ad A. M. 3371.

[r] Ιωάκιμον.] Vide *Grotium* ad 4 *Regum*, c. 23. v. 34.

[s] Ἐν ᾧ χρυσίε.] Καὶ χρυσίε τάλαντα ί. *Chron. Alex.* καὶ χρυσίε τάλαντον ἕν, ἢ ὡς τινες ί. *Syncell.*

[t] Τοῦτο μὲν ἐτήσι] Ita ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* καὶ τὸ μὲν in *Editis.*

[v] Ζαβούδα,] Ζαβιδία *Vat.* Ιελδαθ LXXII.

[x] Αβύμας.] Forſan pro Αρύμας. nam urbs hæc Ρυμὰ aut Ρομὰ dicitur in *S. Literis*, 4 *Regum*, c. 23. v. 37.

[y] Αρχῶ ϖαλαμβάνῃ τὴς Ναβυχοδονόσορ ὄνομα.] 2 Reg. XXIV. 1. &c. SPANH.

[z] Καρχαμησὰν] Ita cum *Samb.* & *Gall.* 1. Καρχάμισαν *Gall.* 2. Καρμάχησαν *Big.* Καρχαθησὰν in *Editis*, in *Epiphanii* libris *Archamin* vel *Circamin.* juxta *Verit. Hebr.* (2 *Paralip.* c. 35. v. 20.) *Charchemiſch.* Καρχαμὶς *Euſebio* in *Locis Hebr.* Creditur oppidum hoc fuiſſe, quod à Græcis Latiniſque *Cercuſium* vel *Circeſium* vocabatur. de quo vide *Chr. Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 15. p. 437. & de nominis origine *J. Clericum* ad 2 *Paralip.* c. 35. v. 20. HUDS. Circamia *Rufin.* SPANH.

VII. CAP. VI. ΚΕΦ. ϛ'.

Quomodo Nabuchodonoſorus, ſuperato Ægyptiorum rege, bellum intulit Judæis, & Joacimum perimit, atque Joachimum ejus filium regem conſtituit.

Ως Ναβυχοδονόσορ ἡττηθέντ Αἰγυωτίων βασιλέως, στρατεύσας ὑωὲρ τὴς Ιουδαίας Ιωάκιμον ἀωέκτεινε, καὶ Ιωάχιμον τὸν ὑὸν αὐτ κατέϛησε βασιλέα.

Nabuchodonoſorus acie fundit Ægyptios.

Anno autem quarto ex quo is regnare cœpit, quidam nomine Nabuchodonoſorus Babyloniorum imperium ſuſcipit: qui ſub idem tempus magno cum apparatu in urbem Charchameſam aſcendit (illa autem ad Euphratem ſita eſt) eo ani-

Ετ δ' αὐτ τῆς βασιλείας τέταρτον ἤδη ἔχον, τῶν Βαβυλωνίων [y] ἀρχῶ ϖαλαμβάνῃ τὴς Ναβυχοδονόσορ ὄνομα· ὃς ὑωὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν μ' μεγάλης ϖαρασκευῆς ὑωὲρ [z] Καρχαμησὰν ἀναβαίνῃ πόλιν, ἔϛι δ' αὕτη ωρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ϖολεμεῖν διεγνωκὼς τῷ τ

f Ἐκείνης] Ita *Big Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* ἐκῶ in *Editis Aliiſque.*

g Κηδεύε)] ὐ τὰς ωατρῴας ϑήκας] Voculam μ poſt κηδεύε) ejecimus auctoritate *Cod. Samb.* & *Vet. Interpr.*

h Αὐτῷ συνέταξε] Αὐτῶ *Hen.* & *Busb.*

* *Migrationem in Babylonem.*] Sequutus ſum *Epiphanii* verſionem.

i Βαβυλωνίαν αἵρεσιν.] Βαβυλῶν *Big. Samb. Gall.* 1. 2. *Hen.* & *Busb.*

k Ος ωρῶτ] Illud ὃς non agnoſcunt *MSS.* & *Vet. Interpr.*

l Δύο βιβλία] Alterum volumen excidiſſe retur *Pſeudo Athanaſius* in *Synopſi*. Ipſe vero (inquit *Huetius* in *Dem. Evang. prop.* 4.) *Ezechielis* librum puto in duas partes olim diſtinctum fuiſſe; &, ſi conjecturis patet locus, XXXIX prioribus capitibus primum volumen, poſtremis novem conſtitiſſe alterum, quo templi reparatio & urbis dimenſio continentur. Sic legit & diſtinguit *S. Petitus*, ωρῶτ ωρὶ τούτων δύο (de his duobus, *ſc.* τ ἐπὶ Τίτ ϑρυμένης ἀλώσεως καὶ τ Βαβυλῶν αἱρέσεως) βιβλίον ἃ γράψας κατέλιπεν. Videſis *Steph. Le Moine* in *Var. Sacr. tom.* 2. p. 383. & *J. A. Fabricium* de Pſeudepigraphis, p. 1117.

m Ιωάχαζ] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* Ιωάζ in *Editis.*

n Μητρὸς Αμιτάλης] Alibi ἐκ μητρός. Mox in *MSS.* Αμιτάλης (vel Αμιτάλις) καὶ ωόλεως Τωμνάνης (vel Τωμάνης) ἀσεβ. atque in *Epiphanii* libris, *Amita de civitate Thobona* (aut *Abana*) *fuitque impius* &c. denique *Interpretibus* LXXII. urbs hæc Λοβνὰ, aut Λοβνὰ, aut Λοβανὰ dicitur. unde (cum in *Editis* fuerit Αμιτάλης, ἀσεβὴς δ') reſcripſi Αμιτάλης καὶ ωόλεως Λοβάνης.

o Εἰς Αμαθὰ.] Αἱμαθὰ *Vat.* (*Coccejus*) & in *Epiphanii* libris *Hemath* aut *Emath.* ideo pro εἰς Σαμαθὰ reposui εἰς Αμαθά. Vide *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 12. p. 281.

p Αμαθὰ καλεμένην ωόλιν, ἥτις ἐστὶ τ Συρίας.] *Gen.* Σαμαθᾶ. Urbs Syriæ, *Rufino* Emath. Hebr. חמת LXX. Εμαθ. SPANH.

q Ωρεσβυτέρῳ] Vide *Uſſerium* ad A. M. 3371.

r Ιωάκιμον.] Vide *Grotium* ad 4 *Regum*, c. 23. v. 34.

s Ἐν ᾧ χρυσίε.] Καὶ χρυσίε τάλαντα ί. *Chron. Alex.* καὶ χρυσίε τάλαντον ἕν, ἢ ὡς τινες ί. *Syncell.*

t Τοῦτο μὲν ἐτήσι] Ita ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* καὶ τὸ μὲν in *Editis.*

v Ζαβούδα,] Ζαβιδία *Vat.* Ιελδαθ LXXII.

x Αβύμας.] Forſan pro Αρύμας. nam urbs hæc Ρυμὰ aut Ρομὰ dicitur in *S. Literis*, 4 *Regum*, c. 23. v. 37.

y Αρχῶ ϖαλαμβάνῃ τὴς Ναβυχοδονόσορ ὄνομα.] 2 Reg. XXIV. 1. &c. SPANH.

z Καρχαμησὰν] Ita cum *Samb.* & *Gall.* 1. Καρχάμισαν *Gall.* 2. Καρμάχησαν *Big.* Καρχαθησὰν in *Editis*, in *Epiphanii* libris *Archamin* vel *Circamin.* juxta *Verit. Hebr.* (2 *Paralip.* c. 35. v. 20.) *Charchemiſch.* Καρχαμὶς *Euſebio* in *Locis Hebr.* Creditur oppidum hoc fuiſſe, quod à Græcis Latiniſque *Cercuſium* vel *Circeſium* vocabatur. de quo vide *Chr. Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 15. p. 437. & de nominis origine *J. Clericum* ad 2 *Paralip.* c. 35. v. 20. HUDS. Circamia *Rufin.* SPANH.

τ Αἰγυπίων [a] Νεχαώ. ὑπὸ τούτῳ γὰρ τῷ χρόνῳ ἅπασα ἡ Συρία. μαθὼν δὲ τὴν τῶν Βαβυλωνίων προαίρεσιν καὶ τὴν [b] ἐπ' αὐτὸν στρατείαν ὁ Νεχαὼ, ἐβούλετο αὐτὸς ἀλιγώρησεν· ἀλλὰ συνάψας πολλῇ χειρὶ τὸν [c] Ναβυχοδονόσορον [d] ἀμυνόμενος, [e] ἐξώρμησεν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην. συμβολῆς δὲ γενομένης ἡττήθη, καὶ πολλὰς ἀπέβαλε μυριάδας ἐν τῇ μάχῃ. Ἀφικόμενος δὲ τὸν Εὐφράτην ὁ Βαβυλώνιος, τὴν ἄχρι [f] Πηλουσίου Συρίαν πᾶσαν καὶ τὴν Ἰουδαίας. τὸ δὲ ἔτος ἦν βασιλεύοντος ἤδη τοῦ Ναβυχοδονόσορος [g] ὄγδοον μὲν τῷ Ἰωακίμῳ τῷ τῶν Ἑβραίων ἔχοντι τὴν ἀρχὴν, καὶ στρατιὰν μὴ πολλὴν δυνάμενος ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους ὁ Βαβυλώνιος, φόρους αἰτῶν τὸν Ἰωακίμον, ἢ πολεμήσειν ἀπήλασεν. ὁ δὲ δείσας τὴν ἀπέλασιν, καὶ τὴν εἰρήνην ἀντικαταλλαξάμενος τῶν χρημάτων, ἔνεγκεν αὐτῷ φόρους οὓς ἔταξεν ἐπὶ ἔτη τρία.

Joacimo tributa imperat.

Β'. Τῷ δὲ τρίτῳ, στρατιὰν τοὺς Αἰγυπτίους ἀγείρας ἐπὶ τὸν Βαβυλώνιον, καὶ τοὺς φόρους αὐτῷ μὴ δοὺς, διεψεύσθη τῆς ἐλπίδος. οἱ γὰρ Αἰγύπτιοι ποιήσασθαι τὴν στρατείαν οὐκ ἐθάρρησαν. τοιγαροῦν ὁ προφήτης Ιερεμίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν προέλεγε, ὡς μάτην τῶν προφητῶν Αἰγυπτίων ἐλπίσι πεποιημένοις, καὶ ὡς δεῖ τὴν πόλιν ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίων βασιλέως ἀνάστατον γενέσθαι, καὶ [h] Ἰωάκιμον τὸν βασιλέα χειρωθῆναι [i] ὑπ' αὐτοῦ. [k] ἀλλὰ ταῦτ' εἰς οὐδὲν χρήσιμον, οὐκ ὄντων τῶν σωζησομένων, ἐλέγετο. καὶ γὰρ τὸ πλῆθος καὶ οἱ [l] ἄρχοντες ἀκούοντες παρημέλουν, καὶ πρὸς ὀργὴν λαμβάνοντες τὰ λεγόμενα, [m] ὡς οἰωνιζομένου καὶ τοῦ βασιλέως τοῦ προφήτου, τὸν Ιερεμίαν ἠτιῶντο, καὶ [n] ὑπάγοντες [o] δίκην κατεψηφίσθησαν πρὸς τιμωρίαν ἥξιουν. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔνεγκαν τὰς ψήφους κατ' αὐτοῦ, [p] οἱ δὲ ἀπέγνωσαν τῶν πρεσβυτέρων· οἳ καὶ σοφῆς ὄντες διανοίας ἀπέλυσαν τὸν προφήτην ἀπὸ τῆς αὐλῆς, καὶ τοῖς ἄλλοις συνεβάλοντο μηδὲν [q] διαθεῖναι κακὸν τὸν Ιερεμίαν. ἔλεγον γὰρ ὡς μόνον τοῦτον προλέγει τῇ πόλει τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ καὶ Μιχαίαν πρὸ αὐτοῦ ταῦτα κατηγγελκέναι, [r] καὶ πολλοὺς ἄλλους, οὓς οὐδεὶς ὑπὸ τῶν τότε βασιλέων οὐδὲν ἔπαθεν, ἀλλ' ὡς προφήτας τοῦ Θεοῦ τιμῆς ἔτυχε. τούτοις καταπραύναντες τὸ πλῆθος τοῖς λόγοις, ἐρρύσαντο τῆς κατεψηφισμένης αὐτοῦ κολάσεως τὸν Ιερεμίαν· ὃς ἁπάσας τὰς αὐτοῦ προφητείας συγγραψάμενος, νηστεύοντος τοῦ δήμου εἰς ἐκκλησιάζοντος ἐν τῷ ἱερῷ, μηνὶ ἐνάτῳ τοῦ πέμπτου ἔτους [s] τῆς Ἰωακίμου βασιλείας, ἀνέγνω τὴν βίβλον, ἣν περὶ τῶν μελλόντων συμβήσεσθαι τῇ πόλει καὶ τῷ ναῷ καὶ τοῖς ὄχλοις ἐν συντάξαις. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἡγεμόνες λαμβάνουσι παρ' αὐτοῦ τὸ βιβλίον, καὶ κελεύουσιν αὐτόν τε καὶ τὸν γραμματέα Βάρυχον ἐκποδὼν [t] ἑαυτοὺς ποιῆσαι, μή πῃ δῆλοι γένωνται· τὸ δὲ βιβλίον [v] αὐτὸ φέροντες τῷ βασιλεῖ διδόασιν. ὁ δὲ, παρόντων αὐτῷ τῶν φίλων, ἐκέλευσε τὸν ἑαυτοῦ γραμματέα λαβόντα ἀναγινῶναι. ἀκούσας δὲ τῶν ἐν τῷ βιβλίῳ καὶ ὀργισθεὶς ὁ βασιλεὺς, διέρρηξέ τε καὶ βαλὼν εἰς πῦρ ἠφάνισε· ζητηθέντας δὲ τόν τε Ιερεμίαν καὶ τὸν γραμματέα Βάρυχον, ἐκέλευσεν [x] ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν κολασθησομένους. οὗτοι μὲν οὖν ἀφεύγουσιν αὐτοῦ τὴν ὀργήν.

2. Tertio autem *anno*, cum audisset Ægyptios in Babylonium bella movere, atque *adeo* tributa ei non dedisset, de spe sua decidit. non enim ausi sunt Ægyptii expeditionem suscipere. Atqui eos Hieremias vates singulis *fere* diebus prædixit, frustra eos in Ægyptiis spem reposuisse, urbemque à Babyloniorum rege evertendam esse, atque Joacimum regem in ipsius potestatem venturum. Verum nihil proficiebatur ex iis quæ dicebat, quod nemo esset qui salutem erat consequuturus. nam & vulgus & proceres ista audita nihil curabant, & quæ dicta erant ægre ferentes, ac si male in regem ominaretur vates, Hieremiam accusabant, litemque ei intendentes postulabant ut pœna mulctaretur. & cæteri quidem omnes contra eum suffragia tulerunt, seniores vero eum absolverunt: qui, cum mentis essent sanioris, vatem *etiam* ex *atrio dimiserunt, aliisque auctores fuerunt, ne quid mali adversus Hieremiam designarent. Ajebant enim non hunc solum urbi futura prædicere, sed & Michæam ante ipsum eadem esse vaticinatum, aliosque complures, quorum nullus à sui temporis regibus malo ullo, sed honore tanquam vates Dei erat affectus. Cum verbis istis populi animos mitigassent, à supplicio, quod ei decreverant, Hieremiam liberarunt: qui, ubi sua omnia vaticinia scriptis mandaverat, jejunanti populo & in templum congregato, nono mense anni quinti regni Joacimi, librum recitavit, quo omnia, quæ urbi & templo & populo mala imminebant, complexus fuerat. Principes autem, hisce auditis librum ab ipso accipiunt, simulque jubent tam ipsum quam ejus scribam Baruchum è medio secedere, ne quis sciat ubi sint: librum vero ad regem ferentes ei obtulerunt. Ille autem, cum amici ei adessent, jussit scribam suum *librum* sumere & legere. Ast ubi audierat rex quæ in libro scripta erant, ira accensus eum *manibus* discerpsit, injectumque in ignem cremavit: præcepitque Hieremiam & Baruchum perquisitos ad eum adduci pœnas luituros. Cæterum illi iram ejus effugerunt.

Joacimus à Babyloniis deficit.

Hieremias cladem Hierosolymis imminere prædicit.

Accusatio in Hieremiam instituta. Jer. 26.

Hieremias absolvitur. Jer. 26.

Hieremiæ liber à Joacimo combustus. Jer. 26.

3. At

[a] Νεχαώ.] Νεχάω in *Editis*. Νεχαῶνι *Big.* & *Samb.*
[b] Ἐπ' αὐτὸν στρατείαν] Ita cum *MSS.* ὑπ' αὐτῷ in *Editis*.
[c] Ναβυχοδονόσορον] Sic *Samb.* & G. in *plerisque aliis* Ναβουδονόσορον.
[d] Ἀμυνόμενον,] Forte ἀμυνόμενον. COCC.
[e] Ἐξώρμησεν ἐπὶ τ] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* ἄρμησεν in *cæteris*.
[f] Πηλουσίου] Conf. lib. VI. c. 7. §. 3. SPANH.
[g] Ογδοον μὲν] Sic *MSS.* ὄγδοον in *Editis*.
[h] Ἰωάκιμον τὸν βασιλέα] Ἰωακίμῳ τῷ βασιλεῖ mutavi in Ἰωάκιμον τὸν βασιλέα ex Cod. *Vat.* qui legit ad hunc modum, καὶ ὡς πέπτωκεν ἡ πόλις ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου ἀνάστατον γενέσθαι καὶ Ἰωάκιμον τὸν βασιλέα χειρωθῆναι πρὸς αὐτοῦ. illud πρὸς αὐτοῦ habet *Big.* & πέπτωκεν ἡ πόλις ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου ἁλῶναι *Hen.* & *Busb.*
[i] Ὑπ' αὐτοῦ.] Post hæc deest forsan πέπτωκεν. COCC.
[k] Ἀλλὰ ταῦτ'] Sic *MSS.* in *Editis* deest ἀλλά.
[l] Ἄρχοντες ἀκούοντες] Ηγεμόνες ἀκούσαντες solus *Vat.*
[m] Ὡς οἰωνιζομένου καὶ τοῦ βασιλέως] *Ut ominante adversus Regem.* SPANH.
[n] Ὑπάγοντες] Forte ἐπάγοντες. COCC.
[o] Δίκην] Δίκη *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.
[p] Οἱ δὲ ἀπέγνωσαν] Sic *MSS.* pro οἳ καὶ *Editorum*. & mox pro οἱ ὄντες reposui οἳ καὶ, nixus auctoritate *Epiphanii*. HUDS. Vetus: *Seniores autem recesserunt*; quasi legisset, ἀπεχώρησαν. Forte οἱ ὄντες καὶ ἀπέγνωσαν. hoc est, *quidam vero absolverunt*. COCC.
* *Atrio dimiserunt*,] *Sc.* carceris. nam αὐλὴ τῆς φυλακῆς habemus in *Jer.* 32. & alibi.
[q] Διαθεῖναι κακὸν] Ita *Big.* & *Samb.* (& *Cocceius*) ἀφθῶναι in *Editis*.
[r] Καὶ πολλοὺς ἄλλους,] Καὶ πολλοὺς μὲν οὖν οὐδεὶς *Vat.*
[s] Τῆς Ἰωακίμου βασιλείας,] Illud τῆς ex *MSS.*
[t] Ἑαυτοὺς ποιῆσαι,] Αὐτοὺς ἡφίεσαν *Big.* & *Vat.*
[v] Αὐτὸ φέροντες] Αὐτοὶ *Samb.* & *Vat.*
[x] Ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν] Ἀναχθῆναι *Big.* & *Samb.*

VIII. 3. At non multo poſt venientem cum exercitu Babyloniorum regem recipit, metu illorum quæ vates iſte prædixerat; nihil ſe mali paſſurum eſſe exiſtimans, ut qui nec *eum* excluſerit, nec ad bellum ſe pararit. Ille autem, ingreſſus in urbem, fidem *datam* non ſervavit; ſed robuſtiſſimos quoſque Hieroſolymitarum & forma præſtantes una cum Joacimo rege interfecit, quem inſepultum extra muros abjici juſſit, filium vero ejus Joachimum regem urbis & regionis conſtituit. Primores autem populi ad tria millia captivos Babylonem abduxit: in quibus erat etiam Iezecielus vates, cum eſſet adhuc puer. Et quidem hujuſmodi finem habuit rex Joacimus, cum vixiſſet annos triginta ſex, ex illis vero undecim regnaſſet. At qui ei in regnum ſucceſſit, Joachimus, cui mater erat Noſta nomine, civis vero *Hieroſolymitana*, regnavit menſes tres, decem dies.

Nabuchodonoſorus Hieroſolyma depopulatur. 4 Regum, c. 24. & 2 Paral. c. 36.

Joachimus Judæa rex. 4 Regum, c. 24. & 2 Paral. c. 36.

γ'. Μετ' οὐ πολὺ δ' χρόνον στραλσάμενον ἐπ' αὐτὸν τὸν τῶν Βαβυλωνίων βασιλέα [y] δέχε), κ) τὸ δέον τὸ τῶν προφημένων ὑπὸ τοῦ [z] προφήτου τούτου, οὐδὲν νομίζων [a] πείσεσθ' δεινὸν μηδ' ἀποκλείσας μηδὲ πολεμήσας. [b] εἰσελθὼν δ' εἰς αὐτὸν, οὐκ ἐφύλαξε τὰς πίστεις· ἀλλὰ τοὺς ἀκμαιοτάτους κ) κάλλει διαφέροντας τ Ιεροσολυμιτῶν ἀπέκτεινε μ) τ βασιλέως Ιωακίμου, [c] ὃν ἄταφον ἐκέλευσε ῥιφῆναι πρὸ τ τείχων, τ) δ' υἱὸν αὐτοῦ Ιωάχιμον καθίησι βασιλέα τ χώρας κ τῆς πόλεως. τοὺς δ' ἐν ἀξιώματι, τρισχιλίους ὄντας τ ἀριθμὸν, [d] αὐτοὺς αἰχμαλώτους λαβὼν, ἀπήγαγε εἰς [e] τὸν Βαβυλῶνα· ἐν οἷς τότοις ἦν κ) ὁ προφήτης Ιεζεκιήλ πω ὤν. κ) τὸν μὲν τοιοῦτον Ιωάκιμον τ βασιλέα καθίστη, βιώσαντα μὲν ἔτη ἓξ κ τριάκοντα, βασιλεύσαντα δ' τούτων ἕνδεκα. ὁ δ' παραδεξάμενος αὐτοῦ τὴν βασιλείαν Ιωάχιμος, ὁ μητρὸς μὲν [f] Νοσῆς ὄνομα, [g] πολίτιδος δὲ, ἐβασίλευσεν μῆνας τρεῖς [h] ἡμέρας δέκα.

IX. CAP. VII.

Babylonius, cum pœnituiſſet quod Joachimum regem fecerat, ipſum Babylonem abduxit, & regnum Sedeciæ tradidit. Ille, vaticiniis Hieremiæ & Iezecieli diffidens, ad Ægyptios deficit: quos Judæam petentes vincit Babylonius. Quæque Hieremiæ acciderunt.

ΚΕΦ. ζ.

Οτι ὁ Βαβυλώνιος, μεταγνόησας ὅτι τῷ τὸν Ιωάχιμον ποιῆσαι βασιλέα, αὐτὸν ἀπήγαγε εἰς Βαβυλῶνα, κ) τὴν βασιλείαν παραδίδωσι τῷ Σεδεκίᾳ. ὅτος, ἀπιστῶν τοῖς προφημένους ὑπὸ τ Ιερεμίου κ τ Ιεζεκιήλου, τοῖς Αἰγυπτίοις προσίσταται· ὃς ἥττονας εἰς τὴν Ιουδαίαν νικᾷ ὁ Βαβυλώνιος. οἷά τε συνέβη τῷ Ιερεμίᾳ.

Joachimi regis facti Babyloniam pœnituit. Hieroſolymis obſeſſis, Joachimus deditionem facit: qui poſtea in captivitatem abducitur. 4 Regum, c. 24. & 2 Paral. c. 36.

BAbyloniorum autem regem, quòd regnum Joachimo dederat, non multo poſt inceſſebat metus. Nam veritus eſt, ne ille, paternæ necis injuriæ memor, regionem ab ipſa abalienaret. Miſſo igitur exercitu Joachimum in Hieroſolymis obſedit. Is vero, cum natura eſſet benignus & juſtus, noluit urbem circumſpectare ſua cauſa periclitantem: ſed ſumpta matre & cognatis, eos ducibus à Babylonio miſſis *obſides* tradidit, jurejurando ab illis accepto, nec ipſos *mali aliquid* paſſuros eſſe nec urbem. Sed fides dictis ne annum quidem manſit. Nam Babyloniorum rex eam non ſervavit, ſed per literas ducibus *ſuis* mandavit, ut, cum quotquot in urbe eſſent captivos feciſſent, adoleſcentes & artifices ad ſe vinctos adducerent (iſti autem erant ad decem millia *numero*, octingentos & triginta duos) ac *præterea* Joachimum cum matre *ejus* & amicis. Illos itaque ad ipſum deductos in cuſtodia habuit. Sedeciam vero, Joachimi *abducti* patruum, regem conſtituit, cum jurejurando eum obſtrinxiſſet, ſe regionem illi ſane conſervaturum eſſe, nec quidquam novi moliturum, fauturumve *ullatenus* Ægyptiis.

X. *Sedecias Judæ rex. 4 Regum, c. 24. & 2 Paral. c. 36. & Jer. c. 57.*

Τούτων δὲ γενομένων, τὰ περιξ ἔθνη πρὸς τὴν ἀναζωπύρησιν καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν Ἰουδαίων χαλεπῶς διακείμενα, πολλοὺς ἐπισυστάμενα διέφθειρεν, ἐνέδραις καὶ ἐπιβουλαῖς [x] αὐτῶν ἐγκρατῆ γενόμενα. πρὸς τούτους πολέμους συνεχεῖς [y] ἐκφέρων Ἰούδας, ἐπεῖχεν αὐτοὺς τῶν καταδρομῆς, καὶ ὧν ἐποίουν [z] κακῶς τοῖς Ἰουδαίοις, ἐπέσχε. καὶ τοῖς [a] Ἠσαὺ μὲν υἱοῖς Ἰδουμαίοις κατ' [b] Ακραβατήνην

HIS ita geſtis, finitimæ gentes, Judæorum vires exſuſcitatas recreataſque ægre admodum ferentes, conſpiratione facta multos occiderunt, inſidiis doliſque eos in poteſtatem ſuam redigentes. Cum iſtis Judas aſſidue bellum gerens, conabatur eos ab incurſibus cohibere, & à malis quæ Judæis intulerunt. Atque Idumæos Eſavi filios ad Acrabatenam adortus, multos interfecit & depræ-

Judas Idumæos ulciſcitur & Baanenſes & Ammanitas. 1 Maccab. c. 5.

datus

[l] Χασλεὺ μὴνὸς,] Ex præced. c. 5. § 4. Χασλεὺ μὴνὸς reſcripſi. Χισλαὶμ in *Editis Aliiſque.* Χασελεῦ 1 *Macc* c. 4. v. 52. & 59. Τιβεθὺ μὴνὸς *Hen.* HUDS. Conf. ſup. c. 5. §. 4. SPANH.

[m] Ἐπὶ τὴν τράπεζαν] *Gen.* ἐπὶ negligit.

[n] Ἐπέθηκαν,] Ἐπέθεσαν *Busb.* ἔθεσαν *Hen.*

[o] Μηνὸς, —— ἔτει,] Ita *Hen. Voſſ.* (qui nunc *Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* μηνὸς, ὀγδόῳ καὶ ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ ἔτει, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ τεσσαρακοστῇ καὶ τετάρτῃ. τῷ δὲ ἐρήμωσιν &c. *Baſ.* μηνὸς, ἡ καθαρσις δὲ ἐγένετο ἡ. κ. ρ. καὶ μ'. ἔτει, Ὀλυμπιάδι ρ'. καὶ ν'. καὶ δ'. τῷ δὲ ἐρήμωσιν &c. *Gen.* Vide *Scalig.* ad *Can. Iſagog.* p. 294. & *Voſſium* in *Chronol. S.* p. 152.

[p] Τετρακοσίων καὶ ὀκτὼ] *Gen.* υ'. καὶ η'. Sed *Lugd. Bat.* πεντεκοσίων ſcripturæ vitio. Vetus quoque *quadringentos & octo.* HAV.

[q] Τιμῶν,] Ετίμων, αὐτὸς δὲ ἕτερον *Hen.* ἴδιμα, καὶ αὐτὸς ἕτερον *Busb.* ἴδιμα, καὶ ἑαυτὸς ἕτερον legiſſe videtur *Epiphan.*

[r] Ὡς νόμον θεῖναι] Καὶ νόμον ἔθεντο *Busb.* & *Vet. Interpr.*

[s] Μέχρι δεῦρο.] Μέχρι δὲ τοῦ δεῦρο *Hen.* (μέχρι δὲ δεῦρο *L. B.*)

[t] Φῶτα·] Vocabatur (ut inquit *Grotius* ad *Joann.* c. 10. v. 22.) Φῶτα *Lumina*, quia per totos hos octo dies lucernæ noctibus etiam in domibus accendebantur, ut in titulo *Talmudico*, quo de hoc feſto & feſto Sortium agitur, traditum eſt. Videſis Cl. *Seldenum*, lib. 3. *de Synedriis*, cap. 13. §. 9. HUDS. Feſtum annuum reſtaurati à Maccabæo Templi indictum, quod Φῶτα vocarunt, Judæi 1 *Macc.* IV. v. 59. ἡμέραν ἐγκαινισμοῦ· *Hebr.* חנוכה & *Gr.* Ἐγκαινία vid. Joſeph. ἀρχ. lib. XI. c. 4. §. 7. & Scalig. de Emend. p 435. Item Contra Apion. lib. 2. §. 9. & 39. λυχνοκαΐαν apud Judæos frequentes. De cultu ἐβδομαδικῷ, de quo ibi vide Selden. de Jur. Græc. & Hebr. SPANH. Feſtum luminum. At חנוכה nomen eſt, quod & olim & nunc huic feſto datur. Id Φῶτα non notat, ſed ἐγκαίνια. Forſan tunc quoque ab uſu lucernarum plurimarum, quibus hoc feſtum celebrant, nomen geſſit. Ceterum quod putet Joſephus lumine illo deſignari lumen libertatis, quod iis inſperato affulſit, non exiſtimem. Solebant Judæi lumina in ſignum lætitiæ, uti & aliæ gentes, accendere: & in feſto tabernaculorum, ad cujus imitationem hos dies octo celebrarunt, thyrſos quoque manibus geſtantes (uti notatur 2 Haſmon. 10. 6. 7.) notum eſt quales delicias fecerint lychnis noctu accenſis; ſic ut inde potius hanc λυχνοκαΐαν repetendam crediderim. REL.

[u] Βεθσοῦραν δὲ πόλιν] Βεθσοῦραν *Hen.* Vide *Annott.* ad præced. §. 5. HUDS. Conf. *alior.* lib. 1 c. 1. §. 5. SPANH.

[x] Αὐτῶν ἐγκρατῆ γενόμενα.] Αὐτῶν κρατήσει εἰσόμενα *Hen.* (*L. B.*) *Busb.* & C.

[y] Ἐκφέρων Ἰούδας,] Ἐκφερὼν ὁ Ἰούδας *Hen.* & *Busb.*

[z] Κακῶς τοῖς Ἰουδαίοις ἐποίουν.] Κακὸν *Hen. Busb.* & C.

[a] Ἠσαὺ] Ita C. & *Vet. Interpr.* Ἠσαῦ μὲν υἱοῖς καὶ Ἰδουμαίοις *Hen.* Ἠσαὺ δὲ υἱοῖς Ἰδουμαίοις in *Editis.*

[b] Ακραβατήνην] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & C. Ακραβατίνην *Gall.* & 1 *Macc.* 5, 3. & Ακραβατῖνην in *MS. Collegii Novi.* Ακραβατίνην in *Editis.* Forſan Ακραβατιλήνην legendum. Vide *Reland.*

datus est: porro & Baani filios, qui *per vias* insidiati sunt Judæis, conclusos *in* turribus admoto exercitu obsidebat, turresque illorum incendebat, hominesque *ferro* trucidabat. Postea inde progressus in Ammanitas, validam manum numerosumque nactos exercitum, cui præerat Timotheus, illis profligatis atque devictis, Jazoron urbem expugnavit, abductisque in captivitatem uxoribus eorum & liberis, & urbe incensa, in Judæam reversus est. Cum autem vicinæ gentes intellexissent ipsum revertisse, coëunt in Galaaditin adversus Judæos, qui in ipsorum finibus degebant. At illi in Dathema castellum fuga elapsi, missis ad Judam nunciis ei significabant, Timotheum festinare ut locum, in quem confugerant, expugnaret. Adhuc istæ recitabantur epistolæ, cum *ecce* adsunt *alteri* ex Galilæa nuncii, indicantes convenisse Ptolemæeos, & Tyrios, atque Sidonios, & Galilææ extraneos.

Judæi à Juda per literas auxilium petunt. 1 *Maccab.* c. 5.

XII. *Id negotii Simoni dat ut Judæorum hostes ulciscetur.* 1 *Maccab.* c. 5.

2. Judas igitur, cum cogitasset quid fieri oporteret ad utrasque quæ *sibi* nunciatæ erant necessitates sublevandas, Simoni quidem fratri suo mandavit, ut cum tribus delectorum millibus defensum exiret Judæos qui in Galilæa habitarent: ipse vero assumpto Jonatha fratre altero, cum octo militum millibus in Galaaditin profectus est. Josephum autem Zachariæ filium & Azariam, qui reliquo exercitui præessent, reliquit, cum præcepto ut diligenter custodirent Judæam, & cum nemine ante ipsius reditum prælio dimicarent. Simon igitur, postquam in Galilæam venit, congressus est cum hostibus, eosque terga vertere coëgit; & fugientes persequutus usque ad portas Ptolemaïdis, occidit eorum ad tria circiter millia. cumque peremptorum spolia sustulisset, tam Judæos ab eis in captivitatem redactos quam eorum sarcinulas abducens, domum se recepit.

Judas cum Jonatha in Galaaditin proficiscitur. 1 *Maccab.* c. 5.

Simon in Galilea vincit hostes. 1 *Maccab.* c. 5.

Nabatæi Judæ opem implorant.

3. Judas autem Maccabæus & Jonathas ejus frater, trajecto Jordane, & ab eo tridui iter emensi, incidunt in Nabatæos, amice eis occurrentes. qui cum ei narrassent quæ fratribus in Galaaditide acciderant, multosque illorum malis conflictari, compulsos in castella & oppida Galaaditidis, atque eum monuissent ut properaret ire adversus alienigenas, summaque ope niteretur populares suos ab illis vindicare, *iis* obsequutus iter per solitudinem convertit: primoque impetu facto in habitantes Bethsuram, eaque capta, mares omnes militaris ætatis ferro trucidavit, urbemque igni cremavit. Nocte autem appetente, nihilominus perrexit, eaque ad munitionem profectus, in quam Judæos conclusos esse contigit, Timotheo cum copiis suis locum obsidente, prima luce eò pervenit. Cum-

νλω ὀπιπεσὼν, πολλὲς αὐτῶν ἀπέκτηνε Ϛ ἐσκύλευσε. συγκλείσας ὢ Ϛ τὲς ὑὲς Ϝ [c] Βαάνυ λοχῶντας τὲς Ιυδαίυς, φεικαθίσας ἐπολιόρκει, ϗ τὲς τε πύργυς αὐτῶν ἐνεπίμπρα, ϗ [d] τὲς ἄνδρας διέφθειρεν. ἔπειτ' ἐκεῖθεν ὁρμὴ τὲς Αμμανίτας [e] ὁρμήσας, δυνάμιν μεγάλην Ϛ πολυάνθρωπον ἔχοντας, ἧς ἡγεῖτο Τιμόθεος, [f] ϗ τέτυς χθρωσάμενος, τλὴ [g] Ιαζωρὸν [h] ἐξῆρε πάλιν· ϗ τὰς τε γυναῖκας αὐτῶν ϗ τὰ τέκνα λαβὼν αἰχμαλώτυς, ϗ τλὴ πόλιν ἐμπρήσας, εἰς τλὴ Ιυδαίαν [i] ἀνέστρεψε. μαθόντα δ' αὐτὸν τὰ γενόμενα τ ἐθνῶν [k] ἀναιρεθέντα, συναθροίζεται εἰς τλὴ [l] Γαλααδίτιν ὁπὶ τὲς ἐν τοῖς [m] ὁρίοις αὐτῶν Ιυδαίυς. οἱ ὢ [n] καταφυγόντες εἰς [o] Δάθεμα τὸ φρούριον, πέμψαντες πρὸς Ιούδαν, ἐδήλων αὐτῷ, ὅτι λαβεῖν ἐπανώδαγεν ὁ Τιμόθεος τὸ χωρίον εἰς ὃ συνεπεφεύγεσαν. ἀναγινωσκομένων ὢ τῶν ἐπιστολῶν τούτων, καὶ τ Γαλιλαίας ἄγγελοι παραγίνονται σημαίνοντες ὅτι συνῆχθαι τὲς ἐκ Πτολεμαΐδος Ϛ Τύρυ Ϛ Σιδῶνος, [p] ϗ τ ἀλλοφύλων τ Γαλιλαίας.

β'. Πρὸς ουὖ ἀμφοτέρας τὰς τ ἠγγελμένων χρείας σκεψάμενος ὁ Ιύδας ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, Σίμωνα μὲν τ ἀδελφὸν παρεσκεύασεν ὡς τετρακισχιλίυς τῶν ἐπιλέκτων λαβόντα, τοῖς ἐν Γαλιλαίᾳ βοηθὸν ἐξελθεῖν Ιυδαίοις. αὐτὸς ὢ καὶ Ιωνάθης ὁ ἕτερος ἀδελφὸς μ' ὀκτακισχιλίων [q] ὥρμησαν εἰς τλὴ Γαλααδίτιν. [r] κατέλιπεν ὢ, ὁπὶ τῶν ὑπολοίπων τ δυνάμεως, Ιώσηπόν τε τ Ζαχαρίυ καὶ Αζαρίαν, παραστήσας αὐτοῖς Φυλάττειν ὁπιμελῶς τλὴ Ιυδαίαν, καὶ σωπᾶν πόλεμον πρὸς μηδένα, ἕως ἂν αὐτὸς ἐπανέλθῃ. ὁ μὲν ουὖ Σίμων παραγενόμενος εἰς τλὴ Γαλιλαίαν, καὶ συμβαλὼν τοῖς ἐχθροῖς, εἰς Φυγλὴ αὐτὲς ἔτρεψε, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν τ Πτολεμαΐδος διώξας, ἀπέκτηνεν αὐτῶν ὡς πρὶ τετρακισχιλίυς. καὶ τὰ τε σκύλα λαβὼν τῶν ἀνῃρημένων, καὶ τὲς ἠχμαλωτισμένυς ὑπ' αὐτῶν Ιυδαίυς, καὶ τλὴ ἀποσκευὴν αὐτῶν ἐπαγόμενος, εἰς τλὴ οἰκείαν ἀνέστρεψεν.

γ'. Ιύδας ὢ ὁ Μακκαβαῖος Ϛ ὁ ἀδελφὸς αὐτυ Ιωνάθης, διαβάντες τ Ιορδάνλυ ποταμὸν, ϗ ὁδὸν ἀπ' αὐτυ τριῶν ἀνύσασιν ἡμερῶν, [s] τοῖς Ναβαταίοις εἰρηνικῶς ὑπαντῶσι πρεσβυγχάνυσιν. ὧν διηγησαμένων τὰ πρὸ τὲς ἐν Γαλααδίτιδι, ὡς πολλοὶ κακοπαθοῦσιν αὐτῶν ἐν τοῖς φρυρίοις [t] ἀπολημμένοι Ϛ τ πόλεσι τ Γαλααδίτιδος, ϗ σπεύδοντες αὐτῷ πρεσβεύειν ὁπὶ τὲς ἀλλοφύλυς, ϗ ζητεῖν ἀπ' αὐτῶν σώζειν τὲς ὁμοεθνεῖς, πεισθεὶς ὑπέστρεψεν εἰς τλὴ ἔρημον· ϗ παραπεσὼν πρώτοις τοῖς τλὴ [v] Βοσορρὰν κατοικοῦσι, ϗ λαβὼν αὐτλὴ, [x] κατασκαλεύσας πᾶν τὸ ἄρρεν ϗ μάχεδαι δυνάμενον διέφθρε, ϗ τλὴ πόλιν ὑφῆψεν. ὀπτημομένης ὢ νυκτὸς, ὀλ' ὅτως ἐπέσχεν, ἀλλ' ὁδεύσας δι' αὐτῆς ὁπὶ τὸ φρύριον, ἔνθα τὲς Ιυδαίυς ἐγκεκλεῖσθαι συνέβαινε, παρεκαθεζομένυ τὸ χωρίον Τιμοθέυ μ' τ δυνάμεως, ἕως-

ἦν

laudum in *Palæstina S.* p. 176. & 191. HUDS. Ακραβατλίνλω 1 Macc. v, 3. Ακραβατινὴ & MS. Big. Ακραβατλωὴ ἄλλο. lib. 11. c. 12. §. 4. Biz. *Ox.* & cap. 20. §. 4. & lib. 4. c. 9. §. 3. ubi *Gen.* Ακραιβατλινή· & c. 22. §. 2. Ακραβατλωΐ. SPANH.

c Βαάνυ λοχῶντας τὲς Ιυδαίυς,] Σαβαάνυ *Hen.* & C. Βαιάνυ juxta 1 *Maccab.* c. 5. v. 4.

d Τὲς ἄνδρας διέφθειρεν.] Τὲς ἄνδρας αὐτῶν διέφθειρεν *Hen.* & C.

e Ορμήσας,] Εξώρμησε *Hen.* & *C.*

f Καὶ τέτυς χειροτάμψας,] Χειροτάμψας ὢ καὶ τέτυς *Hen.* & *Lugd. Bat.*

g Ιαζωρὸν] Γαζαρὰ 2 *Maccab.* c. 10. v. 32. Vide *Grotium* ad 1 *Maccab.* c. 5. v. 8.

h Εξῆρε πόλιν·] Εξαιρεῖ *Hen.* (*L. B.*) & C.

i Ανέστρεψε.] Υπέστρεψεν *Hen.* & C.

k Αναιρεθέντα,] Αναιρέσεσι *Hen.* & C.

l Γαλααδίτιν] Γαλαδινὼ *Hen.*

m Ορίοις] Ita ex *Epiphan.* & 1 *Macc.* c. 5. v. 9. (ὅρυις *L. B.*) ἠρίοις in *Editis.* HUDS. Ορίοις est montanis: at interpres ἐρίοις finitimis legisse videtur. REL.

n Καταφυγόντες] Καταφθόγοντες *Hen.* & *Epiphan.*

o Δάθεμα τὸ φρύριον,] Ita etiam appellatur 1 *Maccab.* c. 5. v. 9. Διάθεμα *Hen.* & *C.* HUDS. Διαθέμα τὸ ὀχύρωμα 1 Maccab. v. 10. SPANH.

p Καὶ τ ἀλλοφύλων τ Γαλιλαίας.] Τῶν τ ἀλλοφύλων Γαλιλαίας malit *Schotanus.* Πάσης Γαλιλαίας ἀλλοφύλων 1 *Macc.* c. 5. v. 15. ϗ τ ἄλλων ἐθνῶν τ Γαλιλαίας *Hen.* (*L. B.*) *C.* & *Epiphan.*

q Ωρμησαν εἰς τλὴ Γαλααδίτιν.] Ωρμησεν *C.* & *Vet. Interpr.*

r Κατέλιπεν ὢ] Κατέλειπεν C.

s Τοῖς Ναβαταίοις] Ναβαταίυς Αραβας infr. lib. 13. c. 1. §. 2. SPANH.

t Απειλημμένοι] Συνειλημμένοι (prout in 1 *Macc.* c. 5. v. 26. & 27.) malit *Schotanus.* Περιεθλιμμένοι legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *quod multi ex iis tribularentur.*

v Βοσορρὰν] Ita & 1 *Macc.* c. 5. v. 26. (*L. B.* Βοσόρων) Βοσορὲ juxta meliores *Epiphanii* libros. in aliis *Barasa*, ut & in *vulgata* versione lib. 1. *Maccab.* Hæc autem Βοσορρὰ distinguitur à Βοσορὲ urbe Gileaditide ab ipso *Josepho* & *Scriptore* lib. 1. *Maccab.* sic ut Βοσορὲ possit haberi eadem atque בצר in tribu *Ruben*, & Βοσορρὰ pro *Bostris*. *Relandus* in *Palæst.* p. 665. בצרה significat *locum munitum*: unde & Carthaginis arx inversis literis Βύρσαν Græcis; ex quo vocabulo male intellecto fluxit fabula de taurino tergo. Erant in vicinia Judæorum urbes duæ quibus nomen בצרה, altera Idumææ, de qua *Esaias* c. 34. v. 6. & c. 63. v. 1. & *Jeremias* c. 49. v. 13. altera Moabitidos, de qua *Jeremias* c. 48. v. 24. illa in 2 *Maccab.* & *Josepho* Βοσορρὰ dicitur, *Ptolemæo* & *Stephano* Βόσορα, hæc veto Βοσὲ tam 1 *Macc.* quam *Josepho*. *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 5. v. 26. HUDS. Βοσὲ 1 Macc. v. 28. supra lib. 4. c. 7. §. 4. βόσορα μ', ἐπὶ τοῖς ὅροις τ Αραβίας· SPANH.

x Κατασκαλεύσας] Κατασκάψας *Hen.* & *L. B.*

ϑεν [y] ἐπ' αὐτὸ προσῆγον. καὶ καταλαβὼν ἤδη τοῖς τείχεσι [z] προσβεβληκότας τὰς μηχανὰς, καὶ τοὺς μὲν κλίμακας ὡς ἀναβαίνειν ἐπ' αὐτὰ, τοὺς δὲ μηχανήματα προσφέροντας, κελεύσας τὴν σαλπιγκτὼ [a] σημῆναι, καὶ παρορμήσας τοὺς στρατιώτας [b] ὑπὲρ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν μᾶλλον προθύμως, εἰς τρία διελὼν τὸ στρατὸν ἐπιπίπτει καὶ νῦν τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν Τιμόθεον αἰσθόμενοι ὅτι Μακκαβαῖος εἴη, πεῖραν ἤδη καὶ πρότερον αὐτοῦ τῆς ἀνδρείας καὶ τὸ ἐν τοῖς πολέμοις δυτυχίας εἰληφότες, [c] εἰς φυγὴν τρέπονται. ἐφεπόμενος δὲ μετὰ στρατεύματος ὁ Ἰούδας, ἀναιρεῖ μὲν αὐτῶν [d] εἰς ὀκτακισχιλίους. διώκει δὲ εἰς [e] Μάλλω πόλιν [f] ἄτω λεγομένην τὴν ἀλλοφύλων, λαμβάνει καὶ ταύτην· καὶ τοὺς μὲν ἄρρενας ἅπαντας ἀποκτείνει, τὴν δὲ πόλιν αὐτὴν [g] ἐμπίμπρησιν. ἄρας δὲ ἐκεῖθεν, πρός τε [h] Χάσφωμα, καὶ [i] Βοσὸρ, καὶ πολλὰς ἄλλας πόλεις τὰς Γαλααδίτιδος καταστρέφεται.

δ'. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ὁ πολλῷ Τιμόθεος δυνάμιν μείζω συναγαγόμενος, καὶ συμμάχους ἄλλους τε συλλαβὼν, καὶ Ἀράβων τινὰς μισθῷ πείσας αὐτῷ συστρατεύειν, ἦκεν ἄγων πρὸς τὴν σταλὰν πέραν [k] τοῦ χειμάρρου [l] Ῥαφῶν ἀντικρύς. πόλις δὲ ἦν αὕτη. καὶ παρεκελεύετο τοὺς στρατιώτας, εἰ συμβάλοιεν εἰς μάχην τοῖς Ἰουδαίοις, προθύμως ἀγωνίζεσθαι, καὶ κωλύειν αὐτοὺς διαβαίνειν τὸ χείμαρρον. διαβάντων γὰρ ἤτιαν αὐτοῖς πεσεῖσθαι. Ἰούδας δὲ ἀκούσας παρεσκευάσθαι τὸν Τιμόθεον πρὸς μάχην, ἀναλαβὼν [m] πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν, ἔσπευδεν ἐπὶ τὸν πόλεμον, καὶ περαιωσάμενος τὸ χείμαρρον [n] ἐπιπίπτει τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν [o] ὑπαντιάζοντας ἀνῄρει, τοὺς δὲ εἰς δέος ἐμβαλὼν ῥίψαντας τὰ ὅπλα φεύγειν ἠνάγκασε. καί τινες μὲν αὐτῶν διέφυγον· οἱ δὲ εἰς τὸ καλούμενον ἐν [p] Καρναΐν τέμενος συμφυγόντες, ἤλπισαν [q] πίστει σωτηρίας. Ἰούδας δὲ τὴν πόλιν [r] καταλαβόμενος, αὐτός τε ἀπέκτεινε, καὶ τὸ τέμενος ἐνέπρησε, πολλὴ χρησάμενος ἰδέᾳ τῆς ἀπωλείας τῶν πολεμίων.

ε'. Ταῦτα διαπραξάμενος, καὶ συναγαγὼν τοὺς ἐν τῇ Γαλααδίτιδι Ἰουδαίους μετὰ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν, καὶ τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς ἀποσκευῆς, οἷός τε ἦν εἰς τὴν [s] Ἰουδαίαν ἐπαναγαγεῖν. ὡς δὲ ἦκεν ἐπί τινα πόλιν [t] Ἔφρων ὄνομα, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ κειμένην, καὶ ὅτε ἄλλως αὐτῷ τραπομένῳ βαδίζειν δυνατὸν ἦν, ὅτε ἀναστρέφειν ἤθελεν, πέμψας πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ, παρεκάλει τὰς πύλας ἀνοίξαντας ἐπιδρέπειν αὐτῷ διὰ τῆς πόλεως ἀπελθεῖν. τὰς τε γὰρ πύλας λίθοις ἐμπεφράκεσαν, καὶ τὴν διέξοδον [u] ἀπετείμησαν. μὴ πειθομένων δὲ τῶν Ἐφραίων, παρορμήσας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ κυκλωσάμενος, ἐπολιόρκει· καὶ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς [x] προσκαθίσας, [y] ἐξαιρεῖ τὴν πόλιν, καὶ πᾶν ὅσον ἄρρεν ταῖς

que jam offendissent hostes mœnibus admotos, atque alios scalas ad ea ascendenda, alios vero machinas in expugnationem apportantes, jusso tubicine canere, suosque adhortatus milites, ut alacriter sese periculis objicerent pro fratribus & cognatis, divisis trifariam copiis hostes à tergo invadit. At Timothei milites Maccabæum esse cognoscentes, cum & jam ante ejus virtutem & in bellis *gerendis* felicitatem experti essent, è vestigio in fugam vertuntur. Judas autem, cum exercitu suo eos insequutus, occidit illorum *eo die* ad octo millia *hominum:* atque *inde* ad Mallen, alienigenarum urbem ita appellatam, flexo itinere, eam etiam expugnavit, ac omnes in ea mares interfecit, urbemque ipsam incendit. Illinc autem profectus, & Chasphoma & Bosor, aliaque quamplurima Galaaditidis evertit oppida.

Judas Timotheanis cladem infert. 1 Maccab. c. 5.

4. Non multo post Timotheus cum magnas coëgisset copias, alioque sibi in auxilium assumpsisset, & Arabibus quibusdam mercede suasisset secum in bellum ire, trans torrentem duxit exercitum, *castraque posuit* ex adverso urbis *Raphôn: & milites hortabatur, ut, si forte prælio congrederentur cum Judæis, alacriter dimicarent, & arcerent eos à transitu torrentis. Si enim transirent, prædicebat fore ut cladem sui acciperent. Judas autem, audito quod Timotheus ad pugnam ineundam esset paratus, copiis suis omnibus assumptis hostem versus ire properavit, trajectoque flumine inimicos adoritur, & quosdam eorum sibi occurrentes peremit; alios vero metu perculsos, abjectis armis, in fugam compulit. atque horum nonnulli *è periculo* evaserunt: quidam vero in fanum, quod erat Carnaï *ita* vocatum, confugientes, se salvos fore *religione loci* sperarunt. At Judas, capto oppido, & ipsos interemit & fanum incendit, hostibus variis modis morte affectis.

Timotheus bellum renovat. 1 Maccab. c. 5.

Judas Timotheanos profligat. 1 Maccab. c. 5.

5. His gestis, cum Galaaditidis Judæos liberosque & uxores omnemque eorum supellectilem coëgisset, in eo erat ut illos in Judæam reduceret. Ubi autem ventum est ad urbem Ephronem nomine, in via positam, & neque sibi potestas erat declinandi in alterutram partem, neque animus retrorsum revertendi, missis ad eos qui in ea erant nunciis, orabat ut portas aperirent, eumque per urbem discedere paterentur. nam & portas lapidibus obstruxerant, & transitum *ei* præciderant. Sed cum Ephronitæ ei noluissent parere, milites suos adhortatus, coronaque facta, urbem obsidebat. Et postquam diem noctemque assederat, urbem expugnat; omnibusque in ea maribus occisis, eaque

Judas Ephronem urbem obsidet & expugnat. 1 Maccab. c. 5.

---

[y] Ἐπ' αὐτὸ προσῆγον.] Ἐπ' αὐτῷ C.

[z] Προσβεβληκότας τὰς πολεμίας,] Ita mallem cum *Bas.* (*L. B.*) & *Hen.* προσβεβληκότας perperam in *Gen. Aliisque.*

[a] Σημῆναι,] Σημῆναι *Hen.*

[b] Ὑπὲρ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν] Ita *Bas. Hen.* & C. ὑπὲρ τῶν ἀδ. *Gen.*

[c] Εἰς φυγὴν τρέπονται.] Φυγῇ χρῶνται *Hen.* & *L. B.*

[d] Εἰς ὀκτακισχιλίους.] Illud εἰς omittunt *Genevenses.*

[e] Μάλλω] Μάλλα *Hen.* Μαάφλω C. in *Epiphanii* libris *Mellam.* Μάλλω *Josephi* eandem esse credit *Grotius* quæ (in 1 *Macc.* c. 5. v. 35.) dicitur Μασφά, & in *Codd. Alex.* & *NC.* Μααφά, & *Ptolemæo* Μαλιάθα. & *Stephano* Μαλσάν. unde pro ἐν Αλίμοις 1 *Macc.* c. 5. v. 26. legendum conjicit literis transpositis ἐν Μαλίοις. HUDS. Μασφὰ 1 Macc. v. 35. SPANH.

[f] Οὕτω λεγομένην τῶν ἀλλοφύλων,] Illa ἄτω λεγομένη non agnoscit *Epiphan.*

[g] Ἐμπίμπρησιν.] Sic *Hen.* & C. ἐμπίπρησιν in *Editis.*

[h] Χάσφωμα, καὶ Βοσὸρ, καὶ πολλὰς ἄλλας πόλεις] Χαμοφάκλα C. (Κασφομάχλα *Lugd. Bat.* & in marg. Καστομάκλα.) Καθωμαχεῖ *Hen.* in *Epiphanii* libris *Castomachi* vel *Casthomachi.* Χαφὼς 1 *Macc.* c. 5. v. 26. & Χασφὼν v. 36. atque semel *Chesbbon* habet *Vulgatus Interpres.* HUDS. Χασφὼν, Μαχὶδ. Βοσὸρ καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις· 1 Macc. v. 36. SPANH.

[i] Βοσὸρ,] Σοβορίαν, C. transpositis (ut credo) literis pro Βοτορίαν (ita exstat in *L. B.*) sicuti Σκαφὼς pro Χασφὼς habet *NC.*

[k] Τοῦ χειμάρρου] Sic Ραφὼν ἐν πέραν τοῦ χειμάρρου 1 Macc. v. 37. SPANH.

[l] Ῥαφῶν] *L. B.* ἐμφῶν.

* *Raphôn:*] Κατὰ πρόσωπον Ραφὼν ἐν πέραν τοῦ χειμάρρου 1 *Macc.* c. 5. v. 37. *Raphana* urbs Syriæ *Plinio*, l. 5. c. 18. Raphanæa *Ptolemæo* & *Stephano.* Ρομφὼν *Hen.*

[m] Πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν,] Απασαν *Hen.* & C. & mox post τὸ χείμαρρον, ἐμπίπτει in *utrisque*, & post τὴν οἰκείαν δύναμιν, ἔσπευδε, & post τὰ ὅπλα φεύγειν, ἠνάγκαζε *Hen.*

[n] Ἐπιμπίπτει] *L. B.* ἐμπίπτει.

[o] Ὑπαντιάζοντας ἀνῄρει,] Ita *MSS.* perperam ὑπαντιάζοντας in *Editis.*

[p] Καρναΐν τέμενος] Ita & 1 *Macc.* c. 5. v. 43. in *Epiphanii* libris *Grana*, &, literis (ut puto) trajectis, *Crana* pro *Carna.* (ἐγκαρσίαν *L. B.*) ἐπὶ τὸ Καρνίον καὶ τὸ Ατεργατεῖον 2 *Macc.* c. 12. v. 26. Videsis Grotium ad loca ista; & *Relandum* in *Palæstina S.* p. 598, 621, 696. HUDS. Τὸ τέμενος ἐν Καρναὶν 1 Maccab. v. 44. SPANH.

[q] Τοῦ σωτηρίας.] Τοῦ Hen. & C.

[r] Καταλαβόμενος,] Ita ex *C.* (ut & *L. B.*) *Vet. Interpr.* & 1 *Macc.* c. 5. v. 24. καταβαλόμενος in *Editis.* HUDS.

[s] Ἰουδαίαν] Ἰουδαίων ἐπαναγαγεῖν διηγοῦτο C. quod ferri potest, omissis οἷός τε ἦν. quorum ad ἐξήγησιν forsan oræ libri primitus appositum erat.

[t] Ἔφρων] Quod *Epiphanii* libri *Ephron* & *Efron* habeant & Εφραίων paulo infra *Hen.* (*L. B.* habet Ευφρῶν, sed mox inferius Εμφραίων) ut & Εφρὼν 1 *Macc.* c. 5. v. 46. mutavi Εμφρὼν *Editorum* in Εφρὼν & mox Εμφραίων in Εφραίων. Videsis *Grotium.* HUDS. Εφρὼν 1 Macc. v. 46. Εμφρων hic etiam *edit. Basil. Rufin.* Ephron. SPANH.

[u] Ἀπετείμησαν.] Επετίμησε in *Edit. Gen.*

[x] Προσκαθίσας,] Προσκαθίστας *Hen.*

[y] Ἐξαιρεῖ τὴν πόλιν,] Ita cum *Cod. Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* ἐξαίρει in *Editis Aliisque.*

que tota exusta, facere iter incipiebat. tantus autem erat occisorum numerus, ut super mortuorum corpora transirent. Ita trajecto Jordane, pervenerunt in Campum magnum, in conspectu urbis Bethsanæ positum, quæ Græcis dicitur Scythopolis. atque inde profecti in Judæam venerunt, cum cantibus & laudibus, omnique ludendi licentia, qua in victoriis celebrandis uti solent: hostias etiam votivas mactarunt pro rebus feliciter gestis, pariterque pro incolumitate exercitus. nam Judæorum nemo istis in præliis cadebat.

Josephus & Azarias cum Gorgianis male pugnant. 1 Maccab. c. 5.

6. Interea Josephus Zachariæ filius & Azarias, quos copiarum duces reliquerat Judas, quo tempore Simon in Galilæa bellum gerebat contra Ptolemæeos, ipse vero Judas & frater ejus Jonathas in Galaaditide, volentes & ipsi ducum bellica virtute insignium gloriam sibi acquirere, cum suis militibus profecti sunt ad Jamniam. sed eis obviam egresso Gorgia Jamniæ præfecto, pugnaque commissa, homines de suis ad duo millia amittunt, & terga vertentes usque ad Judææ fines fugati sunt. Hæc autem clades illis propterea accidit, quod iis non obsequuti sunt quæ mandavit Judas, ut scilicet cum nemine, antequam ipse adesset, prælio dimicarent. nam præter cætera ejus consilia solertia etiam illud plane mirandum, quod cladem Josephi & Azariæ militibus illatam illis eventuram esse intellexit, si vel tantillum ab iis discederent quæ in mandatis dederat. At Judas ejusque fratres Idumæos bello persequi non destiterunt: sed eos undique premebant urgebantque. Cumque urbem Chebronem cepissent, ejus munitiones diruebant: & turribus *circumquaque* incensis, extraneorum regionem depopulabantur, urbemque Marissam; ac inde Azotum delati eam expugnarunt & diripuerunt. multum autem spoliorum & prædæ secum asportantes, in Judæam reversi sunt.

Judæ expeditio in Idumæam. 1 Maccab. c. 5.

ἐν αὐτῇ κτίνας, καὶ καταπρήσας ἅπασαν αὐτὴν, ὁδὸν ἔχε. ποιοῦντο δι' ὧν τὸ τῶν πεφονευμένων πλῆθος, ὡς ἐπ' αὐτῶν βαδίζειν τὰ νεκρῶν. Διαβάντες δὲ τὸν Ἰορδάνην, ἦκον εἰς [z] τὸ Μέγα πεδίον, οὗ κεῖται πρὸ προσώπου πόλις [a] Βεθσάνη, καλουμένη πρὸς Ἑλλήνων Σκυθόπολις. κἀκεῖθεν ὁρμηθέντες εἰς τὴν Ἰουδαίαν παρεγίνοντο, ᾄδοντές τε [b] ὑμνῳδοῦντες· [c] καὶ τὰς σωτηρίας ἐν τοῖς ἐπινικίοις παιδιὰς ἄγοντες· ἔθυσαν δὲ χαριστηρίους θυσίας ὑπέρ τε τῶν [d] καταρθωμένων, καὶ ὑπὲρ τῆς ἔτι γραπτὴν σωτηρίας. οὐδεὶς γὰρ ἐν ταῖς τοῖς πολέμοις τῶν Ἰουδαίων ἀπέθανεν.

ς'. Ἰώσηπος δὲ ὁ Ζαχαρίου καὶ Ἀζαρίας, οὓς [e] κατέλιπε στρατηγὸς ὁ Ἰούδας, κατ' ὃν καιρὸν Σίμων μὲν ὑπῆρχεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ πολεμῶν τοὺς ἐν Πτολεμαΐδι, αὐτὸς δὲ ὁ Ἰούδας καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωνάθης ἐν τῇ Γαλααδίτιδι, βουληθέντες καὶ αὐτοὶ δόξαν περιποιήσασθαι στρατηγῶν τὰ πολεμικὰ γυναίων, τισὶ σὺν αὐτοῖς δυνάμιν ἀναλαβόντες, ἦλθον εἰς Ἰάμνειαν. Γοργίου δὲ τοῦ Ἰαμνείας στρατηγοῦ ὑπαντήσαντος, συμβολῆς γενομένης διαλείπει τοὺς στρατιώτας, [f] καὶ φεύγοντες ἄχρι τῶν τῆς Ἰουδαίας ὁρίων διώκονται. σωίζεται δὲ αὐτοῖς τὸ πλῆσμα τοῦτο ἀθροίζειν ὧν αὐτοῖς Ἰούδας [g] ἐπέστειλε, μὴ συμβαλεῖν εἰς μάχην μηδενὶ πρὸ τῆς ἐκείνου παρουσίας. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ στρατηγήμασι, καὶ τὸ μὴ τοὺς πρὸ τοῦ Ἰούδου καὶ τοῦ Ἀζαρίου πλῆσμα γυμνάσαι ἄν τις, ὃ σωίζειν εἰ προγινώσκοι τι τῶν ἐπεσταλμένων αὐτοῖς ἐσόμενον. ὁ δὲ Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ [h] πολεμοῦντες τοῖς Ἰδουμαίοις οὐκ ἀνίεσαν, ἀλλ' ἐπέκειντο πανταχόθεν αὐτοῖς. τήν τε Χεβρῶνα πάλιν [i] καταλαβόμενοι, ὅσον οὐ χυρὸν αὐτῆς καθεῖλον· καὶ τοὺς πύργους ἐμπρήσαντες, ἐδήουν τὴν [k] ἀλλοφύλων χώραν, καὶ [l] Μάρισσαν πόλιν, εἶς τε Ἄζωτον ἐλθόντες, καὶ λαβόντες αὐτὴν διήρπασαν. πολλὰ δὲ σκύλα καὶ λείαν [m] κομίζοντες, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὑπέστρεψαν.

XIII. CAP. IX. ΚΕΦ. Θ'.

De obitu Antiochi Epiphanis. Quomodo Antiochus Eupator, ducto in Judam exercitu, ipsum in templo obsidebat: ac postea, pace facta, discessit. De Alcimo & Onia.

Περὶ τελευτῆς Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς. ὡς Ἀντίοχος Εὐπάτωρ στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους, αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ἐπολιόρκει· εἶτα εἰρήνην ποιησάμενος ἀνεχώρησε. περὶ Ἀλκίμου καὶ Ὀνίου.

Antiochus Epiphanes ab Elymaïde repulsus. 1 Maccab. c. 6.

SUB id tempus etiam rex Antiochus, superiores tractus peragrans, audivit urbem esse in Perside opibus præstantem, Elymaïda nomine, inque ea Dianæ templum valde opulentum, omne genus donariis refertum; arma etiam & loricas *ibi* esse, quæ fama acceperat reliquisse Alexandrum, Philippi filium, Macedonum regem. Itaque his incitatus, Elymaïda properavit, admotoque exercitu eam obsidebat. Illis autem qui in ea erant nec adventu ejus nec oppugnatione territis, sed fortiter resistentibus, spe sua frustratus est. Cum enim illum ab urbe repulissent, facta eruptione eum

ΥΠΟ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, [o] τὴν ἄνω χώραν [p] ἐπερχόμενος, ἀκούει πόλιν ἐν τῇ Περσίδι πλούτῳ διαφέρουσαν [q] Ἐλυμαΐδα τοὔνομα, καὶ πολυτελὲς ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ, καὶ παντοδαπῶν ἀναθημάτων πλήρες εἶναι· ἔτυχε μὲν οὖν ὅπλα ἐν θήκαις, ἃ καταλιπεῖν ἐπυνθάνετο [r] τὸν μὲν Φιλίππου, βασιλέα δὲ Μακεδόνων Ἀλέξανδρον. κινηθεὶς οὖν [s] ὑπὸ τούτων, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Ἐλυμαΐδα, καὶ προσβαλὼν [t] αὐτῇ ἐπολιόρκει. τῶν δὲ ἐν αὐτῇ μὴ καταπλαγέντων τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, μηδὲ τὴν πολιορκίαν, ἀλλὰ καρτερῶς ἀνθεστώτων, ἀποκρούεται τὰς ἐλπίδας. ἀπωσάμενοι γὰρ ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ ἐκπεξελθόντες ἐδίωξαν·

---

x Τὸ Μέγα πεδίον,] Conf. sup. lib. VIII. c. 3. §. 3. SPANH.

a Βεθσάνη,] Βαιθσὰν 1 *Macc.* c. 5. v. 52. atque Σκυθῶν πόλις dicitur 2 *Macc.* c. 12. v. 29. HUDS. Conf. lib. VI. c. 14. §. 8. SPANH.

b Ὑμνῳδοῦντες·] *L. B.* ὑμνοῦντες.

c Καὶ τὰς —— ἄγοντες·] Καὶ τὰς σωτηρίους ἐν τοῖς ἐπινικίοις παιδιὰς (*L. B.* πεδίας) ἄγοντες *Hen.* & C.

d Καθορθωμένων,] Κατορθωμένων *Gall.* & *C.*

e Κατέλιπε στρατηγὸς ὁ Ἰούδας,] Κατέλιπε στρατηγὸς Ἰούδας *C.*

f Καὶ φεύγοντες] Καὶ φεύγουσιν ἄχρι τῶν τῆς Ἰουδαίας ὁρίων. σωίζεται *Hen.*

g Ἐπέστειλε,] *Gen.* ἀπέστειλε.

h Πολεμοῦντες τοῖς Ἰδουμαίοις] Πολεμοῦντες τοὺς Ἰουδαίους in *Cod. C.* Πολεμοῦντες τοῖς ἀλλοφύλοις *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) πολεμοῦντες τοὺς Ἰδουμαίους in *Editis Aliisque.* ipse mutavi in πολ. τοῖς Ἰδουμαίοις. Si quis malit πρὸς τοὺς Ἰδουμαίους, per me licet.

i Καταλαβόμενοι,] Ita *Hen.* (*L. B.*) & *C.* καταλαμβανόμενοι in *Editis Aliisque.*

k Ἀλλοφύλων χώραν,] Ἀλλόφυλον *Hen.* & *C.*

l Μάρισσαν] Μάρισαν *Hen.* & *C.* atque ita vel Μαρησὰ juxta *Epiphanii* libros. Videsis *Relandum* in *Palæstina S.* p. 889. HUDS. Conf. ἀλωτ. l. 1. c. 13. §. 9. SPANH.

m Κομίζοντες,] Ita *Hen.* (*L. B.*) & *Vet. Interpr.* κομίσαντες in *Editis Aliisque.*

n Ὑπὸ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον] Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν *Hen.* (*L. B.*) & *C.*

o Τὴν ἄνω —— διαφέρουσαν] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 1. §. 4. & infr. lib. 13. c. 7. §. 2. SPANH.

p Ἐπερχόμενος,] Ὑπερχόμενος solus *Hen.*

q Ἐλυμαΐδα τοὔνομα,] Ita *Hieronymus* in *Danielem*, cap. 11. *Polybius & Diodorus narrant eum templum Dianæ in Elymaïde, quod erat ditissimum, spoliare conatum.* In Elimæis etiam Dianæ templum collocat *Strabo*, l. 16. p. 744. D. Vide *Bocharti* Phaleg. l. 2. c. 2. & *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 16. p. 491.

r Τὸν μὲν Φιλίππου,] Sic in *Cod. C.* τὸν μὲν τὸν Φιλίππου in *Editis Aliisque.*

s Ὑπὸ τούτων,] Ἐπὶ τούτῳ *Hen.*

t Αὐτῇ ἐπολιόρκει.] Αὐτῇ *Busb.* & *Hen.*

Κα-

ξαν· ὡς δ' αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς Βαβυλῶνα φεύγοντα, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντα τῆς στρατιᾶς. λυπουμένῳ δ' ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ ταύτῃ, παραγίνεσθαί τινες καὶ τῶν στρατηγῶν ἔφασαν, ὃς πολεμήσοντας τοῖς Ἰουδαίοις [v] καταλελοίπει, καὶ τῶν ἰσχὺν ἤδη τῶν Ἰουδαίων. παροξυνομένης οὖν καὶ τῆς περὶ τούτων φροντίδος τῇ παρούσῃ, συγχυθεὶς ὑπὸ ἀθυμίας εἰς νόσον κατέπεσεν. ἧς μηκυνομένης καὶ αὐξανομένων τῶν παθῶν, σημεῖος ὅτι [x] μέλλοι τελευτᾶν, συγκαλεῖ τοὺς φίλους, καὶ τῶν τε νόσον αὐτοῖς χαλεπὴν οὖσαν ἐμήνυεν, καὶ τοῦτο ὅτι παρὰ [y] κακώσας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος παρεδήλου, συλήσας τε τὸν ναὸν, καὶ τὸν Θεὸν καταφρονήσας. καὶ ταῦτα λέγων ἐξέπνευσεν. ὥστε θαυμάζειν Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην, [z] ὃς, ἀγαθὸς ὢν ἀνὴρ, ἀποθανεῖν λέγει τὸν Ἀντίοχον, βουληθέντα τὸ ἐν Περσαις Ἀρτέμιδος ἱερὸν συλῆσαι. [a] τὸ γὰρ μηκέτι ποιῆσαι τὸ ἔργον βουλόμενον, οὐκ ἔστι τιμωρίας ἄξιον. εἰ δὴ διὰ τοῦτο Πολυβίῳ δοκεῖ καταστρέψαι τὸν βίον Ἀντίοχον ἅτως, πολὺ πιθανώτερον διὰ τὴν ἱεροσυλίαν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν πεσεῖν τὸν [b] βασιλέα. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου [c] διαφέρομεν, τῷ ὑπὸ δὲ Μεγαλοπολίτου λεγομένῳ [d] αἰτίαν, καὶ τῷ ὑφ' ἡμῶν ἀληθῆ νομίζεσιν.

β'. Ὁ δ' Ἀντίοχος, πρὶν ἢ τελευτᾶν, [e] καλέσας Φίλιππον, ἕνα τῶν ἑταίρων, [f] τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐπίτροπον καθίστησι· καὶ δὸς αὐτῷ τὸ διάδημα καὶ τὸν σφραγῖδα καὶ τὸν δακτύλιον, Ἀντιόχῳ τῷ παιδὶ αὐτοῦ ταῦτα ἀπελθόντι κομίσοντα δοῦναι, δεηθεὶς [g] προνοῆσαι τῆς ἀναθρεφῆς [h] αὐτοῦ, καὶ τηρῆσαι τὴν βασιλείαν ἐκείνῳ. ἐτελεύτησε δὲ Ἀντίοχος ἐνάτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει. Λυσίας δὲ, αὐτοῦ τὸ θανατον δηλώσας τῷ πλήθει, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀντίοχον, αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν, [i] ἀποδεικνύει βασιλέα, καλέσας αὐτὸν Εὐπάτορα.

γ'. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ οἱ ἐν τῇ ἄκρᾳ τὸν Ἱεροσολύμων φρουροὶ καὶ Φυγάδες τῶν Ἰουδαίων, πολλὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐπρασσον. τοὺς γὰρ ἀναβαίνοντας εἰς τὸ ἱερὸν, [k] θύσαι βουλομένους, ἐξαίφνης ἐκπεσόντες οἱ φρουροὶ διέφθειρον. ἐπέκειτο γὰρ τῷ ἱερῷ [l] ἡ ἄκρα. τούτων δὲ συμβαινόντων αὐτοῖς, Ἰούδας ἐξελεῖν διέγνω τὸν φρουρόν· καὶ συναγαγὼν τὸν λαὸν ἅπαντα, τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ καρτερῶς ἐπολιόρκει. [m] ἔτος δὲ ἦν τοῦτο τῆς ἑκατοντετηρίδος ἕκτον καὶ πεντηκοστόν. καταπηξάμενος δὲ μηχανήματα, καὶ χώματα [n] ἐγείρας, φιλοπόνως προσέκειτο τῇ τῆς ἄκρας αἱρέσει. πολλοὶ δὲ τῶν ἐν αὐτῇ Φυγάδων νύκτωρ ἐξελθόντες εἰς τὴν χώραν, καί τινας τῶν ὁμοίων ἑαυτοῖς ἀσεβῶν συναγαγόντες, ἦλθον πρὸς Ἀντίοχον τὸν βασιλέα, "οὐκ ἀξιοῦν-
"τες ἑαυτοὺς ὑπερορᾶσθαι δεινὰ πάσχοντας ὑπὸ τῶν ὁμοφύ-
"λων, καὶ τοῦθ' ὑπομένοντας διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ, τὴν
"μὲν πατρίον αὐτῶν [o] καταλύσαντας θρησκείαν, δι' ἣν
"προσήκατο τούτοις ἀνθιστάμενος. κινδυνεύειν οὖν ὑπὸ
"Ἰούδα καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν ἀκρόπολιν αἱρεθῆναι, καὶ τοὺς
"φρουροὺς τοὺς ὑπὸ σοῦ βασιλέως καταστραφέντας, εἰ μή τις
"παρ' αὐτοῦ βοήθεια περιφανεῖη." ταῦτ' ἀκούσας ὁ [p] παῖς

perſequuti ſunt: adeo ut fuga ſe Babylonem receperit, magna exercitus parte amiſſa. Dolenti autem, quod tam male ei res ceciderant, nunciant quidam duces etiam profligatos eſſe, quos ad bellum cum Judæis gerendum reliquerat, Judæorumque vires magna cepiſſe incrementa. Hac de re nova ſolicitudine priori accedente, animi anxietate obrutus in morbum incidit. Quo cum diutius teneretur, & augerentur cruciatus, cogitans jam ſibi eſſe moriendum, amicos convocat, & morbum ſuum illis gravem eſſe ſignificabat, ac præterea illud declarabat, ſe iſta paſſum eſſe, quod Judæorum gentem male multaverat, templumque ſpoliaverat, & Deum contempſerat. atque his dictis animam exhalavit. Adeo ut mirari ſubeat Polybium Megalopolitanum: qui, cum vir eſſet alioqui probus, memoriæ proderet, Antiochum periiſſe, quod Dianæ templum apud Perſas expilare voluiſſet. voluiſſe enim tantum nec feciſſe haud pœna dignum erat. Quod ſi Polybio videatur Antiochum ob hujuſmodi cauſam finiiſſe vitam: multo veriſimilius eſt, ob ſacrilegam templi Hieroſolymitani direptionem exſtinctum eſſe. Sed hac de re non libet cum illis contendere, qui cauſam *mortis ejus* à Megalopolita allatam huic noſtræ præferendam eſſe arbitrantur.

Antiochus moriens ſuos alloquitur. 1 Maccab. c. 6.

Polybius Megalopolitanus erroris arguitur.

2. Cæterum Antiochus, priuſquam moreretur, Philippo uno de ſodalibus ſuis vocato, ipſum regni curatorem conſtituit: traditoque ei diademate, veſtituque ſuo & annulo, juſſit ut ad Antiochum filium ſuum perferret eique redderet, orans *& obſecrans* ut ipſum educandum curaret, & regnum ei ſervaret. Atque *ita* diem ſupremum obiit Antiochus anno centeſimo quadrageſimo nono. At Lyſias, poſtquam ipſum mortuum eſſe populo indicaverat, filium ejus Antiochum, (tum enim illius curam ille gerebat) regem declarat, eumque nuncupat Eupatorem.

XIV. *Antiochus Philippum regni curatorem conſtituit. 1 Maccab. c. 6. Moritur, eique in regno ſuccedit Antiochus Eupator. 1 Maccab. c. 6.*

3. Hoc autem tempore arcis Hieroſolymitanæ cuſtodes & Judæorum perfugæ *mala* multa Judæis intulerunt. Eos enim qui in templum rem divinam faciendi ergo aſcendebant, *ferro* peremerunt. nam templo arx imminebat. Itaque cum hæc illis acciderint, id Judæ in animo erat ut præſidium iſtud de medio tolleret: populoque omni convocato, eos qui in arce erant valide oppugnabat. Annus autem Seleucidarum is erat centeſimus quinquageſimus. Fabricatis itaque machinis, & aggeribus excitatis, magnopere urgebat *odſidionem* ut arcem caperet. Sed multi ex perfugis, qui in ea erant, noctu in regionem egreſſi, &, coactis quibuſdam ſui ſimilibus & impiis, ad Antiochum regem ſe conferebant, poſtulantes "ut ipſos non ne-
"gligeret, dum à popularibus ſuis dira paterentur,
"atque illa ſuſtinerent patris ipſius gratia, quod
"religionem patriam reliquiſſent, illamque ab eo
"inſtitutam ſequerentur. nunc vero periculum eſ-
"ſe, ne Judas & qui cum eo ſunt & arcem capiant
"& præſidium à Rege *in ea* conſtitutum, niſi *ma-*
"*ture* ab ipſo ſuppetiæ mitterentur." His auditis,

Judas arcem Hieroſolymitanam oppugnat. 1 Maccab. c. 6.

Iſraëlita quidam Judam apud Eupatorem criminantur.

An-

---

v Καταλελοίπει.] *Al.* καταλελοίπει.

x Μέλλοι τελευτᾶν.] Μέλλοι *Hen.* (*L. B.*) & C.

y Κακώσας τὸ Ἰουδαίων] Κακώσας τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, καὶ συλήσας τὸν ναὸν *Hen.*

z Ὃς, ἀγαθὸς —— ἄξιον.] Deſunt hæc hodie in Polybio, ac proinde hinc inter ejus fragmenta à Caſaubono relata pag. 997. SPANH.

a Τὸ γὰρ μηκέτι ποιῆσαι τὸ ἔργον] Vide *Seldenum* de *Synedriis*, l. 2. c. 13. §. 7. & *Grotium* in *Exodi* cap. 20. v. 17.

b Βασιλέα.] Ita cum *Hen. C.* & *Vet. Interpr.* τελευτῆσαι τὸν βίον in *Editis*.

c Διαφέρομεν.] Διαφέρομαι *Hen.*

d Αἰτίαν.] Αἰτίαν, ταύτην ὑφ' ἡμῶν ἀληθῆ νομιζόντων *Hen.* & C.

e Καλέσας Φίλιππον.] 1 Maccab. vi. 14. SPANH.

f Τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐπίτροπον] 1 Macc. vi. 15. SPANH.

g Προνοῆσαι τῆς ἀναθροφῆς] Ita cum *MSS.* (in *L. B.* προνῆσαι ſcribentis vitio) & *Vet. Interpr.* ἀσινῆσαι in *Editis*.

h Αὐτοῦ.] Illud αὐτοῦ ex *Hen.* (*L. B.*) & *Epiphanio*.

i Ἀποδεικνύει βασιλέα.] Ἀποδείκνυσι in *MSS.* ut & *L. B.*

k Θύσαι βουλομένους.] Καὶ θύσαι ſolus *Hen.*

l Ἡ ἄκρα.] Arx igitur olim Templo Hieroſolym. imminens. de Ἀκρα ἀλωτ. lib. 5. c. 4. §. 1. SPANH.

m Ἔτος —— πεντηκοστόν.] Æræ caput Seleuci imperium. REL. Quia ſcilicet eadem à principio regni ejus venit computanda. Confer doctiſſimum Noriſii librum de Epocha Syro-Macedonum. HAV.

n Ἐγείρας,] Alii ſic diſtinguunt, ἐγείρας φιλοπόνως, προσέκειτο &c.

o Καταλύσαντας —— ποιησάμενος.] Ita locum hunc reſtituimus ex *L. B.* in *Vulg.* enim hactenus legebatur καταλιπὼν αὐτὸν & ταύτην ποιησάμενος. nimis languide. HAV.

p Παῖς Ἀντίοχος,] Nonum ætatis annum agebat, cum vita diſcederet Antiochus Epiphanes, teſte *Appiano* in *Syriacis*, p. 177.

Antiochus puer iratus est: accersitisque ducibus & amicis, jussit eos milites colligere mercenarios, virosque è regno *suo* qui militaris essent ætatis. & *brevi* coactus est exercitus, peditum circiter centum millia, equitum vero viginti millia, elephantique duo & triginta.

Antiochus Eupator cum copiis in Judæam proficiscitur. *1 Maccab. c. 6.*

4. His copiis Rex Antiochia profectus est cum Lysia, totius exercitûs imperium habente. Cumque Idumæam perveniſſet, inde ad Bethſuram ascendit, urbem valde munitam captuque difficilem; eamque circumsessam oppugnare cœpit. Bethſuranis autem fortiter resistentibus, & machinas ab ipso paratas, incursionibus *subinde* factis, incendentibus, multum temporis in obsidione consumptum est. Judas autem, audita Regis expeditione, ab oppugnatione arcis desistit: Regique obviam profectus, castra posuit ad anguſtias in loco qui Bethzacharia dicebatur, septuaginta stadiorum intervallo ab hostibus. At Rex, digressus Bethsura, exercitum duxit ad fauces, versusque Judæ castra. Primo autem mane copias in aciem instruxit. Cumque non posset elephantos explicare in aciei latitudinem propter locorum anguſtias, jussit ut unus post alium incederet. Singulis autem elephantis attributi erant mille pedites & equites quingenti, qui eos *ubicunque pergerent* undique stiparent: gestabantque elephanti turres excelsas & sagittarios. reliquum vero exercitum hinc atque illinc fecit edita montium ascendere, amicis in duces eis præpositis. Cum autem jussisset exercitum clamorem *militarem* tollere, hostes aggreditur, aureis æreisque clypeis nudatis, ut inde fulgor ingens emicaret. illis etiam magna voce clamantibus montes respondebant. Nec tamen Judas his visis animo consternatus est: sed, excepto fortiter hostium impetu, ad sexcentos eorum occidit, qui primi ad manus venerant. Eleazarus autem ejus frater, quem Auran vocabant, conspicatus elephantum alios omnes supereminentem, regiis thoracibus loricatum, suspicatus in eo esse Regem, animose admodum in eum impetum fecit. Cumque multos qui circa elephantum erant peremisset, alioque dimovisset, sub ventrem subiit, & elephantum vulneratum interfecit. ille vero in Eleazarum collapsus, suo pondere virum opprimit. Et hic quidem, cum magno animo multos ex hostibus perdidisset, hoc modo vitam finivit.

Antiochus Eupator cum Juda congreditur. *1 Maccab. c. 6.*

Eleazarus occiso elephanto ab ipso opprimitur. *1 Maccab. c. 6.*

5. At Judas, ubi hostium vires animadvertit, Hierosolyma se recepit, seque ad obsidionem tolerandam parabat. Antiochus vero, parte exercitûs ad oppugnandam Bethsuram missa, cum reliquis copiis Hierosolyma profectus est. At enim Bethsuritæ *hostium* multitudine territi, videntesque commeatus eos deficere, semet *ei* tradiderunt, fide jurejurando accepta se nihil mali à Rege passuros esse. Cæterum Antiochus, urbe potitus, * nulla alia injuria eos affecit, quam quod nudos eos ejecerit. urbem autem suorum præsidio firmavit. Verum cum longo tempore assideret oppugnando fanum Hierosolymitanum, iis qui intus erant acerrime *pro salute sua* propugnantibus. nam contra

Judæi cedunt. *1 Maccab. c. 6.*

Bethsuritæ obsessi deditionem faciunt. *1 Maccab. c. 6.*

Fanum Hierosolymitanum oppugnatum. *1 Maccab. c. 6.*

δ'. Ταύτην οὖν ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐξώρμησεν ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας μετὰ Λυσίου, πάσης τῆς τραπέζης ἔχοντος τὴν ἡγεμονίαν. καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, ἐκεῖθεν εἰς [a] Βεθσύρεαν ἀναβαίνει πόλιν, σφόδρα ὀχυρὰν καὶ δυσάλωτον. καὶ περικαθίσας ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. ἰσχυρῶς δὲ ἀντεχόντων τῶν [t] Βεθσυριτῶν, καὶ τὴν παρασκευὴν αὐτῶν τῶν μηχανημάτων ἐμπρησάντων, ἐπεξῆλθον καὶ αὐτοί, χρόνον ἱκανὸν ἐτρίβετο πολὺς περὶ τὴν πολιορκίαν. Ἰούδας δέ, τὴν ἔφοδον τοῦ βασιλέως ἀκούσας, ἀφίστησι μὲν τοῦ ἄκρου τὴν πολιορκίαν· ἀπαντήσας δὲ τῷ βασιλεῖ, βάλλει στρατόπεδον ἐπὶ τῶν στενῶν, ἔν τινι τόπῳ [v] Βεθζαχαρίᾳ λεγομένῳ, σταδίους ἀπέχοντι τῶν πολεμίων ἑβδομήκοντα. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρμήσας ἀπὸ τῆς Βεθσύρας, ἤγαγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὰ στενά, καὶ τὸ μὲν Ἰούδα στρατόπεδον. ἅμα ἡμέρᾳ δὲ πρὸς μάχην διέταξε τὴν στρατιάν. τοὺς μὲν οὖν ἐλέφαντας ἐπέστησεν ἀλλήλοις ἑπομένους διὰ τὴν στενοχωρίαν, ἃ δυναμένων αὐτῶν ἐπὶ πλάτος ταττόμενα. εἰς δὲ κύκλον ἐλέφαντος ἑκάστῳ [x] συμπαρῆσαν πεζοὶ μὲν χίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι· ἔφερον δὲ [y] οἱ ἐλέφαντες πύργους τε [z] ὑψηλοὺς καὶ τοξότας. τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἑκατέρωθεν ἐπέστησεν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰ ὄρη, τοὺς φίλους [a] αὐτῆς προτάξας. κελεύσας δὲ ἀλαλάξαι τὴν φαλαγγα, προσέβαλλε τοῖς πολεμίοις, γυμνώσας τὰς τε [b] χρυσᾶς καὶ [c] χαλκᾶς ἀσπίδας, ὥστε αὐγὴν ἀπ' αὐτῶν ἀφίεσθαι λαμπράν. συνεπήχει δὲ τὰ ὄρη κεκραγότων αὐτῶν. τοῦτο ὁρῶν ὁ Ἰούδας ὁ καταπλαγὴς, δεξάμενος δὲ γενναίως τοὺς πολεμίους, τῶν προσόντων περὶ ἑξακοσίους ἀναιρεῖ. Ἐλεάζαρος δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὃν [d] Αὐρὰν καλοῦσι, ἰδὼν τὸ ὑψηλότατον τῶν ἐλεφάντων ὡπλισμένον θώραξι βασιλικοῖς, καὶ νομίζων ἐπ' αὐτῷ τὸν βασιλέα εἶναι, [e] παρεβάλλετο σφόδρα δικαρδίως ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσας. καὶ πολλοὺς μὲν τῶν περὶ τὸν ἐλέφαντα κτείνας, τοὺς ἄλλους διεσκέδασεν· ὑποδὺς δὲ ὑπὸ τὸν γαστέρα ἐπαλξας, ἀπέκτεινε τὸν ἐλέφαντα. ὁ δὲ ὑπικαπνεχθεὶς τῷ Ἐλεαζάρῳ, [f] διαφθείρει τὸν ἄνδρα ὑπὸ τοῦ βάρους. καὶ [g] ἔτυχεν μὲν, δι' ὑψυχίας πολλοὺς τῶν ἐχθρῶν ὀλέσας, τῷ τρόπῳ τούτῳ τὸν βίον κατέστρεψεν.

ε'. Ὁ δὲ Ἰούδας, ὁρῶν τὴν τῶν πολεμίων ἰσχὺν, ἀνεχώρησεν εἰς Ἱεροσόλυμα, [h] καὶ πρὸς πολιορκίαν παρεσκεύαζετο. Ἀντίοχος δὲ, τὸ μὲν τῆς τραπέζης εἰς Βεθσύρεαν ἐπεμψε, πολεμήσων αὐτὴν, τῷ λοιπῷ δὲ τῆς δυνάμεως αὐτὸς ἦκεν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα. οἱ μὲν οὖν [i] Βεθσυρῆται, τὴν ἰσχὺν καταπλαγέντες, καὶ στενίζοντας βλέποντες τοὺς ἐπιτηδείους, παραδίδοσιν [k] αὐτοὺς, ὅρκους λαβόντες ὑπὲρ τοῦ μηδὲν πίστεως δεινὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Ἀντίοχος δὲ, λαβὼν τὴν πόλιν, ἄλλο μὲν αὐτοὺς οὐδὲν διέθηκεν, ἢ μόνον γυμνοὺς ἐξέβαλε. φρουρὸν δὲ κατέστησεν ἰδίαν ἐν τῇ πόλει. πολλῷ δὲ χρόνῳ τὸ ἱερὸν πολιορκῶν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις [l] προσεκαθίζετο, καρτερῶς τῶν [m] ἔνδον ἀμυνομένων. [n] πρὸς

[a] Βεθσύρεαν] Βησυρὰ *Busb.* Βησὺρ & Βεθσυρὼ alibi apud *Josephum.* HUDS. Conf. *alibi.* lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

[t] Βεθσυριτῶν,] Iidem Βεθσυρεῖς mox §. 5. SPANH.

[v] Βεθζαχαρίᾳ,] Conf. *alibi.* lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

[x] Συμπαρῆσαν πεζοὶ μὲν χίλιοι] Προῆσαν *Busb.* & *Hen.* συμπροῆσαν *L. B.*

[y] Οἱ ἐλέφαντες πύργους τε ὑψηλοὺς καὶ τοξότας] Julian. Imp. Orat. 11. p. 63. B. καὶ ἔφερον ἐκ σιδήρου πύργους τοξοτῶν πλήρεις. SPANH.

[z] Ὑψηλοὺς] Ὑψηλοὺς καὶ ἰσχυροὺς, καὶ τοξ. *Hen.*

[a] Αὐτῆς προτάξας.] Αὐτοῦ *Hen.* & *Busb.*

[b] Χρυσᾶς] Improprie *aureos clypeos* dicit, qui erant ex argento deaurato.

[c] Χαλκᾶς —— λαμπράν.] 1 Maccab. VI. v. 39. SPANH.

[d] Αὐρὰν] Ita etiam *Zonaræ.* Αὐρὰν C. Αὐαρὰν 1 *Macc.* c. 2. v. 6. Vide *Annot.* ad p. 611. §. 1. HUDS. Vid supr. c. 6. §. 1. SPANH. Αὐρὰν. filius Saura. 1 Macc. 6. 43. REL.

[e] Παρεβάλλετο σφόδρα δικαρδίως] Παρεβάλετο *Hen.* (*L. B.*) & C.

[f] Διαφθείρει τὸν ἄνδρα] Διέφθειρε *Hen.* C. & *Epiphan.*

[g] Οὕτω μὲν,] Οὕτως *Hen.*

[h] Καὶ πρὸς πολιορκίαν] Ita *Busb.* (*L. B.*) C. & *Zonaras.* πρὸς deëst *Editis Aliisque.*

[i] Βεθσυρῆται,] Βησυρᾶοι *Busb.* HUDS. Conf. supr. §. 4. SPANH.

[k] Αὐτοὺς,] Ἑαυτοὺς *Hen.* αὐτοὺς in *Editis.*

* *Nulla alia injuria eos affecit,*] Quod quidem à Rege non nisi salute tenus servatum est: alioqui nudis ejectis oppidanis, suorum præsidium ibi constituit, *Gelen.*

[l] Προσεκαθίζετο,] Προσεκαθέζετο *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & C.

[m] Ἔνδον ἀμυνομένων.] Ita etiam *Epiphan.* ἔνδοθεν *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & C.

[n] Πρὸς

[q] Πεζῶν —— δισμύριοι,] Conf. *alibi.* lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

[r] Ὡσεὶ δέκα μυριάδες,] *Jason Cyrenæus* (2 *Macc.* c. 13.) totam hanc historiam aliter narrat: atque inter alia, Eupatori pedites plures tribuit, quam cæteri, equites vero ac elephantos multo pauciores. Vide *Jac. Cappellum* ad A. M. 3837.

[n] πρὸς ἕκαστον γὰρ ὧν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτὰς ἔφηστε μηχάνημα, κἀκεῖνοι πάλιν ἀντεμηχανῶντο. τροφὴ δ' [o] αὐτοῖς ἐπελελοίπει, ἃ μὲν ὄντα ἀπανηλωμένα καρπὸς, τὰ δὲ γῆς ἐκείνῳ τῷ ἔτει μὴ γεωργημένης, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι τὸ ἕβδομον ἔτος, καθ' ὃ νόμος ἦν ἡμῖν ἀργὴν εἶναι τὴν χώραν ἀπόρου μεμνημένοις. πολλοὶ τοιγαροῦν τῶν πολιορκουμένων ἀπεδίδρασκον διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀπορίαν, ὡς ὀλίγους ἐν τῷ ἱερῷ καταλειφθῆναι.

ς'. Καὶ τοῖς μὲν πολιορκουμένοις ἐν τῷ ἱερῷ τοιαῦτα συνέβαινεν εἶναι τὰ πράγματα. Λυσίας δὲ ὁ στρατηγὸς, καὶ ὁ βασιλεὺς [p] Ἀντίοχος, ἐπειδὴ [q] Φίλιππος αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Περσίδος ἥκων ἐδηλώθη, καὶ τὰ πράγματα εἰς ἑαυτὸν καταστασιάζειν, εἶχον μὲν ὥστε τὴν πολιορκίαν ἀφέντες ἐπὶ τὸν Φίλιππον ὁρμᾶν· ἃ μὲν τοῦτο ποιῆσαι φανερὸν τοῖς στρατιώταις δὲ τοῖς ἡγεμόσιν ἔγνωσαν. ἀλλ' ἐκέλευσε τὸν Λυσίαν ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς τε δὲ τοῖς ἡγεμόσιν ἐν κοινῷ διαλεχθῆναι, μηδὲν μὲν τοῦ [r] περὶ Φιλίππου ἐμφανίζοντα, τὴν δὲ πολιορκίαν ὅτι [s] χρονιωτάτη γίνοιτ' ἂν δηλοῦντα, καὶ τὴν ὀχυρότητα τοῦ χωρίου, καὶ ὅτι τὰ τῆς τροφῆς αὐτοῖς ἤδη ἐπελελοίπει, καὶ ὡς πολλὰ δεῖ καταστῆσαι τὰ ἐν τῇ βασιλείᾳ πράγματα, καὶ ὡς δοκεῖ πολὺ κρεῖττον εἶναι σπονδὰς ποιησαμένους περὶ τοὺς πολιορκουμένους, καὶ φιλίαν πρὸς ὅλον αὐτῶν τὸ ἔθνος, ἀπιέναι τε αὖθις αὐτοῖς κατὰ τοὺς πατρίους νόμους, ὧν ἀφαιρεθέντες [t] νῦν ἐξεπολεμώθησαν, χωρεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα. ταῦτα δὲ Λυσίᾳ φήσαντος, ἤρεσθη τό, τε στράτευμα καὶ [v] οἱ ἡγεμόνες τῇ γνώμῃ.

ζ. Καὶ πέμψας ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πολιορκουμένους, εἰρήνην τε ἐπηγγείλατο, καὶ συγχωρεῖν τοῖς [x] πατρίοις νόμοις [y] χρωμένους ζῆν. οἱ δὲ, ἀσμένως δεξάμενοι τοὺς λόγους, λαβόντες ὅρκους τε καὶ πίστεις, ἐξῆλθον ἐκ τοῦ ἱεροῦ. εἰσελθὼν δὲ Ἀντίοχος εἰς αὐτὸ, καὶ θεασάμενος ὀχυρὸν ὄντως τὸ χωρίον, παρέβη τοὺς ὅρκους, καὶ κελεύσας τοῖς δυνάμεσιν [z] περιβαλέσθαι καθεῖλεν τὸ τεῖχος εἰς ἔδαφος. καὶ ταῦτα ποιήσας, ἀνέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν, ἐπαγόμενος Ὀνίαν τὸν ἀρχιερέα, ὃς δὲ Μενέλαος ἐκαλεῖτο. Λυσίας γὰρ συνεβούλευσε τῷ βασιλεῖ, τὸν Μενέλαον ἀνελεῖν, εἰ βούλεται τοὺς Ἰουδαίους ἡρεμεῖν, καὶ μηδὲν ἐνοχλεῖν αὐτῷ. τοῦτον γὰρ ἄρξαι τῶν κακῶν, πείσαντ' αὐτὸς τὸν πατέρα τοὺς Ἰουδαίους ἀναγκάσαι τὴν πάτριον θρησκείαν καταλιπεῖν. πέμψας οὖν τὸν Μενέλαον ὁ βασιλεὺς εἰς [a] Βέροιαν τῆς Συρίας διέφθειρεν, ἐκτελευτήσαντα μὲν ἔτη δέκα, πονηρὸν ὄντα γενόμενον καὶ ἀσεβῆ, καὶ, ἵνα αὐτὸς ἄρχῃ, τὸ ἔθνος ἀναγκάσαντα παραβῆναι τοὺς ἰδίους νόμους. ἀρχιερεὺς δ' ἐγένετο μετ' [b] αὐτὸν τοῦ Μενελάου Ἰάσων [c] Ἀλκιμος ὁ καὶ [d] Ἰάκειμος κληθείς. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀντίοχος, εὑρὼν ἤδη τὸν Φίλιππον κεκρατηκότα τῶν πραγμάτων, ἐπολέμησε πρὸς αὐτόν· καὶ λαβὼν αὐτὸν ἰσχυρότερον, ἀπέκτεινεν. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς υἱὸς Ονίας, [e] ὃν προείπομεν ἔτι παῖδα τελευτήσαντος ἀφιέναι τοῦ πατρὸς, ἰδὼν ὅτι τὸν θεῖον αὐτοῦ Μενέλαον ὁ βασιλεὺς ἀνελὼν τὴν ἀρχιερωσύνην Ἀλκίμῳ δέδωκεν, [f] οὐκ ὄντι ἐκ τῶν [g] ἀρχιερέων γνησίας, ἀλλ' ἰσοτίμου Λυσίᾳ πεισθεὶς [h] μεταθῆναι τὴν τιμὴν ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας εἰς ἕτερον οἶκον, φεύγει πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου βασιλέα· καὶ τιμῆς ἀξιωθεὶς ἰσοτίμου τοῦ αὐτοῦ ἐν τοῖς

singulas, à Rege in eos adhibitas, machinationes, illi etiam alias fecerunt. Commeatus autem eos deficere cœperat, frugibus, quos condiderant, absumptis, terraque eo anno non culta, &, quod septimus erat annus quo secundum legem *tota* regio feriatur, nulla semente facta. Multi igitur obsessorum propter necessariorum inopiam diffugiebant, adeo ut pauci in templo relicti fuerint.

6. Atque illis quidem, qui in fano obsidebantur, ita res ceciderunt. Lysias vero copiarum dux & Antiochus rex, postquam eis nunciatum erat, Philippum è Perside venire, & rerum summam sibimet vendicare, in ea erant sententia ut soluta obsidione adversus Philippum ire contenderent; id tamen *consilii* tam duces quam milites celare decreverunt. Cæterum rex mandavit Lysiæ, ut in concione cum ipsos tum duces alloqueretur, ne mentionem quidem faciens negotiorum Philippi, id vero subindicans, oppugnationem fore rem longi temporis, locumque esse munitissimum, & commeatus eos jam defeciisse, multaque in regno constituenda esse, adeoque longe melius videri fœdus cum obsessis & amicitiam cum tota illorum gente inire, & sinere eos uti patriis legibus *& institutis*, quibus ademptis in bellum eruperant, atque *ita demum* domum redire. Cum ista Lysias loquutus esset, tam ducibus quam exercitui *ea* placuit sententia.

Lysias persuadet Antiocho ut cum Judeis componat. 1 *Maccab.* c. 6. *Antiochus Lysiæ mandat, ut ad milites verba faceret de pace ineunda.* 1 *Maccab.* c. 6.

7. Tum Rex, missis ad Judam & qui cum eo obsessi erant nunciis, pacem illis se datum ire promisit, libertatemque vivendi patriis legibus. Illi vero verbis istis libenter obsequuti, fideque jurejurando accepta, è templo exierunt. At Antiochus, cum in illud ingressus animadvertisset locum egregie adeo munitum, datum à se jusjurandum violavit, præcepitque exercitui, qui tum ei aderat, ut murum diruerent soloque æquarent. Atque his factis Antiochiam reversus est, secum ducens Oniam pontificem, qui Menelaus vocabatur. Nam Lysias consilium dedit Regi, ut Menelaum interficeret, si vellet Judæos quiescere, nullumque que sibi negotium facessere. Hunc enim malorum *omnium* auctorem exstitisse, patri ipsius persuadendo, ut Judæos ad patrium cultum relinquendum adigeret. Rex igitur Menelaum, in Beroeam Syriæ urbem ablegatum, interfici jussit, post decennium in pontificatu exactum, hominem malum & impium, qui, ut principatum sibi adstrueret, gentem coëgit à propriis legibus desciscere. Post Menelai autem obitum pontifex factus est Alcimus, qui & Jacimus nominatus. Cæterum Antiochus rex, cum offendisset Philippum rerum gubernaculo admotum, bellum ei movebat; & in potestatem suam redactum extremo supplicio affecit. Filius autem pontificis Onias, quem puerulum defuncto patre relictum jam ante diximus, videns quod Rex, patruo suo sublato, pontificatum Alcimo dedisset, qui non erat de genere pontificali, persuasus nempe à Lysia ut honorem *gentilem* ab ea familia in aliam domum transferret, fugit ad Ptolemæum regem Ægypti: atque, ab eo & uxore ejus Cleopatra

7. XV. *Antiochus fœdus init cum Judeis.* 1 *Maccab.* c. 6. *Fidem datam violat.* 1 *Maccab.* c. 6.

Menelaus supplicio afficitur. 2 *Maccab.* c. 13. *Alcimus fit pontifex. Philippus occiditur.*

[n] Πρὸς ἕκαστον] Καθ' ἕκαστον γὰρ τῶν ὧν Ἀντίοχος μηχανημάτων *Busb.*
[o] Αὐτοῖς ἐπελελοίπει,] Ita ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* αὐτῷ in *Editis.*
[p] Ἀντίοχος] Vocem Ἀντίοχος insertam dedi ex *Busb.* & *Vet. Interpr.*
[q] Φίλιππος] Ita *C.* & *Vet. Interpr.* in *Editis Aliisque* ὁ βασιλεὺς Φίλιππος.
[r] Περὶ Φιλίππου ἐμφανίζοντα,] Περὶ τοῦ Φιλίππου *C.*
[s] Χρονιωτάτη] Πολυχρονιωτάτη *Hen.* & *C.*
[t] Νῦν ἐξεπολεμώθησαν,] Ex *Lugd. Bat.* additum νῦν. HAV.
[v] Οἱ ἡγεμόνες τῇ γνώμῃ.] Illud οἱ ex *Hen.* & *Busb.*
[x] Πατρίοις] *L. B.* πατρίοις.
[y] Χρωμένους ζῆν.] Χρωμένοις *Hen.* & *Lugd. Bat.*
[z] Περιβαλέσθαι καθεῖλεν] Περισῶσαν *Hen.* & *Epiphan.*

[a] Βέροιαν τῆς Συρίας] Ita *Hen. C.* & *Nummi Veteres.* Βίρροιαν in *Editis Aliisque.*
[b] Τὸν τοῦ Μενελάου θάνατον] Τὸν Μενελάου *Hen.* & *C.* ut alicubi supra.
[c] Ἀλκιμος] Hisce repugnare videtur locus in 1 *Macc.* c. 7. v. 5. Sed *Josepho* eum conciliat *Grotius.*
[d] Ἰάκειμος] Ἰωάκειμος ἐπικληθεὶς *Busb.* & *C.* Ἰάκιμος *Hen.*
[e] Ὃν προείπομεν] Scilicet, supr. c. 5. §. 1.
[f] Οὐκ ὄντι] Ita ex *Hen.* & *C.* οὐκ ὄντι τῆς ἀρχιερέων γνησίας in *Editis.*
[g] Ἀρχιερέων γνησίας,] Erat tamen stirpis Aaronicæ. 1 *Macc.* c. 7. v. 14. Vide *Seldenum* in lib. 1. *de Success. in Pontific. Hebr.* c. 9.
[h] Μεταθῆναι τὴν τιμὴν] Μεταθέσθαι *Hen.* (*L. B.*) & *C.*

ὁ Αὐ-

Onias in Ægypto templum ædificat.

c Μακεδόνων,] Hebræi solent reges Syriæ מלכי יון & hos quidem solos reges Græcos nominare. Μακεδόνων nomen alii usurpant non pro Syris modo, sed aliis ex successoribus Alexandri. Eusebius histor. eccles. lib. v. c. 8. ex Irenæo. Πρὸ τοῦ Ρωμαίους κρατῆσαι τῆς δυνάμεως αὐτῶν, ἔτι τῶν Μακεδόνων τὴν Ασίαν κατισχόντων Πτολεμαῖος ὁ Λάγου. *Antequam Romani imperium suum confirmassent, quum Macedones adhuc Asiam obtinerent, Ptolemæus Lagi.* &c. mox narrat Judæos Ptolemæo petenti codicem Sacrum annuisse, ὑπήκουον γὰρ ἔτι τοῖς Μακεδόσι τότε, *parebant enim tunc Macedonibus*, id est, Ægyptiis. Ceteroquin enim ratio non esset cur regi Ægyptio debuerint id concedere, quia parebant Macedonibus, nisi ipse inter Macedones habeatur. Syncellus in Chronographia p. 277. notat illam Monarchiam, quæ Persicam secuta est Ελλήνων & Μακεδόνων dici, Ελληνας γὰρ καὶ Μακεδόνας καλῶ τοὺς αὐτοὺς μεμαθηκαμεν, *ex libris enim Maccabaicis didicimus eosdem esse qui Græci & Macedones dicuntur*, addens imperium τὸ καὶ Μακεδονικὸν post Alexandri mortem divisum fuisse in Ægyptium, Syriacum & Macedoniæ ipsius. Africanus in Chronico (vide Syncellum p. 276.) Ἀπὸ Αλεξάνδρου δὲ κτίσεως χρόνων ὑποδυόντες Ιουδαῖοι τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ποτὲ μὲν Πτολεμαίοις, ποτὲ δὲ Ασιανοῖς ὑπέφοροι. *A tempore Alexandri conditoris imperii Judæi fuerunt subjecti regno Macedonum, & modo Ptolemæis, modo Antiochis paruerunt.* Hic & Ægyptii & Syri appellantur Macedones. Tacitus lib. v. histor. 8. *Judæi Macedonibus invalidis sibi ipsi reges imposuere.* REL.

d Επιφὴν τοῖς Ιουδαίοις,] Adhæsere Judæis, i. e. eos urfere & infectati sunt. Sic דבק Hebræis. In vernacula etiam lingua similis locutio. IBBETSON.

* *Animisque resumptis eos undique vexabant.*] *Vel* numeroque aucti, *aut* viribusque pollentes.

e Ενάκτω.] Ita *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* ἐνάκτων in *Editis Aliisque.*

f Παρέδοσαν.] Παρεδίδοσαν *Busb.* & *Hen.*

g Επειθ' ὕστερον διέφθειρε.] Ita in *Editis* & aliquot *MSS.* Verum ὕστερον nec agnoscitur à *Busb.* nec ab *Epiphanio.* præterea *Zonaras* legit εἶτα διέφθειρε.

h Περιελθόντες] Ita *Gen.* & *Gall.* φιλαφθέντες *Bas.* & *Hen.*

i Οικτρῶς τὸ ἔθνος,] Ita *Hen.* & *Epiphan.* (*Lugd. Bat.* idem volebat scribens οἰκτρῶν) πικρῶς in *reliquis.*

k Απο-

fratrem ſuum ſibi in exemplum proponeret, ejuſque de popularibus ſuis curam & providentiam, qui pro patriæ libertate vitam profudit, imitaretur, & ſine defenſore non relinqueret gentem, præſertim cum in extremum diſcrimen adduceretur. Tum Jonathas, cum dixiſſet ſe pro illis mortem obiturum eſſe, atque exiſtimaretur nihilo inferior eſſe quam frater, Judæorum dux declaratur.

Jonathas Judæ fratri ſuccedit. 1 Maccab. c. 9.

2. Quod ubi reſcivit Bacchides, *is* veritus ne Jonathas negotium faceſſeret Regi & Macedonibus, quemadmodum non ita pridem Judas, dolo quærebat eum interimere. Verum hoc illius *vafrum* conſilium nec Jonatham, nec Simonem ipſius fratrem latebat: ſed enim illi, hac re cognita, ſociiſque ſuis omnibus aſſumptis, in ſolitudinem, quæ proxime aberat ab urbe, fugam maturabant; cumque veniſſent ad aquam quæ dicitur lacus Aſphar, ibi morabantur. Bacchides autem, ubi intellexit quod viribus animiſque deficerentur, & illic loci conſiderent, adverſus eos cum omnibus ſuis copiis profectus eſt, & poſitis trans Jordanem caſtris *exercitum reficiebat. Cæterum Jonathas, certior factus quod Bacchides contra ſe veniret, mittit fratrem ſuum Joannem, Gaddin etiam appellatum, ad Nabatæos Arabas, (erant enim amici) ut apud eos impedimenta deponeret, donec acie cum Bacchide dimicaret. At Joanni, dum iter faceret ad Nabatæos, Amaræi filii, ad inſidiandum ex urbe Medaba egreſſi, & ipſum, & qui cum eo erant, capiunt, cunctiſque quæ ferebantur direptis, & Joannem & ſocios ejus omnes interficiunt. Veruntamen pœnam ob iſta, quam commeruerunt, fratribus ipſius perſolvebant, de qua haud multo poſt verba faciemus.

Bacchides Jonathæ & Simoni inſidias ſtruit. 1 Maccab. c. 9.

Dein adverſus eos cum copiis proficiſcitur. 1 Maccab. c. 9.

Joannes frater Jonathæ intercipitur. 1 Maccab. c. 9.

3. Bacchides autem, cognito quod Jonathas in Jordanis paludibus caſtra haberet, die Sabbati captato, contra eum venit, tanquam ea die non pugnaturum propter legis reverentiam. Ille vero ſocios adhortatus, additoque inſuper quod vita illis in periculo eſſet, in medio hoſtes inter fluviumque concluſis, ut qui non habeant quò ſe fuga recipere nt (nam hoſtes quidem à fronte eos premebant, à tergo vero flumen erat) quin & Deum precatus ut illis victoriam daret, congreditur cum hoſtibus. quorum multis proſtratis, ubi cernebat Bacchidem in ſe cum impetu ferri, dextram extulit ut eum feriret. Cum autem ille ictum prævideret eumque declinaſſet, *Jonathas* cum ſociis in fluvium inſiluit, & tranavit, atque ita trans Jordanem in tutum evaſerunt, quod hoſtes non amplius amnem tranſirent, ſed Bacchides è veſtigio ad arcem Hieroſolymitanam ſe reciperet. De ſuo autem exercitu *hominum* circiter duo millia amiſit. Cæterum multas Judææ urbes, quibus dejecta erant mœnia, communivit, & Hierichuntem, & Emmauntem, & Bethoron, & Bethellam, & Thamnatha,

Bacchides Judæos adoritur, & clade accepta Hieroſolyma ſe recipit. 1 Maccab. c. 9.

Per Judeam præſidia ſtatuit. 1 Maccab. c. 9.

ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ τῷ ἐκείνῳ πᾶσι τῶν ὁμοφύλων πρόνοιαν ἔχειν, ἀποθανόντος ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας, καὶ μὴ πᾶσιν [k] ἀπροστάτευτον τὸ ἔθνος, μηδ' [l] ἐν οἷς φθείρεται. ὁ δ' Ιωνάθης φήσας ἑτοίμως ἔχειν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ νομισθεὶς [m] κατὰ μηδὲν εἶναι χείρων τοῦ ἀδελφοῦ, στρατηγὸς ἀποδείκνυται τῶν Ιουδαίων.

β'. Ο δὲ Βακχίδης ἀκούσας τοῦτο, καὶ φοβηθεὶς μὴ φθάσῃ πράγματα τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς Μακεδόσιν ὁ Ιωνάθης, ὡς καὶ πρότερον Ιούδας, δόλῳ τοῦτον ἐζήτει. τότε δ' ἔχων τὴν προαίρεσιν οὐκ ἔλαθε τὸν Ιωνάθην, οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Σίμωνα· ἀλλὰ γνόντες ὅτι καὶ προλαβόντες τοὺς ἑταίρους ἅπαντας, εἰς [n] τὴν ἐρημίαν τὴν ἔγγιστα τῆς πόλεως τὸ πάχος ἔφυγον, καὶ φθάσαντες ἐλθεῖν τὸ ὕδωρ τὸ καλούμενον [o] λάκκον Ασφὰρ, αὐτόθι διῆγον. ὁ δὲ Βακχίδης αἰσθόμενος αὐτοὺς [p] ἀπερηκότας, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τυγχάνοντας, ὥρμησεν ἐπ' αὐτοὺς μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, καὶ πέραν τοῦ Ιορδάνου στρατοπεδευόμενος, ἀνελάμβανε τὴν δύναμιν. Ιωνάθης δέ, γνοὺς τὰ Βακχίδου ἐπ' αὐτὸν ἥκοντα, πέμπει τὸν ἀδελφὸν Ιωάννου, τὸν καὶ [q] Γαδδὶν λεγόμενον, πρὸς τοὺς [r] Ναβαταίους Αραβας, ἵνα παρ' αὐτοῖς ἀποθηται τὴν ἀποσκευὴν [s] ἕως ἂν πολεμήσωσι πρὸς Βακχίδην· ἦσαν γὰρ φίλοι. τὸν δὲ Ιωάννου ἀπόντα πρὸς τοὺς Ναβαταίους ἐνεδρεύσαντες ἐκ [t] Μηδάβας πόλεως [u] οἱ [x] Αμαραίου παῖδες, αὐτόν τε συλλαμβάνουσι καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ διαρπάσαντες ὅσα ἐπεκομίζετο, [y] κτείνουσι καὶ τὸν Ιωάννου καὶ τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ πάντας. δίκην μέντοι γε τούτων ὑπέσχον τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ τὴν ἀξίαν, ἣν μετ' ὀλίγον δηλώσομεν.

γ'. Ο δὲ Βακχίδης, γνοὺς τὸν Ιωνάθην [z] ἐν τοῖς ἕλεσι τοῦ Ιορδάνου καταστρατοπεδευόμενον, φυλάξας [a] τὴν τῶν Σαββάτων ἡμέραν, ἐπ' αὐτὸν ἦκεν, ὡς δὲ μαχόμενον [b] ἐκείνῃ διὰ τὸν νόμον. ὁ δὲ παροτρύνας τοὺς ἑταίρους, καὶ φὴς τὰς ψυχὰς αὐτοὺς εἶναι τὸν κίνδυνον, εἰπὼν, μέσους ἀπειλημμένους τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τῶν πολεμίων, ὡς φυγεῖν οὐκ ἔχουσιν· οἱ μὲν γὰρ ἔμπροσθεν [c] θλίβουσιν, ὁ ποταμὸς δ' ὄπισθεν αὐτῶν· δύξαμενος δὲ τῷ Θεῷ νίκην αὐτοῖς φθάσαι τοὺς πολεμίους. ὧν πολλοὺς καταβαλὼν, ἐπεὶ τολμηρῶς εἶδε ἐπερχόμενον αὐτῷ τὸν Βακχίδην, ἐξέτεινε τὴν δεξιὰν ὡς πλήξων αὐτόν. ὃ δὲ προφθάσας τὴν πληγὴν ἐκκλίναι, ὑποπηδήσας μετὰ τῶν ἑπτὰ εἰς τὸν ποταμὸν, διενήξατο, καὶ τὸν πλησιάζοντα τὸν τρόπον εἰς τὸ πέραν τοῦ Ιορδάνου, τῶν πολεμίων οὐκ ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐπιβαλλόντων, ἀλλ' ὑποστρέψαντος δι' ὀργὴν τὸν Βακχίδην εἰς τὴν ἐν Ιερουσαλήμοις ἄκραν. ἀπέβαλε δὲ τῆς στρατιᾶς [d] ὡς περὶ δισχιλίους. πολλὰς δὲ τῆς Ιουδαίας [e] καταβαλλομένας πόλεις ὠχύρωσε, καὶ τὴν [f] Ιεριχοῦν καὶ [g] Εμμαοῦν, καὶ [h] Βεθωρὸν, καὶ [i] Βεθήλ-

---

k Απροστάτευτον] Απροστάτητον *Busb.* & *Hen.* HUDS. Chryſoſt. Serm. XI. T. V. p. 56. ἀπροστάτευτος ὢν τῇ ἑαυτοῦ. SPANH.

l Εν οἷς φθείρεται.] Εν οἷς κακοῖς φθείρῃ *Busb.* ἐν οἷς κακοῖς (*lege* κακῶς) φθείρει *Hen.*

m Κατὰ —— Ιουδαίαν.] Conf. *alios.* lib. 1. c. 2. §. 1. SPANH.

n Τὴν ἐρημίαν τὴν ἔγγιστα τῆς πόλεως] Ερημον Θεκωὲ 1 Maccab. IX. 33. vid. de Vit. §. 75. & *alios.* lib. 6. c. 6. §. 3. SPANH.

o Λάκκον Ασφὰρ,] Ita & 1 *Macc.* c. 9. v. 33. Ακκάσφαρ *Hen.* Non *lacum* fuiſſe, ſed *foſſam* exiſtimat *Grotius.* Ad occaſum lacûs Aſphaltitis fuiſſe videtur. Videſis *Relandum* in *Palæſtina* S. pag. 267. HUDS. Lacus Aſſur *Ruſin.* 1 Maccab. IX. 34. itidem ut hic λάκκος Ασφάρ. SPANH.

p Απειρηκότας,] *L. B.* ἀπηρκότας.

* *Exercitum reficiebat.*] Confluentem illic militem recipiebat, *Gelen.*

q Γαδδὶν] Conf. ſupr. lib. 12. c. 6. §. 1. SPANH.

r Ναβαταίους Αραβας.] Conf. ſupr. lib. 12. c. 8. §. 3. SPANH.

s Εως ἂν πολεμήσωσι] Εως ἂν πολεμήσωσι αὐτοῖς Βακχίδῃ *Hen.*

t Μηδάβας πόλεως] Ita & *Suida.* Μήδαβα *Ptolemæo.* In *Gracis* 1 *Macc.* c. 9. v. 36. Ναβαδὰ, & in quibuſdam *Epiphanii* libris *Nabath.* Γαβαθὰ veram lectionem eſſe apud *Joſephum* ſuſpicatur *Grotius.* Vide *Relandum* in *Palæſtina S.* p. 893. HUDS. Εκ Μηδαβᾶ 1 Maccab. IX. 36. Nabath *Ruſin.* SPANH.

u Οἱ Αμαραίου παῖδες,] Υἱοὶ Ιαμβρὶ 1 Maccab. IX. 36. filii Amri *Ruſin.* SPANH.

x Αμαραίου παῖδες,] Fuerit illorum parenti nomen *Amri*, quale regi cuidam Iſraëlis, 1 *Reg.* 16, 22.

y Κτείνουσι τὸν τοῦ Ιωάννου] Κτείνουσιν αὐτόν τε τὸν Ιωάννου, καὶ τοὺς *Hen.* αὐτόν τε κτείνουσι καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ *Busb.*

z Εν τοῖς ἕλεσι τοῦ Ιορδάνου] Jordanis paludes vid. inf. §. 5. SPANH.

a Τὴν τῶν Σαββάτων ἡμέραν,] Conf. ſupr. lib. 12. c. 6. §. 2. & *alios.* lib. 1. c. 7. §. 3. SPANH.

b Ἐκείνῃ διὰ τὸν νόμον.] Εν ᾗτινι *Hen.*

c Θλίβουσι,] Εκθλίβουσι *Hen.* & *L. B.*

d Ὡς περὶ δισχιλίους.] Εἰς χιλίους ἄνδρας 1 *Macc.* c. 9. v. 43.

e Καταβαλλομένας πόλεις] Καταλαβομένας *Busb.* (καταλαβόμενος *L. B.*) *Hen.* & *Vet. Interpr.*

f Ιεριχοῦν —— Γάζαν.] Urbes Judææ præſidiis à Bacchide munitas legimus etiam 1 Maccab. IX. 50. erantque Ιερεχ. Εμ. Βαιθωρὼν, Βαιθὴλ, Θαμναθὰ καὶ Φαραθωνὶ καὶ τὸν Τιφών. SPANH.

g Εμμαοῦν,] Αμαθοῦν *Hen.* (*L. B.*) & *Epiphan.*

h Βεθωρὸν,] Βαιθωρὼν (forſan pro Βαιθωρὼν, *Hen.* Βεθηρὼν malit *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 9. v. 50. Adi *Relandum* in *Palæſtina* S. p. 637. HUDS. Conf. ſupr. lib. 12. c. 10. §. 5. SPANH.

i Βεθήλ-

[i] Βεθήλαν, καὶ [k] Θαμναθὰ, καὶ [l] Φαραθὼ, καὶ [m] Τοχόαν, καὶ Γάζαρα. καὶ πύργους ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων οἰκοδομήσας, καὶ πίσχη περιβαλὼν αὐτῶν καρτερὰ, καὶ τῷ μεγέθει διαφέροντα, δυνάμιν εἰς αὐτὰς κατέστησεν, ὅπως κακοῦν ἐκεῖθεν ὁρμώμενοι τοὺς Ἰουδαίους ἔχωσι. μάλιστα δὲ τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἄκραν [n] ἰσχύρωσε. λαβὼν δὲ καὶ τοὺς τῶν πρώτων τῶν Ἰουδαίων παῖδας ὁμήρους, εἰς τὴν ἄκραν αὐτοὺς ἐνέκλεισε, [o] καὶ τῶνδε ἐφύλαττε τὸν τρόπον.

δ'. Τὸν δὲ αὐτὸν [p] δὴ καιρὸν διαγνόμενός τις περὶ Ἰωνάθην καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Σίμωνα, τοὺς Ἀμαραίου παῖδας ἀπήγγειλεν αὐτοῖς γάμον ἐπιτελοῦντας, καὶ τὴν νύμφην ἄγοντας, ἀπὸ [q] Γαβαθὰ πόλεως, θυγατέρα τινὸς ὄντων τῶν ἐπιφανῶν μετὰ τοῦ πλούτου μετὰ τῆς Ἀραβίας, μέλλειν δὲ γίνεσθαι [r] μετὰ πομπῆς καὶ κόρης λαμπρᾶς καὶ πολυτελοῦς. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωνάθην καὶ Σίμωνα, καιρὸν ἐπιτηδειότατον εἰς τὴν ἐκδίκησιν τοῦ ἀδελφοῦ [s] νομίσαντες αὐτοῖς [t] μετὰ φαντασίας, καὶ λήψεσθαι τὸν ὑπὲρ Ἰωάννου δίκην παρ' αὐτῶν ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας ὑποληφθέντες, ἐξώρμησαν εἰς [u] Μηδάβαν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐν τῷ ὄρει λοχῶντες ἔμενον. ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἄγοντας τὴν παρθένον, καὶ τὸν νυμφίον, καὶ φίλων σὺν αὐτοῖς οἷον εἰκὸς ἐν γάμοις ὄχλον, ἀναπηδήσαντες ἐκ τῶν ἐνέδρας ἀπέκτειναν ἅπαντας· καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὴν ἄλλην ὅση τότε εἰπεῖν λεία τοῖς ἀνθρώποις, λαβόντες ὑπέστρεψαν. καὶ τιμωρίαν μὲν ὑπὲρ Ἰωάννου τοῦ ἀδελφοῦ μετὰ τῶν ἰδίων Ἀμαραίου τοιαύτην ἀπέλαβον. αὐτοί τε γὰρ ἦσαν οἱ συνεπόμενοι φίλοι καὶ γυναῖκες αὐτῶν καὶ τέκνα διεφθάρησαν, ὄντες [x] ὡς τριακόσιοι.

ε'. Σίμων μὲν οὖν περὶ Ἰωάθης, εἰς [y] τὰ ἕλη τὰ ποταμοῦ ὑποστρέψαντες, αὐτόθι κατέμενον. Βακχίδης δὲ, τὴν Ἰουδαίαν ἅπασαν φρουραῖς ἀσφαλισάμενος, ὑπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα. [z] καὶ τότε μὲν ἐπ' ἔτη δύο τὰ τῶν Ἰουδαίων ἠρέμησε πράγματα. οἱ δὲ Φυγάδες καὶ οἱ ἀσεβεῖς, ὁρῶντες τὸν Ἰωνάθην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἐνδιαιτωμένους τῇ χώρᾳ διὰ τὴν εἰρήνην, πέμπουσι πρὸς Δημήτριον τὸν βασιλέα, παρακαλοῦντες [a] ἀποστεῖλαι Βακχίδην ἐπὶ τὴν Ἰωνάθου σύλληψιν. [b] ἐδήλουν δὲ αὐτῷ ὅπως ἐσομένην, καὶ νυκτὶ μιᾷ, μὴ προσδοκῶσιν αὐτοῖς ἐπιπεσόντας, [c] ἀποκτενεῖν ἅπαντας. [d] ὃ δὴ βασιλέως σκέμψαντος τὸν Βακχίδην, γνόμενος ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πᾶσιν ἔγραψε τοῖς φίλοις καὶ Ἰουδαίοις καὶ συμμάχοις, [e] συλλαβεῖν αὐτὸν τὸν Ἰωνάθην. προσδαζόντων δὲ πάντων καὶ μὴ δυναμένων κρατῆσαι δι' Ἰωνάθην· ἐφυλάττετο γὰρ [f] σφόδρα τὴν ἐπιβουλὴν [g] ἠθημένος· ὁ Βακχίδης ὀργισθεὶς τοῖς Φυγάσιν, ὡς ψευσαμένοις αὐτόν τε καὶ τὸν βασιλέα, πεντήκοντα [h] αὐτῶν τοὺς ἡγεμένους συλλαβὼν, ἀπέκτεινεν. ὁ δὲ Ἰωνάθης σὺν τῷ ἀδελφῷ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ εἰς [i] Βηθαλαγὰν

& Pharathonem, & Techoam, & Gazara. Cumque turres in unaquaque urbe ædificasset, & muros validos & magnitudine præcellentes eis circumdedisset, in illis præsidia collocavit, ut factis inde excursionibus Judæos infestarent. Maxime vero *omnium* Hierosolymorum arcem firmavit. Cumque & principum Judææ filios obsides accepisset, eos in arcem inclusit, atque ita custodiebat.

4. Sub id tempus igitur quidam Jonathan & Simonem ejus fratrem adiit, illisque nunciavit Amaræi filios, nuptias celebrantes, sponsam ducere ex urbe Gabatha, filiam cujusdam de viris illustribus apud Arabas, foreque ut puella deducatur cum splendido & sumptuoso apparatu. Jonathas autem & Simon, rati tempus sibi opportunissimum oblatum esse ad fratrem ulciscendum, opinatique se facillime posse Joannis *occisi* pœnas ab illis repetere, Medabam profecti sunt, & ad montem in insidiis locati inimicos exspectabant. Cumque eos animadvertissent virginem ducentes, sponsumque, & *magnam* cum eis, ut in nuptiis fieri solet, amicorum turbam, exsilierunt in eos ex insidiis, & omnes *ad unum* interfecerunt, captoque mundo muliebri & reliqua quæ viros tunc sequebatur præda, reversi sunt. Atque hujusmodi supplicium ab Amaræi filiis sumpserunt ob ea quæ Joanni fratri fecerant. nam & illi ipsi & qui eos comitabantur amici, ut & uxores eorum & liberi, numero ad quadringentos, occisi sunt.

Jonathas & Simon opprimunt Nabatæos nuptias celebrantes. 1 Maccab. c. 9.

5. Et quidem Simon & Jonathas, in fluvii paludes reversi, illic consederunt. Bacchides vero, cum Judæam omnem præsidiis muniviſſet, ad Regem se recepit. Et tunc quidem per *integrum* biennium in tranquillo erant Judæorum res. Verum transfugæ & scelerati, cum viderent Jonatham cum suis pacis beneficio quietos securosque in regione agere, ad Demetrium regem *quosdam* legarunt, rogantes ut Bacchidem mitteret ad Jonatham capiendum. Hoc enim in proclivi fore significabant, unaque nocte omnes, si eos de improviso adoriretur, opprimi posse. Cum autem Rex *eò* Bacchidem misisset, ille ubi in Judæam venit, scripsit ad amicos suos omnes, & Judæos & auxiliares, ut Jonatham comprehensum ad se adducerent. Postquam vero omnes summo studio id agerent, nec quidquam proficerent ad Jonatham capiendum (nam *sibi* valde cavebat, intellectis *eorum* insidiis) Bacchides, iratus perfugis, ut qui rem falso ad ipsum pariter ac Regem detulissent, ex principibus illorum ad quinquaginta homines comprehendit & interfecit. Jonathas autem cum fratre suo-

Proditores Bacchidem accersunt ad occidendum Jonatham. 1 Maccab. c. 9.

Bacchides; frustra id conatus, perfugis irascitur. 1 Maccab. c. 9.

rum-

[i] Βεθήλαν,] Βεθήλα *Hen.* HUDS. Βεθήλα supr. lib. 1. c. 19. §. *ult.* & lib 5. c. 1. §. 22. ὅσον ἀπὸ Βεθήλων εἰς τὸ μέγα τελευταῖον πεδίον· & lib. 6. cap. 4. §. 2. & Βεθήλῳ supr. lib. 6. cap. 3. §... & cap 7. §. 1. ἐν πολῇ Βεθήλῳ. SPANH.

[k] Θαμναθὰ,] *Eusebio* Θαμνὰ vicus. Vide *Relandum*, p. 1032. HUDS. Θαμνὰ supr. lib. 5. c. 10. § 1. vel 2. εἰς Θαμνὰ πόλιν τῶν Παλαιστινῶν· nempe hic additur terminatio Syriaca θὰ. SPANH.

[l] Φαραθὼ,] Βαραθὼ *Hen.* Φαραθῶνα aut Φαραθὼν legisse videtur *Vet. Interpres.* HUDS. Φαραθωνιτῶν supr. lib. v. c. 9. §. ult. πόλεως ἢ Φαραθωνιτῶν γεγονώς· & mox ibid. ταφῆς ἐν Φαραθὼ λαμπρᾶς τυγχάνῃ· SPANH.

[m] Τοχόαν,] Θοκόαν *Hen.* Τεφὼν malit *Grotius* ex 1 *Macc.* c. 9. v. 50.

[n] Ἰσχύρωσε.] Ὠχύρωσε *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[o] Καὶ τῶνδε ἐφύλαττε τὸν τρόπον.] Illa καὶ τῶνδε ἐφύλαττε τὸν τρόπον non legisse videtur *Epiphan.* συλλήψεσι, καὶ ἐφύλαττεν. ὑπὸ &c. *Busb.*

[p] Δὴ καιρὸν διαγνόμενός] Δὲ *Hen.*

[q] Γαβαθὰ] Ex 1 *Macc.* c. 9. v. 37. Nαδαβὰθ malit *Relandus*, p. 771. cujus conjecturam aliquatenus firmat *Epiphan.* apud quem *Nabatha* aut *Madaba*. Sed Γαβαθὰ præfert *Grotius*. HUDS. Supr. lib. 5. c. 1. §. *ult.* τέφῳ τὸ Γαβαθὰ πόλει &c. lib. 6. c. 4. §. 2. ἐλθὼν εἰς Γαβαθὰ & §. 6. ἀπεχομένῳ εἰς Γαβαθὼ, & lib. 8. c. 7. §. *ult.* περὶ τὴν πολιορκίαν τῶν Γαβαθῶν. SPANH.

[r] Παρατομπὼ τῆς κόρης] Μετὰ παρατομπῆς λαμπρᾶς καὶ πολυτελοῦς *Busb.* μετὰ πολυτελοῦς παραπομπῆς *Zonar.* μετὰ παρατομπῆς μεγάλης 1 *Macc.* c. 9. v. 37.

[s] Νομίσαντες αὐτοῖς] Τοῦτον νομίσαντες *Busb.*

[t] Παραφανίαν,] Παραφαντῆναι *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[u] Μηδάβαν,] Τὰ Μηδάβα *Hen.* & *Lugd. Bat.* HUDS. Conf. *alios.* lib. 1. c. 2. §. 6. SPANH.

[x] Ὡς τετρακόσιοι.] Ita *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* ὄντες υ'. in *Editis.*

[y] Τὰ ἕλη τὰ ποταμοῦ] Conf. supr. §. 3. SPANH.

[z] Καὶ τότε μὲ] Post Alcimi pontificis obitum quievit Judæa annos duos. 1 *Macc.* c. 9. v. 57.

[a] Ἀποστεῖλαι Βακχίδην] Ὑποστεῖλαι *Hen.*

[b] Ἐδήλουν δὲ αὐτῷ] Ita legisse videntur *Epiphan.* & *Zonaras*. male in libris omnibus ἐδήλου.

[c] Ἀποκτενεῖν ἅπαντας.] Ἀποκτένειν *Hen.*

[d] Τὸ δὴ βασιλέως] Ὁ δὴ Βακχίδης καλεῖς καὶ γλυκύθυμος *Busb.* ὁ δὴ Βακχίδης ὑπὸ τὸ βασιλέως καλεῖς καὶ γλυκ. juxta *Epiphanium.*

[e] Συλλαβεῖν] *L. B.* συλλαβοῦσαν.

[f] Σφόδρα τὴν ἐπιβουλὴν] Illud σφόδρα ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

[g] Ἠθημένος·] Αἰσθόμενος *Hen.*

[h] Αὐτῶν τοὺς ἡγεμένους] Ἐξ αὐτῶν *Busb.*

[i] Βηθαλαγὰν —— ἑρέμῳ,] Intelligit haud dubie eum locum, qui in *Tabula Judaïca*, כית יעלה. nam γ per Γ sæpe vertitur Græce, & literæ frequenter transponi solent in ejusmodi nominibus. Βαιθβασὶ dicitur 1 *Macc.* c. 9. v. 62. qui locus videtur fuisse in proximo, ut parum referret hic an ille nominaretur. *Grotius.* HUDS. Βαιθβασὶ τῷ ὂν τῇ ἐρήμῳ Maccab. 1. 11. 62. Vithalagam *Rufin.* SPANH.

rumque manu Bacchidis metu Bethalagam seceſſit, vicum in ſolitudine ſitum: & turribus ædificatis & mœnibus *ei* circumdatis, ſeſe à periculo ſecurum conſervabat. At Bacchides, iſtis auditis, cum copiis quæ tum ſibi aderant exiens, & Judæis in auxilium evocatis, contra Jonatham profectus eſt, ejuſque munimentis admoto exercitu, dies aliquammultos ipſum obſidebat. Ille vero acri oppugnantium ſtudio nihil cedit, ſed, cum fortiter reſtitiſſet, Simonem fratrem in urbe relinquit, adverſus Bacchidem præliaturum: ipſe vero clam in regionem egreſſus, magnaque inter ſuæ factionis homines manu collecta, nocte in caſtra Bacchidis impetum facit; & cum multos illic occidiſſet, Simoni etiam fratri palam fit, quod hoſtes eſſet adortus. nam & is ſentiens ſtragem ab illo editam exit in eos, & Macedonum machinas, in obſidionem paratas, incendit, & cæde multa in eos graſſatur. Bacchides autem, cum vidiſſet ſeſe ab inimicis circumventum, & alios quidem à fronte, alios vero à tergo ipſum urgentes, in deſperationem animique conſternationem incidit, *vehementer* perturbatus quod res obſidionis præter ſpem cecideriṇt. Veruntamen iram inde collectam in perfugas, qui ipſum à Rege accerſiverant, convertit, quaſi ab eis deceptus: volebatque, obſidione finita, cum dignitate, ſi fieri poſſet, domum redire.

Bacchides Bethalagam oppugnat. 1 Maccab. c. 9.

Obſidionem ſolvit. 1 Maccab. c. 9.

II. *Jonathas cum Bacchide componit. 1 Maccab. c. 9.*

6. Quod ejus conſilium ubi Jonathas intellexit, legatos ad eum mittit de amicitia & ſocietate *ineunda*, *ea conditione* ut ſibi invicem redderent quos utrique captivos fecerint. Bacchides, hujuſmodi diſceſſionem ſibi *aliâ* honeſtiorem fore ratus, paciſcitur cum Jonatha amicitiam, ſibique mutuo jurarunt neutrum *alteri* arma illaturum. atque ita, redditis receptiſque captivis, Antiochiam ad Regem reverſus eſt: & poſt hunc diſceſſum deinceps nullum in Judæam impetum fecit. Jonathas vero hanc ſecuritatem nactus, & in Machma urbe vitam agens, illic populo res adminiſtrabat: atque ſceleratos & impios ſupplicio afficiens, hoc modo gentem ab illis perpurgavit.

ἀναχωρεῖ, κώμην ἔσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, Φοβηθεὶς τὸν Βακχίδην· καὶ οἰκοδομήσας πύργους, καὶ τεῖχη [k] περιβαλόμενον, [l] αὐτὸν ἔχειν ἀσφαλῶς περιχαρημένον. Βακχίδης δὲ [m] ταῦτα ἀκούσας, τὴν τε [n] μεθ' ἑαυτοῦ στρατιὰν ἄγων, καὶ τοὺς Ἰουδαίων τοὺς συμμάχους προσκαλεσάμενος, ἦλθε τὸν Ἰωνάθην ἥκει, καὶ προσβαλὼν αὐτοῖς ὀχυρώμασιν, ἐπὶ πολλὰς αὐτὸν ἡμέρας ἐπολιόρκει. ὁ δὲ τοῦ τὴν ἀσυδίαν [o] πολιορκίας οὐκ ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ καρτερῶς ἀνίστησι, Σίμωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν [o] ἐν τῇ πόλει καταλείπει, τῷ Βακχίδῃ πολεμήσοντα· λάθρᾳ δ' αὐτὸς εἰς τὴν χώραν ἐξελθὼν, καὶ συναγαγὼν χεῖρα πολλὴν πρὸς τοὺς [p] τὰ αὐτὰ φρονούντων, [q] νυκτὸς ἐπιπίπτει [r] τῷ Βακχίδῃ στρατοπέδῳ, καὶ συχνὺς αὐτῶν διαφθείρας, φανερὸς γίνεται τοῖς ἐχθροῖς ἐπιπεσών. καὶ γὰρ ἕτερον αἰσθόμενον [s] τὸν πολεμίους ἐπ' αὐτὸν κινουμένους, ἐπέξεισιν [t] αὐτοῖς, καὶ τὰ τε μηχανήματα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐνέπρησε τῶν Μακεδόνων, καὶ φόνον αὐτῶν ἱκανὸν εἰργάσατο. θεασάμενον δὲ αὐτὸν ὁ Βακχίδης ἐπὶ τοῖς ἐχθρῶν ἀπολλυμένοις, καὶ τοὺς μὲν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τοὺς δ' ὄπισθεν προσκειμένους, εἰς ἀθυμίαν ἅμα καὶ παραχὴν τῆς διανοίας ἐνέπεσε, τῷ παρ' ἐλπίδας ἀποβάντι [u] τῆς πολιορκίας συγχυθείς. τὸν μέντοιγε ὑπὲρ τούτων θυμὸν εἰς τοὺς φυγάδας, οἱ μετεπέμψαντο αὐτὸν, ἐξ βασιλέως αὐτὸν, [x] ἀπίσκηψεν, ὡς ἐξηπατηκότας· ἐβούλετο δὲ [y] πλείστους τὴν πολιορκίαν ἀπρεπῶς, [z] εἰ δυνατόν, εἰς τὴν [a] οἰκείαν [b] ὑποστρέφειν.

ζ'. Μαθὼν δ' αὐτοῦ τὴν διάνοιαν Ἰωνάθης, πρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας, ὅπως ἀποδῶσιν ἀλλήλοις ὃς εἰλήφασιν αἰχμαλώτους ἑκάτεροι. νομίσας δὲ παύσειν [c] ἀπρεπεστέραν ὁ Βακχίδης τὴν ἀναχώρησιν, ἀπένδει πρὸς τὸν Ἰωνάθην φιλίαν· καὶ ὤμοσαν μὴ [d] στρατεύειν ἔτι κατ' ἀλλήλων. καὶ τούς τε αἰχμαλώτους ἀποδοὺς, καὶ τοὺς ἰδίους κομισάμενος, ὑπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ οὐ παύσειν τὴν ἀναχώρησιν, οὐκ ἔτι εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐνέβαλεν. ὁ δὲ Ἰωνάθης, παύσεις δὲ ἀδείας λαβόμενος, καὶ ποιούμενος ἐν [e] Μαχμᾷ πόλει τὴν διαίταν, αὐτόθι τοῖς ὄχλοις διῆπε τὰ πράγματα, καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς κολάζων [f] ἐκάθηρεν οὕτως ἀπὸ τούτων τὸ ἔθνος.

III. CAP. II. ΚΕΦ. β'.

Quomodo Alexander bellum gerens adverſus Demetrium Jonathæ multa elargitus eſt, & pontificatu ei delato ipſum in ſocietatem ſuam pertraxit, quamvis illi majora pollicitus eſſet Demetrius. De obitu Demetrii.

Ὡς Ἀλέξανδρος, πολεμῶν τῷ Δημητρίῳ, πολλὰ ἐδωρήσατο Ἰωνάθην, καὶ ἀποδείξας αὐτὸν ἀρχιερέα συμμαχεῖν ἔπεισεν αὐτῷ, εἰ καὶ μείζονα ἐκείνῳ ὑπισχνεῖτο Δημήτριος. περὶ Δημητρίου τελευτῆς.

Alexander Ptolemaïdem occupat. 1 Maccab. c. 10.

Demetrii malum ingenium.

ANno autem centeſimo ſexageſimo contigit ut Alexander, Antiochi Epiphanis filius, cum Syriam aſcendiſſet, Ptolemaïdem occuparet, proditione militum qui eam præſidio tenebant. infenſi enim erant Demetrio, tum quod is ſuperbus eſſet, tum quod difficulter ad eum pateret aditus. nam cum in regiam quandam quatuor turribus muni-

ΕΤΕΙ δὲ ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ [g] Ἀλέξανδρον τὸν Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς [h] υἱὸν, ἀναβάντα εἰς Συρίαν, συνέβη καταλαβέσθαι Πτολεμαΐδα, διὰ προδοσίας τῶν ἔνδοθεν στρατιωτῶν. ἀπηχθῶς γὰρ εἶχον πρὸς τὸν Δημήτριον, διά τε τὴν ὑπερηφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὸ δυσέντευκτον. ἀποκλείσας γὰρ [i] αὐτὸν εἰς [k] τετραπύργιόν τι βασίλειον, ὃ κατεσκευ-

[k] Περιβαλόμενον,] Περιβαλλόμενον *Hen.* & *Busb.*
[l] Αὐτὸν ἔχειν ἀσφαλῶς] Ἑαυτὸν εἶχεν *Busb.* αὐτὸν εἶχεν *Hen.* αὐτῷ ἔχειν ἀσφαλῶς περιχεημένην juxta *Vet. Interpr.*
[m] Ταῦτα ἀκούσας,] Ταῦτα μαθὼν *Busb.*
[n] Μεθ' ἑαυτοῦ στρατιὰν ἄγων,] Μετ' αὐτοῦ *Hen.*
[o] Ἐν τῇ πόλει] Ἐν τῇ πόλει εἶασι τῷ Βακχίδῃ πολεμήσαντα *Busb.* & *Hen.*
[p] Τὰ αὐτὰ φρονούντων,] Τὰ αὐτῷ *Hen.*
[q] Νυκτὸς ἐπιπίπτει] Νύκτα *Busb.*
[r] Τῷ Βακχίδου στρατοπέδῳ,] Τῷ δὲ Βακχίδου *Hen.*
[s] Τοὺς πολεμίους] Τοὺς πολεμίους adjecimus è *Cod. Hen.* & *Vet. Int.*
[t] Αὐτοῖς,] Αὐτοὺς *Busb.* ſed nec αὐτοῖς nec αὐτοὺς agnoſcit *Epiphan.*
[u] Τῆς πολιορκίας συγχυθείς.] Περὶ τὸν πολιορκίαν *Hen.*
[x] Ἀπίσκηψεν,] Ita malui cum *Busb.* & *Hen.* præſertim quod eodem ſenſu occurrat apud *Dionyſ. Halic.* p. 368. v. 37. *Edit. Oxon.* ἐπέσκηψεν in *Editis.* HUDS. Verſ. *convertit.* potius *effudit.* IBBETSON.
[y] Πλείστους] *L. B.* πλείστους.
[z] Εἰ δυνατὸν,] Εἰ δυνατὸν adjectum eſſe volui ex *Hen. Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.*

[a] Οἰκείαν] Οἰκίαν *Hen.*
[b] Ὑποστρέφειν.] Ὑποστρέψαι *Busb.* & *Hen.*
[c] Ἐνπρεπεστέραν] Ἐνπρεπεστάτην *Busb.* & *Hen.*
[d] Στρατεύειν ἔτι κατ'] *Lugd. Bat.* στρατεύειν ἐπὶ τὸν.
[e] Μαχμᾷ πόλει] Conf. lib. VI. c. 6. §. 1. SPANH.
[f] Ἐκάθηρεν] Ἐκάθαιρεν *Busb.* ἐκάθαιρεν *Hen.*
[g] Ἀλέξανδρον τὸν Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς] Verum non Antiochi filius, ſed ſortis extremæ juvenis à *Juſtino* dicitur lib. XXXV. c. 1. & *Appian.* in *Syriac.* Alexander Bala dictus *Euſeb. Gr. p.* 505. Item in ejus Nummis ΘΕΟΠΑΤΩΡ. 1 Maccab. c. X. v. 1. Ἀλέξανδρος ὁ δὲ Ἀντιόχου ὁ ἐπιφανής· SPANH.
[h] Υἱὸν,] Id eſt, qui ſe filium Antiochi illuſtris dicebat. *Nomen ei* (ut inquit *Juſtinus*, l. 35.) *Alexandri inditur*, *genituſque ab Antiocho dicitur*, *ſortis extremæ juvenis* &c. in Epitome *Livii*, l. 2. 11. *Alexander homo ignotus & incertæ ſtirpis.* ἐπανίσταται δὲ αὐτῷ τις Ἀλέξανδρος ψευδώνυμος εἶναι Σελευκείας γόνος, *Appian.* Dictus eſt ab adverſariis Balles. *Straboni* l. XVI. ὁ Βάλας Ἀλέξανδρος. *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 10. v. 1. Vide *Hiſtoriam Regum Syriæ* per *Foy. Vaillant*, p. 245.
[i] Αὐτὸν] Αὐτὸν *Busb.* & *Hen.*
[k] Τετραπύργιόν τι] Τετραπύργιον τὸ βασίλειον *Busb.* HUDS.

For-

πεσκεύασεν αὐτὸς οὐκ ἄπθεν τ Ἀντιοχείας, ἀδένα πεφσίετο, ἀλλὰ καὶ πρὸ τὰ πράγματα ῥάθυμ@ ἦν καὶ ὀλίγωρ@. ὅθεν αὐτῷ καὶ μᾶλλον τὸ πρὸς τῶν ὑποτεταγμένων μῖσ@ ἐξήφθη, [l] καθὼς ἴδη καὶ ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν. γνόμενον οὖν ἐν Πτολεμαΐδι τὸν Ἀλέξανδρον ἀκούσας ὁ Δημήτρι@, ἦλθ ἅπασαν ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐπ' αὐτόν. ἔπεμψε γὰρ καὶ πρὸς Ιωνάθην πρέσβεις περὶ συμμαχίας καὶ φιλίας. φθάσαι γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον λέγω, μὴ προδιαλεχθεὶς ἐκεῖν@ αὐτῷ χρῆ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν. [m] τοῦτο δ' ἐποίει, φοβηθεὶς μὴ μνησικακήσας ὁ Ιωνάθης αὐτῷ τ ἐχθρας συνεπιθῆται. προσέταξεν οὖν αὐτῷ συναθροίζειν δύναμιν, καὶ [n] κατασκευάζειν ὅπλα, καὶ τὸς ὁμήρους, ὡς τῶν Ιουδαίων ἐνέκλεισε Βακχίδης ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Ιεροσολύμων, [o] ἀποδοῦναι. τοιούτων οὖν αὐτῷ τῶν παρὰ Δημητρίου προσταττόντων, ὁ Ιωνάθης παραγενόμεν@ εἰς τὰ Ιεροσόλυμα, τὴν ἐπιστολὴν ἀνέγνω ἔ βασιλέως, ἀκουόντων ἔ τε λαοῦ καὶ τῶν φρουρούντων τὴν ἀκρόπολιν. ἀναγνωσθέντων δ' τούτων, οἱ ἀσεβεῖς καὶ φυγάδες ἐκ [p] τ ἀκροπόλεως λίαν ἔδεισαν, [q] ἐπιτετροφότ@ Ιωνάθῃ ἔ βασιλέως στρατιὰν συλλέγειν καὶ τὸς ὁμήρους ἀποδοῦναι. ὁ δ' τοῖς γονεῦσιν ἑκάστῳ τ ἴδιον ἀπέδωκε. καὶ ἔτως μὲν Ιωνάθης ἐν Ιεροσολύμοις τὴν μονὴν ἐποιεῖτο, καινίζων τὰ κ τὴν πόλιν, κ πρὸς τὴν αὐτοῦ βούλησιν κατασκευάζων ἕκαστον. ἐκέλευσε γὰρ οἰκοδομηθῆναι καὶ τὰ τείχη τ πόλεως ἐκ λίθων τετραγώνων, ὡς ἂν ἦ πρὸς τὰς [r] πολεμίους ἀσφαλέστερα. ταῦτα δ' ὁρῶντες οἱ τῶν φρουρίων τῶν ἐν τῇ Ιουδαίᾳ φύλακες, ἐκλιπόντες αὐτὰ πάντες ἔφυγον εἰς Ἀντιόχειαν, πάρεξ τῶν ἐν [s] Βεθσούρᾳ πόλ, κ τῶν ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Ιεροσολύμων. ἔτοι γὰρ ἡ πλείων μοῖρα τῶν ἀσεβῶν Ιουδαίων καὶ [t] πεφυγότων ἦσαν, καὶ διὰ τοῦτο τὰς φρουρὰς οὐκ ἐγκατέλιπον.

β'. Γνοὺς ἦ Ἀλέξανδρ@ τὰς τε ὑποσχέσεις ἃς ἐποιήσατο Δημήτρι@ πρὸς Ιωνάθην, καὶ εἰδὼς καὶ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ, καὶ ὁπόσα διέθηκε πολεμῶν τοὺς Μακεδόνας, καὶ πάλιν οἷα πεπονθὼς αὐτὸς εἴη ὑπὸ Δημητρίου καὶ Βακχίδου ἔ [v] Δημητρίου στρατηγοῦ, σύμμαχον οὐκ ἂν εὑρεῖν Ιωνάθου ἀμείνω πρὸς τοὺς φίλους ἔλεγε ἐν τῷ παρόντι καιρῷ· ὃς καὶ πρὸς τοὺς [x] πολεμίους ἐστὶν ἀνδρεῖ@, καὶ μῖσ@ οἰκεῖον ἔχει πρὸς Δημήτριον, πολλὰ πεπονθὼς ὑπ' αὐτοῦ κακὰ καὶ πεποιηκώς. εἰ τοιγαροῦν δοκεῖ φίλον ποιεῖσθαι [y] αὐτὸν κατὰ Δημητρίου, νῦν ἐστιν οὐκ ἄλλό τι χρησιμώτερον προσκαλεῖν αὐτὸν ἢ τὴν συμμαχίαν. ὁρμὴν οὖν αὐτῷ, καὶ τοῖς φίλοις πέμπειν πρὸς τ Ιωνάθην, γράφει τοιαύτην ἐπιστολήν. [z] ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΙΩΝΑΘΗι ΤΩ ΑΔΕΛΦΩι ΧΑΙΡΕΙΝ. "Τὴν μὲν "ἀνδρείαν σε καὶ πίστιν ἀκηκόαμεν πάλαι, καὶ διὰ "τοῦτο πεπόμφαμεν πρός σε τοῦ [a] φιλίας καὶ συμμα- "χίας. [b] χειροτονοῦμεν δέ σε σήμερον ἀρχιερέα τῶν Ιου- "δαίων, καὶ φίλον ἡμῶν καλεῖσθαι. ἀπέσταλκα δέ σοι "καὶ δωρεὰς, στολὴν πορφυρᾶν καὶ στέφανον χρύσεον, "καὶ προσκαλῶ τιμηθέντα ὑφ' ἡμῶν ὁμοίων γίνεσθαι περὶ "ἡμᾶς.

γ'. Δεξάμεν@ [c] ἦ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Ιωνάθης, ἐνδυ-

tam ſe concluſiſſet, quam ipſe non procul ab Antiochia exſtruxerat, neminem *in eam* admittebat: ſed in rebus adminiſtrandis ſocors erat & negligens. unde & ſubditorum in eum odium magis accenſum erat, ſicuti alibi etiam declaravimus. Itaque Demetrius, ubi fama acceperat Alexandrum eſſe in *urbe* Ptolemaïde, copiis ſuis omnibus aſſumptis contra eum profectus eſt. Quin & legatos ad Jonatham miſit, ut eum ſibi ſocium haberet benevolumque. Ei enim in animo erat ut Alexandrum præveniret, ne is cum Jonatha prior colloquutus illius auxilium impetraret. idque eò magis faciebat, veritus ne Jonathas, injuriarum memor, ipſum inimicitiarum ergo una adoriretur. Ei itaque imperavit, ut delectum haberet, & arma compararet, obſidesque Judæorum reciperet, quos Bacchides in Hieroſolymorum arcem concluſerat. Igitur cum mandata ejuſmodi ad eum à Demetrio delata eſſent, Jonathas, ubi ad Hieroſolyma venit, literas recitavit, audientibus omnibus tum cæteris tum iis qui arcem præſidio tenebant. Illis autem recitatis, impii & transfugæ, qui in arce erant, vehementer territi ſunt, quod Jonathæ facta eſſet à Rege exercitum colligendi poteſtas, obſidesque ſibi habendi. Ille vero eos parentibus ſuis quemque reddidit. Atque ita quidem Jonathas Hieroſolymis habitabat, urbem inſtaurans & pro arbitrio ſuo unumquodque conſtruens. juſſit enim ædificari muros urbis ex lapidibus quadratis, ut eſſent illi ab hoſtibus tutiores. Iſta autem cum animadverterent qui in præſidio erant munitionum per Judæam, cuncti illis relictis Antiochiam diffugerunt, præter eos qui Bethſuram tenebant & Hieroſolymorum arcem. Horum enim pars maxima Judæi erant impii & transfugæ: ideoque præſidia non deſerebant.

IV. *Demetrius Jonatham ſibi conciliare conatur. 1 Maccab. c. 10.*

2. Alexander autem, cum didiciſſet, quid Demetrius Jonathæ promiſerit, ſimul & reſciviſſet, & quam egregie ſe geſſerit, & quæ mala bellando Macedonibus intulerit, quæque viciſſim ille paſſus fuerit à Demetrio & Bacchide duce copiarum Demetrii, apud amicos dictitabat, non poſſe ſe eo tempore commodiorem ſocium habere quam Jonatham: qui & fortis eſt adverſus hoſtes, & ſingulari Demetrium odio proſequitur, ut qui multas injurias ab eo acceperit, multiſque viciſſim eum affecerit. Itaque ſi *idem ipſis* videatur, ut illum ſibi amicum *ſociumque* facerent contra Demetrium, nunc potius quam alio tempore è re ſua erit illum invitare ad ſocietatem ineundam. Cum igitur ita viſum eſſet ei & amicis, ut ad Jonatham mitterent, hujuſmodi literas ſcribit. REX ALEXANDER JONATHANI FRATRI S. "Jamdudum audivimus de fide tua & fortitudine: "ideoque ad te miſimus *qui* de amicitia & ſocieta- "te *agant*. Porro te facimus hodie Judæorum pon- "tificem, & ut noſter amicus dicare *ſtatuimus*. "Quin & munera tibi mittenda curavi, ſtolam "purpuream & auream coronam: teque obſecro, "ut à nobis honoratus ſimiliter erga nos affectus "ſis.

V. *Alexander id etiam agit ut Jonatham ſibi conciliet. 1 Maccab. c. 10.*

Alexandri litera ad Jonatham. 1 Maccab. c. 10.

3. His literis acceptis, Jonathas pontificalem ſtolam

Jonathas ſtolam pontificalem induit. 1 Maccab. c. 10.

Forte τετραπυργόν τι &c. COCC.

l Καθὼς ἤδη] Ubi hoc demonſtratum dedit, plane neſcimus.

m Τοῦτο δ' ἐποιεῖ] Ita cum *Hen.* τοῦτο ἦ ποιεῖ in *Editis Aliisque.*

n Κατασκευάζειν ὅπλα,] Ita *Hen.* & in 1 *Maccab.* c. 10. v. 6. προκατασκευάζειν in *Editis.*

o Ἀποδοῦναι.] Ἀπολαμβάνειν *Busb.* & *Hen.*

p Τῆς ἀκροπόλεως λίαν ἐδείσαν,] Οἱ ἐκ τ ἀκρ. *Hen.* κ οἱ ἐκ τ *Busb.*

q Ἐπιτετροφότ@] *L. B.* ἐπιτετραφότ@.

r Πολεμίους ἀσφαλέστερα.] Sic *Busb.* & *Hen.* πολίμους in *Editis.*

s Βεθσούρᾳ πολ,] Βαιθσουρᾷ *Hen.* Vide lib. 12. c. 8. §. 4. & *Relandum* in *Palæſtina* S. p. 658. HUDS. Βεθσούρα, locus Judææ munitiſſimus. vid. infr. c. 5. §. 6. SPANH.

t Πεφυγότων ἦσαν] Τῶν νόμων καταλιπόντων 1 *Macc.* c. 10. v. 14.

v Δημητρίου στρατηγοῦ] Ita *Hen.* & *Epiphan.* ἔ στρατηγοῦ in *Editis Aliisque.*

x Πολεμίους] Πολίμους ſolus *Hen.*

y Αὐτὸν κ Δημητρίου,] Τὸν Ιωνάθου *Busb.*

z Βασιλεὺς ——— χαίρειν.] Βασιλεὺς Ἀλέξανδρ@ τῷ ἀδελφῷ Ιωνάθαν χαίρειν. 1 *Macc.* c. 10. v. 18. Sic Ædui fratres Romanorum, teſte *Tacito*, Averni *Lucano*, Batavi in *Inſcriptione Antiq. Grot.* HUDS. Conf. infr. c. 4. §. 9. SPANH.

a Φιλίας κ συμμαχίας.] Illa φιλίας κ abſunt *Busb. Hen.* & *Epipham.*

b Χειροτονοῦμέν σε *Busb.* & *Hen.* quo modo legiſſe videtur *Epiphan.* De voce χειροτονεῖν videſis *Seldenum*, lib. 2. de *Synedriis Heb.* p. 730.

c Δὲ τὴν ἐπιστολὴν] Δὲ abeſt *Hen.* & mox ὁ deeſt *Hen.* & *Busb.*

ſtolam induit, inſtante Umbraculorum feſto, quadriennio poſt fratris ejus Judæ interitum. etenim nemo per illud tempus pontificatum obierat. Magnum etiam exercitum colligit, & multa arma fabricabat. Quibus rebus auditis, Demetrius indoluit; cœpitque ſuam ſibi vitio vertere tarditatem, quod non anticiparit Alexandrum, pleniori obſequio Jonathæ benevolentiam demerendo, ſed illi ſatis temporis relinqueret ad eam præripiendam. Veruntamen & ipſe literas ſcribit ad Jonatham populumque in hanc ſententiam. "REX "DEMETRIUS JONATHÆ ET JUDÆO- "RUM GENTI S. Quoniam amicitiam nobiſ- "cum initam ſervaſtis, & ad noſtros inimicos qui "vos tentarunt non defeciſtis, hanc veſtram fidem "laudo, hortorque ut in iiſdem permaneatis, be- "neficii gratiam à nobis viciſſim conſequuturi. "Pleroſque enim veſtrum tributis & penſionibus "levabo, quæ & regibus anteceſſoribus meis & mi- "hi jam ante pendebatis. Et nunc vobis vectiga- "lia remitto quæ ſolvere ſemper conſueviſtis. Ac "præterea pretium ſalis vobis condono, & coro- "narum, quas nobis afferre ſoliti eratis; & quod "mihi, pro tertiis frugum & dimidiis fructûs ar- "borum, jure cedebat, ex hodierno die *in* poſte- "rum vobis remitto. Et quod in ſingula capita "mihi dari oportebat, ab his qui Judæam inco- "lunt & qui ſunt in tribus toparchiis, quæ Judææ "adjacent, Samariæ & Galilææ & Perææ, id vo- "bis concedo ab hoc tempore in perpetuum. Et "urbem Hieroſolymitarum ſacram & inviolabi- "lem eſſe volo, & à decumis vectigalibuſque im- "munem qua patet ejus territorium. Arcem etiam "ejus permitto pontifici veſtro Jonathæ, & quos "ipſe pro amicis & fidis habuerit præſidio ejus "adhibere, ut eam nobis cuſtodiant: ac præterea "Judæorum eos, qui bello capti in terris noſtris "ſerviunt, dimitto liberos. Ad hæc jubeo ut Ju- "dæorum jumenta ad angarias non adigantur: at- "que Sabbata & feſta omnia & tres dies feſtum "antecedentes immunes ſint. Similiter & Judæos "in meo regno degentes dimitto liberos nullisque "injuriis affectos: & qui mecum militare voluerint, "eos ſino, liceatque illis *in exercitum meum deſcri-* "*bi* ad *hominum* millia triginta: idemque ſtipen- "dium, quod noſtri milites accipiunt, illis, ubi- "cunque ierint, numerabitur. Ex iis autem quoſ- "dam in præſidiis collocabo, alios vero in cor-

Demetrii litera ad Jonatham. 1 Maccab. c. 10.

μὲν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν, τῇ Σκιωποιγίας ἑορτάσης [d] μετὰ ἔτη τέσσαρα, ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰούδαν ἀποθανεῖν. καὶ γὰρ οὐδὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀρχιερεύς τις ἐγεγόνει. στρατιὰν δὲ δυνάμιν πολλὴν, καὶ πλῆθος ὅπλων ἐκάλκευε. Δημήτριον δὲ ταῦτα [e] σφόδρα ἐλύπησε μαθόντα, καὶ τὴν βραδυτῆτα ἑαυτὸν ἐπέτρεπεν αἰτιᾶσθαι, ὅτι μὴ προλαβὼν Ἀλέξανδρον αὐτὸς [g] ἐφιλανθρωπεύσατο τὸν Ἰωνάθην, ἀλλ' ἐκείνῳ καταλίποι καιρὸν εἰς τοῦτο. γράφει [h] μέντοι καὶ αὐτὸς ὑπατολὴν τῷ Ἰωνάθῃ καὶ τῷ δήμῳ δηλοῦσαν τάδε. "ΒΑΣΙ- "ΛΕΥΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΙΩΝΑΘΗ ΚΑΙ ΤΩΙ ΕΘΝΕΙ "ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ ΧΑΙΡΕΙΝ. Επειδὴ [i] διετηρήσατε τὴν "πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, καὶ προσεπλάσατε ὑμᾶς τοῖς ἐμοῖς "ἐχθροῖς οὐ προσεθέσθε, καὶ ταύτῃ μὲν ὑμῶν ἐπαινῶ "τὴν πίστιν, [k] καὶ προσκαλῶ ὑμᾶς τοῖς αὐτοῖς [l] διαμέ- "νειν, [m] ἀπολημψομένους ἀμοιβὰς παρ' ἡμῶν καὶ χάρι- "τας. τοὺς γὰρ πλείστους ὑμῶν ἀνήσω τῶν φόρων καὶ τῶν "συντάξεων ἃς [n] προσετέλεσε τοῖς πρὸ ἐμοῦ βασιλεῦ- "σι καὶ ἐμοί. νυῦν τε ὑμῖν ἀφίημι τοὺς φόρους, οὓς ἀεὶ "παρείχετε. πρὸς τούτοις καὶ τιμὴν ὑμῖν χαρίζομαι τῶν "[o] ἁλῶν. καὶ τῶν [p] στεφάνων οὓς προσφέρετε ἡμῖν· καὶ ἀντὶ "τῶν [q] τρίτων τοῦ καρποῦ, καὶ τοῦ ἡμίσους τοῦ ξυλίνου καρποῦ τὸ "ἡμέτερον ἐμοὶ μέρος ὑμῖν ἀφίημι, ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέ- "ρας. [r] καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς ἑκάστης ὃ ἔδει μοι δίδοσθαι [s] τῶν ἐν "τῇ Ἰουδαίᾳ κατοικούντων, καὶ [t] τῶν τριῶν τοπαρχιῶν τῶν τῇ Ἰου- "δαίᾳ προσκειμένων, Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας καὶ Περαίας, "[v] τοῦτο προσχωρῶ ὑμῖν ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. "καὶ τὴν Ιεροσολυμιτῶν πόλιν [x] ἱερὰν καὶ ἄσυλον εἶναι βούλο- "μαι, καὶ ἐλευθέραν ἕως τῶν [y] ὁρίων αὐτῆς [z] ἀπὸ τῆς δεκάτης "καὶ τῶν τελῶν. τὴν δὲ ἄκραν ἐπιτρέπω τῷ ἀρχιερεῖ ὑμῶν "Ιωνάθῃ, ὃς δ' ἂν αὐτὸς δοκιμάσῃ πιστὸς καὶ φίλος, "τούτους ἐν αὐτῇ φρουροὺς καταστήσαι, ἵνα φυλάσσωσιν "[a] ἡμῖν αὐτήν· καὶ Ιουδαίων δὲ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας καὶ "δουλεύοντας ἐν τῇ ἡμετέρᾳ, ἀφίημι ἐλευθέρους. κελεύω "δὲ μηδὲ [b] ἀγγαρεύεσθαι [c] τὰ Ιουδαίων ὑποζύγια· τὰ δὲ "Σάββατα, καὶ ἑορτὴ ἅπασα, [d] καὶ τρεῖς αἱ πρὸ τῆς ἑορτῆς "ἡμέραι, ἔστωσαν ἀτελεῖς. [e] τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς ἐν τῇ "ἐμῇ καταοικοῦντας Ιουδαίους ἐλευθέρους καὶ ἀνεπηρεάστους "ἀφίημι· καὶ τοῖς στρατεύεσθαι μετ' ἐμοῦ βουλομένοις ἐπιτρέ- "πω, καὶ μέχρι τελευμένων ἐξέστω τοῦτο· τῶν δὲ αὖ- "τῶν, ὅποι ἂν ἀπίωσι, πύξονται ὧν καὶ τὸ ἐμὸν στρά- "τευμα μεταλαμβάνῃ. καταστήσω δ' αὐτῶν, οὓς μὲν "εἰς τὰ φρούρια, πινὰς δὲ καὶ πρὸς τὴν φυλακὴν [f] τοῦ- "μοῦ

[d] Μετὰ ἔτη τέσσαρα,] Anno *nono* poſt mortem Jonathanis, non *quadriennio* poſt, ut vult *Joſephus*. qui error ex alio illo de Juda in pontificatu Alcimo ſuccedente, eſt prognatus, quem ab ipſo *Joſepho* (ſc. l. 20. c. 8.) agnitum fuiſſe comperimus. *Uſſerius* ad *A. M.* 3852. *Oclennio* poſt mortem Jonathanis pontificem factum eſſe cenſet *Petitus*, adeoque reſcribendum, μὴ ἔτη δ' ἄρα η'. ἢ τὸν ἀδ. ac ſi excidiſſet numeralis η'. propter ἢ ſequens, & librarius mutaſſet δ' ἄρα in τέσσαρα. Tom. IV. *Animadverſ.* p. 93. Vide *Scaligerum* in *Animadverſ. Euſeb.* p. 133. *Jac. Cappellum* ad A. M. 3847. & *Iſ. Voſſium* in *Chronol. S.* c. XI. p. 151.

[e] Σφόδρα ἐλύπησε μαθόντα,] Illud σφόδρα è *Busb. Hen.* & *Vet. Interpr.*

[f] Ἑαυτὸν ἐποίησεν αἰτιᾶσθαι,] Ἑαυτὸν ἠτιᾶτο *Busb.* ἑαυτὸν ἐποίησεν αἰτιάσασθαι *Hen.*

[g] Ἐφιλανθρωπεύσατο τὸν Ἰωνάθην,] Φιλανθρωπεύσατο *Busb.*

[h] Μέντοι καὶ αὐτὸς] Ita *Hen.* & *Epiphan.* qui vertit, *veruntamen nec ſic diſtulit ſcribere* &c. γεγράφει τοίνυν in *Editis*, *Aliiſque.*

[i] Διετηρήσατε] Ετηρήσατε *Hen.*

[k] Καὶ προσκαλῶ] Καὶ abeſt *Hen.*

[l] Επιμένειν,] Εμμένειν *Busb.*

[m] Απολημψομένους] Ita *Busb. Hen.* & *Gall.* ἀπολημψομένοις in *Editis.*

[n] Προσετέλεσε] Ετελεῖτε *Hen.* & mox καμοί.

[o] Αλῶν.] Ita *Gen. aliquot MSS.* & *Vet. Interpr.* ἄλλων *Baſ.* & *Hen.* perperam. Id enim ſibi vult *Joſephus*, Regem illis remittere pecunias quæ dabantur ad ſal eximendum è ſalinis in Judæa. Videſis *Grotium* ad 1 *Macc.* c. 10 v. 29. & c. 11. v. 35.

[p] Στεφάνων] Coronas Judæi ſoliti erant regibus offerre quotannis: poſtea *aurum* quod vice coronarum ſolvebatur aut in coronas impendebatur, dictum eſt *coronarium*, & φόρος στεφανίτης ſupr. lib. 12. c. 3. §. 3. *Grot.* ad 1 *Macc.* c. 10. v. 29.

[q] Τρίτων τοῦ καρποῦ,] Ita cum *Busb.* & *Hen.* τρίτων τῶν τοῦ καρποῦ in *Editis Aliiſque.*

[r] Καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς ἑκάστης] Καὶ ἃς ὑπὲρ κεφαλῆς ἐκ. ἔδει μοι διδόναι. *Busb.* & *Hen.*

[s] Τῶν ἐν τῇ Ιουδαίᾳ κατοικούντων,] Τῶν omittit *Hen.*

[t] Τῶν τριῶν τοπαρχιῶν] Τῶν πατρικῶν τοπαρχιῶν ſolus *Hen.* τῶν τελῶν νομῶν τῶν προσκειμένων αὐτῇ ἀπὸ τῆς Σαμ. 1 *Macc.* c. 10. v. 30. τῶν τρ. τοπ. τῶν ἐν τῇ Ιουδ. in *Editis Aliiſque.* Voculam ἐν (cum *Cod. Hen.*) ejectam eſſe volui, præſertim quod nec eam agnoſcat *Hen.* nec *Epiphan.* qui vertit, *necnon & trium finitimarum vobis provinciarum, Samariæ* &c. ac ſi legiſſet τελῶν τοπαρχιῶν τῶν ὑμῖν προσκειμένων. Hoc modo legendum eſſe monuit *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 10. v. 30. qui præterea ſcribendum cenſet ἐκ Σαμαρείας &c. contra fidem *MSS.* & *Epiphanii.*

[v] Τοῦτο προσχωρῶ] Ita *Busb.* τούτους in *Editis Aliiſque.* πάντα aut πᾶν legiſſe videtur *Vet. Interp.* qui habet *univerſa concedo.*

[x] Ιερὰν καὶ ἄσυλον εἶναι] Videſis *Ez. Sphanhemium* de *præſtantia & uſu Numiſm.* in *Diſſert.* IX.

[y] Ὁρίων αὐτῆς] Ita *Busb.* & *Epiphan.* ὁρῶν in *reliquis.*

[z] Ἀπὸ τῆς δεκάτης] Ὑπὸ τελῶν ἢ δεκάτης *Busb.* ὑπὸ τελῶν τῆς δεκάτης à decima parte vectigalium *Epiphan.*

[a] Ἡμῖν αὐτῷ·] Sic *Hen. Busb.* & *Epiphan.* ὑμῖν in *Editis.*

[b] Ἀγγαρεύεσθαι] Vide *Grotium* ad *Matt.* 5. v. 41. & *Jac. Lydium* in *Florum Sparſione ad Paſſ. Chriſti*, p. 182. HUDS. Menander in Συνωνίαι in Exc. H. Grot. p. 745. ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν, ἀγγαρεύῃ. SPANH.

[c] Τὰ Ιουδαίων ὑποζύγια·] Τὰ τῶν Ιουδαίων ſolus *Busb.*

[d] Καὶ τρεῖς αἱ πρὸ τῆς ἑορτῆς ἡμέραι,] Καὶ τρεῖς ἡμέρας πρὸ ἑορτῆς καὶ τρεῖς ἡμέρας μετὰ ἑορτὴν 1 *Macc.* c. 10. v. 34.

[e] Τὸν αὐτὸν τρόπον] Τὸν ἐν αὐτῷ *Hen.*

[f] Τοῦμοῦ σώματος,] Ita *Hen.* & *Epiphan.* τοῦ σώματος in *reliquis.*

"μᾶ σώματ☉, καὶ ἡγεμόνας ἢ ποιήσω [g] τῶν ἐπὶ "τῷ ἐμῷ αὐλῷ. ἐπιτρέπω ἢ καὶ τοῖς πατρίοις "χρῆσθαι νόμοις Ϲ τέτους φυλάσσειν, [h] καὶ τοῖς τρισὶ "τοῖς προσκειμένοις τῇ Ιουδαίᾳ νομοῖς ἐπιτάττεσθαι βά"λομαι, καὶ τῷ ἀρχιερεῖ ἐπιμελὲς εἶναι, ἵνα μηδὲ εἷς "Ιουδαῖ☉ ἄλλο ἔχῃ ἱερὸν προσκυνεῖν, ἢ μόνον τὸ ἐν "Ιεροσολύμοις. [i] δίδωμι δ' ἐκ τῶν ἐμῶν εἰς τὴν δαπά"νην τῶν θυσιῶν κατ' ἔτ☉ [k] μυριάδας πεντεκαίδεκα, τὰ "ἢ προσήκοντα τῶν χρημάτων ὑμέτερα εἶναι βάλομαι· "τὰς ἢ μυρίας δραχμὰς, ἃς ἐλάμβανον ἐκ τῶν ἱερῶν οἱ "βασιλεῖς, ὑμῖν ἀφίημι, διὰ τὸ [l] προσήκειν αὐτοὺς [m] τοῖς "ἱερεῦσι τοῖς λειτουργοῦσι τῷ ἱερῷ. καὶ ὅσοι δ' ἂν φύγωσιν εἰς "τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ιεροσολύμοις, καὶ εἰς τὰ [n] ὑπ' αὐτῷ χρημα"τίζοντα, ἢ βασιλικὰ ὀφείλοντες χρήματα, ἢ δι' ἄλλην "αἰτίαν, ἀπολελύσθωσαν [o] ὅσοι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς "σῶα ἔστω. ἐπιτρέπω ἢ Ϲ ἀνακαινίζειν τὸ ἱερὸν Ϲ οἰκοδο"μεῖν, τὰ εἰς ταῦτα δαπάνης ἐκ τῶν ἐμῶν γινομένης, καὶ τὸ "περίχωμα ἢ συγχωρῶ τὰ τῆς πόλεως [p] οἰκοδομεῖσθαι, καὶ πύρ"γους ὑψηλοὺς ἐγεῖρθαι, καὶ ταῦτα ἐκ τῶν ἐμῶν [q] ἀνιστέν"τας. εἰ δέ τι Ϲ φρούριόν ἐστιν, ὃ συμφέρῃ [r] τῇ Ιουδαίων "χώρᾳ ὀχυρὸν εἶναι, καὶ τοῦτ' ἐκ τῶν ἐμῶν κατασκευα"σθήτω".

δ'. Ταῦτα [s] μὲν ὑπισχνούμεν☉ καὶ χαριζόμεν☉ τοῖς Ιουδαίοις [t] ἔγραψε Δημήτριο☉. Αλέξανδρ☉ ἢ ὁ βασι"λεὺς, δυνάμων μεγάλων συναγαγὼν μισθοφόρων Ϲ τῶν "προσθεμένων ἐκ τῆς Συρίας αὐτῷ στρατιωτῶν, ἐπὶ τὸ Δημή"τριον ἐστράτευσε. καὶ μάχης γενομένης, τὸ μὲν εὐώνυμον "κέρας ἢ Δημητρίου τρέπεται τοὺς ἐναντίους εἰς φυγὴν, καὶ "ἐδίωξεν ἄχρι πολλοῦ, κτείνων τε συχνοὺς αὐτῶν Ϲ διαφθείρων "τὸ στρατόπεδον· [u] τὸ ἢ δεξιὸν, ἔνθα συνέβαινεν εἶναι τὸν Δημήτριον, "ἡττᾶτο. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφυγον· Δημήτρι☉ ἢ "γενναίως μαχόμεν☉ ἐκ ὀλίγους μὲν ἀναιρεῖ τῶν πολεμίων, "διώκων ἢ τοὺς ἄλλους, εἰσελαύνει τὸν ἵππον εἰς τέλμα βαθὺ "καὶ δυσεκπέρατον, ἔνθα συνέβη, πεσόν☉ [x] αὐτοῦ καὶ ἵππου, "μὴ δυνάμενον διαφυγεῖν ἁναιρεθῆναι. τὸ γὰρ συμβεβηκὸς "περὶ αὐτὸν ἰδόντες οἱ πολέμιοι ἀνέστρεψαν, καὶ κυκλωσάμε"νοι τὸν Δημήτριον, πάντες ἐπ' αὐτὸν ἠκόντιζον. ὁ ἢ, πεζὸς "ὢν, γενναίως ἀπεμάχετο, καὶ πολυτρόπους τραύματα λαβὼν "πολλὰ, καὶ μηκέτ' ἀντέχειν δυνάμεν☉, κατέπεσε. [y] καὶ "τέλ☉ μὲν τοιοῦτο τὸν Δημήτριον κατέλαβεν, ἔτη βασι"λεύσαντα [z] ἕνδεκα, ὡς Ϲ ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν.

"poris mei cuſtodes habebo, præfectoſque faciam "illorum qui ſunt in regia mea. Permitto etiam "eis patriis legibus vivere, eaſdemque ſervare; "voloque illos imperare tribus præfecturis Judææ "attributis, pontificique id curæ eſſe, ut nemo "Judæus aliud templum habeat, ad Deum vene"randum, præter illud quod Hieroſolymis eſt. "Inſuper ſingulis annis de meo *fiſco* largior cen"tum & quinquaginta millia *drachmarum* in ſum"ptum ſacrificiorum, & quicquid pecuniæ ſuper"eſt *id* veſtrum eſſe volo: illa autem decem mil"lia drachmarum, *quæ de templo reges accipie"bant, vobis remitto, quod pertineant ad ſacerdo"tes rem divinam in templo procurantes. Qui"cunque etiam confugerint in templum Hieroſo"lymitanum † & in ejus pomœria, qui debitores "eſſent pecuniæ fiſcalis, aut ex alia re, abſolvantur "& ipſi, & res eorum ipſis ſalvæ ſunto. Tum au"tem permitto ut inſtauretur templum & ædifice"tur, ſumptibus ad iſta ex fiſco meo ſuppeditatis: "quinetiam concedo ut mœnia urbis exſtruantur, "turreſque altæ excitentur, ita ut iſta *omnia* meis "impenſis erigantur. Denique ſi quod caſtellum "ſit, quod Judæorum regioni expediat munitum "eſſe, ſumptibus meis opera fiant & munitiones.

4. Iſta quidem Demetrius, promiſſa faciens vo- *Pugna in-*
lenſque gratificari Judæis, *ad eos* ſcripſit. Alexan- *ter Deme-*
der autem rex, ingenti exercitu coacto, tam ex *trium &*
mercenariis quam ex militibus qui è Syria ad eum *Alexan-*
acceſſerant, contra Demetrium profectus eſt. *drum.* 1 *Maccab.*
Cumque pugna committeretur, ſiniſtrum Deme- *c.* 10.
trii cornu eos qui ſibi oppoſiti erant in fugam
vertit, & diu perſequutum eſt, multoſque illorum
occidit & caſtra diripit; dextrum vero, in quo for-
te erat Demetrius, vincitur. Atque alii quidem
omnes in fugam ſe conjecerunt: at Demetrius, for-
titer dimicans, hoſtium non paucos interfecit,
dumque alios ſubſequitur, equo invectus eſt in cœ-
num profundum & tranſitu difficile, ubi contigit
ut ille, cum prolapſo equo effugere non potuerit,
occideretur. nam hoſtes, viſo quod ei acciderat,
reverſi ſunt; cumque Demetrium circumdediſſent,
eum jaculis omnes petierunt. at ille, quanquam
pedibus eſſet, fortiter propugnabat, tandemque
multis vulneribus confectus, cum diutius reſiſten- *Demetrius*
do non eſſet, occubuit. Atque hoc modo vitam *occiſus.*
finivit Demetrius, anno regni ſui undecimo, ſicut *1 Maccab.*
& alibi declaravimus. *c.* 10.

ΚΕΦ. γ'.

Η Ονίᾳ φιλία πρὸς τὸν φιλομήτορα Πτολεμαῖον· καὶ ὡς ᾠκοδόμησε ναὸν ἐν Αἰγύπτῳ, ὅμοιον τῷ ἐν Ιεροσολύμοις.

Ο Δὲ [a] Ονίᾳ ἢ ἀρχιερέως υἱὸς, ὁμώνυμ☉ ἢ ὢν τῷ "πατρὶ, ὃς ἐν Αλεξανδρείᾳ φυγὼν πρὸς τὸν [b] βα-

CAP. III.

Amicitia inter Oniam & Ptolemæum Philometorem: utque Onias in Ægypto templum exſtruxit Hieroſolymitano ſimile.

VI.

ONiæ autem pontificis filius, eodemque no- *Onias ſta-*
mine quo pater appellatus, (qui profugus ad *tuit tem-*
Pto- *plum in*
Ægypto
adificare.

[g] Τῶν ἐπὶ τῷ ἐμῷ αὐλῷ.] Iterum cum *Hen.* τὸν deëſt *cæteris.*

[h] Καὶ τοῖς τρισὶ] Ita cum *Grotio* ex præced. §. 3. & 1 *Macc.* c. 10. v. 38. antea erat καὶ τ. τρ. τ. προσκ. ἐν τῇ Ιουδαίᾳ νόμοις ὑποτάσσεσθαι βάλομαι, *tribus propoſitis in Judæa legibus obedire*, ut vertit *Epiphan.* καὶ τοὺς τρεῖς νομοὺς τοῖς προσκειμένοις ἐν τῇ Ιουδαίᾳ νόμοις ὑποτάσσεσθαι βάλομαι, reſcribit *Schotanus* in *Bibl. Hiſt. S.* tom. 2. p. 1292.

[i] Δίδωμι δ' ἐκ τῶν ἐμῶν,] Δίδωμι ἢ καὶ ἐκ solus *Hen.*

[k] Μυριάδας πεντεκαίδεκα,] Locus hic pleriſque videtur in mendo cubare. Nonnulli (ex 1 *Macc.* 10. v. 40.) volunt χιλιάδας ις'. ita ut addatur vel ſubintelligatur vox σίκλων. Alii cum *Fac. Cappello* ad A. M. 3846. malunt μυριάδας ς'. & mox τὰς ἢ δισμυρίας. Videſis *Villalpandum* in *Appar.* part. 2. p. 401.

* *Quæ de templo reges accipiebant*,] *Sc.* quæ ex primitiis, unde vivebant ſacerdotes ἐκ ἀφαιρέσεως, decerpebant.

[l] Προσήκειν αὐτοὺς] Ἀνῆκεν 1 *Macc.* c. 10. v. 42.

[m] Τοῖς ἱερεῦσι] Καὶ τοῖς λειτουργοῖς τῶν ἱερῶν *Hen.* & *Busb.*

† *Et in ejus pomœria*,] Vel, *& in ea quæ Templo accedunt.* Nam more Græcorum jus aſyli dat templo, & ſpatio definito circa templum. *Grotius.*

[n] Ὑπ' αὐτῷ χρηματίζοντα,] Ἀπ' αὐτῷ *Hen.*

[o] Οὗτοι,] Αὐτοὶ *Hen.* & mox αὐτὰ pro ταῦτα.

[p] Οἰκοδομεῖσθαι,] Οἰκοδομεῖν *Hen.*

[q] Ανιστάντας.] Ανισᾶν πάντα *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[r] Τῇ Ιουδαίων χώρᾳ] Τῇ χώρᾳ τῶν Ιουδαίων *Hen.*

[s] Μὲν ὑπισχνούμεν☉] Μὲν οὖν ὑπισχνούμεν☉ *Hen.*

[t] Ἐγεγψε Δημήτρι☉.] Ita *Hen.* & *Epiphan.* ἔγραψε Δημήτρι☉ τοῖς Ιουδαίοις in *Editis Aliisque.*

[v] Τὸ ἢ δεξιὸν,] Τὸ ἢ δεξιὸν, ἔνθα συνέβαινεν εἶναι τὸν Δημήτριον, ἥττητο *Busb.*

[x] Αὐτοῦ ἢ ἵππου,] Αὐτῷ *Busb.* & *Hen.*

[y] Καὶ τέλ☉ μὲν] Similiter & lib. 12. c. 11. §. 2. circiter fin. καὶ τέλ☉ μὲν τοιοῦτον κατέσχεν Ιούδαν. Verum τοιοῦτο Δημήτρι☉ *Busb.*

[z] Ενδεκα,] *Polybius, Porphyrius, Euſebius*, & *Severus Sulpicius* ei aſſignant annos XIII. Vide *Uſſerium* ad *A. M.* 3854. & Simſonum ad A. M. 3853.

[a] Ονίᾳ ἢ ἀρχιερέως υἱὸς,] Σίμων☉ υἱὸς dicitur in *Bello Judaico*, l. 8. ἡμαρτημένῃ μνημονικῇ, ut puto. de Onia vide Hieronymum in Iſaiam, p. 182. Ed. *Ben.*

[b] Βασιλέα Πτολεμαῖον] Ita *Hen.* & *Epiphan.* βασιλέα deëſt in reliquis.

Ptolemæum regem cognomine Philometorem *se contulit* & Alexandriæ degebat, ut jam ante diximus) cum videret Judæam vexatam à Macedonibus eorumque regibus, velletque ſibi memoriam gloriamque æternam parare, decrevit, miſſis ad Ptolemæum regem & Cleopatram reginam literis, ab illis petere ut ſibi liceret in Ægypto templum ædificare Hieroſolymitano ſimile, & in eo Levitas & ſacerdotes ex ſuo genere conſtituere. Hoc autem volebat, præſertim quod Eſajæ vate confideret, qui, cum ante ſexcentos amplius annos vixerit, prædixit fore omnino ut in Ægypto conderetur templum Deo maximo ab homine Judæo. Onias igitur, propter hæc *cupiditate* elatus, Ptolemæo & Cleopatræ hujuſmodi literas ſcribit.

Hæc de re literas ad Ptolemæum & Cleopatram mittit.

m Δωσίθεος Κλεοπατρίδυ Αλεξανδρεύς] Ita ex *Vet. Interpr.* corrupte in *MSS. Voſſ.* δώσι κλεοπατρίδυ ἀλεξανδρεὺς λόγυς.

n Πολίτας Ρωμαίων Ιυδαίυς ποιήσῃ] Hoc poſtremum verbum ſic plane exſtat in MSto, quum prorſus ſit ſupervacuum nec ullum tueatur locum: non enim agitur de Judæis ut fiant cives Romani, ſed ut illi, qui jam erant cives Romani, beneficio aliquo per eum adficerentur. Hinc ſatis mihi fuit id verbum uncis incluſiſſe, & in vertendo omiſiſſe. GRON.

o Ιυδαίυς ἱερὰ] Verbum ποιῆσῃ (quod poſt Ιυδαίυς habent *MSS.* & uncis incluſum dedit *Gronov.*) omiſi, præſertim cum illud non agnoſcat *Epiphan.*

* *Siquidem ei videretur*,] *Vel*, ſi hoc ad eum deferatur.

p Απίλυσε] Ita cum *Epiphan.* ἀπέλυσα in *MSS.*

q Δεκαλενῶν καλανδῶν Οκτωβρίων.] *MSS.* ἑκκαιδεκατῶν ἐκβυκρίων.

r Κυϊντιλίῳ Λυκίῳ Λέντλῳ,] Prima vox continet Romanum nomen ſatis bene notum ubique, ſed ut opinor, male huc conveniens, ut illud aberraverit forſan ad illudendum lectoribus, quippe deſtitutum voce antecedenti; ut hinc fere videatur jus ſibi arrogare veniendi in cenſum propriarum appellationum ſequentibus annectendum. Cæterum exiſtimo vocem *μλνὶ* præceſſiſſe, ut temporis titulus inter prima legeretur, etſi fatear eum aliter conceptum eſſe in antecedentibus. Ita certe egi in verſione, & ideo ſignum defectus non appoſui. GRON. Vox Κυϊντιλίυ abeſt *Vet. Interpr.* Μλνὶ excidiſſe ſuſpicatur *Gronov.* ideoque *Menſe* ante *Quintili* poſuit in verſione. Hoc decretum, omiſſis ſenatorum nominibus, in *veteri verſione* ſic ſe habet. *L. Lentulo & C. Marcello Coſſ. L. Lentulus decretum protulit. Cives Rom. Jud.* &c.

s Λέντλῳ, Γαΐῳ] MS. Λεντλαγαΐω.

t Ραΐσι☉ Κοίντυ, Τίτ☉ Πηΐ☉] En locum plenum nodi, & tantum ulceris, ut difficulter expurges. Immo hinc apparet ſcribam hujus codicis non eſſe laudandum ab doctrina, ſed ab fide, qua perſequutus eſt veſtigia literarum in volumine, quod deſcribebat. An noluerunt hic Ræſius cum Cornelio oſtentare ſuam tribum, quum in inſcriptionibus occurrant duo Ræſii, alter Palatina, alter Fabia, etiam cognominibus diverſi? Quumque omnes gaudeant prænomine, an Cornelius Longinus id fuit averſatus ſolus? In MS. tamen non aliter habetur. Si placet nos exercere in appellatione Πηΐ☉ quidem potuit latere aliquis Pedius, cujus familia bene clara. Sed ex loco ſuperiore nequimus ambigere, quin iſtæ quinque literæ ſint poſterior pars vocis Πομπήι☉, ut omnino ſignificetur hîc tres illos adfuiſſe Κόιντ☉ Ραΐσι☉ Κοίντυ, Τίτος Πομπήι☉ Τίτυ υἱὸς, Κορνήλιος Λογγῖνος. Et quid opus eſt alia tentare? Mox pro Τάλλος probabilius ante exſtat nomen Σίλλος. GRON.

v Πηΐος Τίτυ υἱὸς,] Ita *MSS.* Verum e ſuper. §. 13. Πομπήι☉ legendum videtur. quod etiam monuit *Gronov.*

x Κορνήλιος Λογγῖν☉,] Supra §. 13. decrat Κορνήλιος.

y Τάλτιος Γαΐυ Αἰμιλία] Pro Τάλτιος ante exſtat Σίλλος, ſupr. §. 13. ei affines ſunt Τίτλιος & Τίτιος.

z Αἰσυμία Σίσρανος,] Sic edidi omiſſa litera ς, quæ inſuper in fine adhærebat. Vult enim exprimere nomen tribus, quæ quomodo vocata fuiſſe ſupponetur? Utique iſtud nomen eſt ignotum Romæ. Vicina ſunt *Auſonia* itemque *Auximia* ab claro oppido *Auximum*, ſane colonia quondam & municipio; etiam quandoque ſcriptum *Auſimum*, ut vides in Cluverio. Verum & has tanquam tribuum appellationes perinde iſtic inſolitas animadvertimus, ut hic idem luſus ſit. An vero dicemus aliquid in his contigiſſe, quod nos docent ſcholia in Luciani Vitam Demonactis? Οὐ γὰρ ἴδῃ εἰκὸς ὅτι τῇ Ρωμαίων ἐπιμιξί μι πολιτείᾳ. ἀλλ᾽οὐκοῦν γὲ τῦτο ϗ ἄλλοι, ποίᾳ τινι εἰσηγησάμε- τὸ αὐτὸν φατρίᾳ ἢ ποίων φατριῶν τ Ρωμαίων πολιτίας ἐγκαινισθεί- σης, οἷον Ουϊτλίων, Φλαβίων, ϗ ἄλλων πλείστων. Cæterum meditanti varia viſum fuit latere illic nomen tribus Eſquilinæ, quomodocunque illud fuerit editum; & forſan Αἰσκυλίᾳ. Notant diverſitatem ab Græcis admiſſam in hoc Latino ad ſuam linguam concinnando tutores Dionyſii Halicarnaſſei, ut modo Ισχ, modo Εσχ. incipere, ſed & occurrere Αἰσκυλίνον deprehenderint. Nam quod ſtatim ſequebatur nomen Πολυπίλιος in MS. codice, non exiſtimo me peccaſſe, dum celebratiſſimum ſuppoſui. GRON. Αἰσυμίας Σισρανος, pro quibus veriſimiliter Αἰσκυλίᾳ vel Αἰσκυλίᾳ Σίρρανος reponendum cenſuit *Gronov.*

a Πομπήι☉ Γαΐυ υἱὸς] Πομπήιος pro Πολυπίλιος ſubſtitui cum *Gronovio.*

b Σερυίλιος Ποπλίυ υἱὸς] Φίλλιος in *Apographis* noſtris.

c Αὖλος Φόρμιος Αὔλυ.] Ita firmus reparavi ſimpliciter morem & nomen Romanum, quum in MS. vitiaretur Αὖλιος Φόρμιος Παύλυ. GRON. Ita *Gronov.* Αὖλος Φόρμιος Παύλυ υἱὸς in *MSS.*

d Εξήνεγκε· πολίτας Ρωμαίων Ιυδαίυς, εἶναι] Hæc optime cohærere poſſunt, ſi modo ſola poſſent in ſe conſiderari, & non ſequentia deberent his annecti; unde apparet non egiſſe Lentulum de eo, ſi Judæi tales forent cives Romani, ſed ſi illi Judæi, qui ſacra ſua Epheſi colerent, ac cives Romani eſſent, immunitatem haberent aut habituri eſſent ab militia. Hinc clare colligis verbum εἶναι ex ſupervacuo his inſertum eſſe, idque omiſi in verſione. GRON

e Ιυδαίυς,] Ιυδαίυς εἶναι in *MSS.* ſed εἶναι (quod non agnoſcit *Epiphan.* & in verſione ſua omiſit *Gronov.*) faceſſere juſſi.

f Σώπατρος Υρκανῦ] Σωσίπατρος juxta *Epiphanium.*

g Αρχιερέως] *MSS.* ἀρχαιρέως ſed correctum.

h Επι-

"ἵνα τὰ Σάββατα τοῖς Ιουδαίοις ἐξῇ καὶ τὰ λοιπὰ ἱερὰ ἐπι-
"τελεῖν κατὰ τοὺς πατρίους νόμους, ὅπως τε μηδεὶς αὐτοῖς
"[b] ἐμποδίσῃ, [i] διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι καὶ συμ-
"μάχους, ἀδικήσῃ τε μηδεὶς αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐπαρχίᾳ,
"ὡς Τρηλλιανῶν τε [k] ἀντιφανίων καὶ πρόσωπον μὴ ἀρέσκειν
"τοῖς περὶ αὐτῶν δεδογμένοις [l] ἐπιτάξας ταῦτα ἔτως γενέσθαι·
"προσηκέλησας δέ γε, ὥστε καὶ ἡμῖν ταῦτα γράψαι περὶ αὐτῶν·
"ἡμεῖς οὖν, κατακολουθήσαντες τοῖς ἐπιταχθεῖσιν ὑπό σου,
"τὴν τε ἐμποληθεῖσαν τὴν ἀποδοθεῖσαν εὐδοξάμεθα καὶ κατέχω-
"μεν εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν γράμματα· καὶ περὶ τῶν ἄλ-
"λων ὧν ἐπέταξας, προνοήσομεν ὥστε μηδὲν μεμφθῆναι.

κά. "ΠΟΠΛΙΟΣ Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς [m] Γάλβας
"ἀνθύπατος Μιλησίων ἄρχουσι, βουλῇ, καὶ δήμῳ χαίρειν.
"Πρύτανις Ερμοῦ υἱὸς, πολίτης ὑμέτερος, παραγενόμενός μοι
"ἐν Τράλλεσιν ἄγοντι τὸν [n] ἀγόραιον, ἐδήλου πρὸς τὴν ἐμ-
"πειραν γνώμην Ιουδαίους ὑμᾶς [o] παραφέρειν, καὶ κω-
"λύειν αὐτοὺς τά τε Σαββατα ἄγειν, καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πά-
"τρια πράττειν, καὶ τοὺς καρποὺς μεταχειρίζειν, [p] καθὼς
"ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, αὐτόν τε καὶ τοὺς νόμους τεθηκέναι τὸ
"ψήφισμα. βούλομαι οὖν ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι ἀκούσας ἐγὼ
"[q] λόγων ἐξ ἀντικαταστάσεως γενομένων, ἐπέκεινα μὴ κω-
"λύειν Ιουδαίους τοῖς αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι.

κϛ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ [r] ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. [s] Ἐπὶ Πρυτάνεως
"Κρατίππου [t] Δαισίου πρώτῃ γνώμῃ στρατηγῶν. Ἐπεὶ οἱ Ρω-
"μαῖοι, καταπλαγέντες τὴν τοῦ [u] προγόνων ἀγωγὴν, τοὺς
"ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ἀνθρώπων ἀσφαλείας κινδύνους
"ἀναδέχονται, καὶ φιλοτιμοῦνται [x] τοὺς συμμάχους καὶ φίλους
"ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ βεβαίᾳ [y] καταστῆσαι εἰρήνῃ, πέμψαν-
"τος πρὸς αὐτοὺς ἔθνους τοῦ Ιουδαίων καὶ Υρκανοῦ τοῦ ἀρ-
"χιερέως αὐτῶν πρέσβεις, Στράτωνα Θεοδότου, Απολ-
"λώνιον Αλεξάνδρου, Αἰνείαν Ανθιπάτρου, Αριστόβουλον
"Αμυντοῦ, Σωσίπατρον Φιλίππου, ἄνδρας καλοὺς καὶ ἀγα-
"θοὺς, καὶ περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων, ἐδογμάτισεν ἡ
"συγκλητος, περὶ ὧν ἐποιήσαντο τοὺς λόγους, ὅπως μηδὲν
"ἀδικῇ Αντίοχος ὁ βασιλεὺς Αντιόχου υἱὸς Ιουδαίους συμ-
"μάχους Ρωμαίων, ὅπως τὰ φρέαρα καὶ λιμένας καὶ χώ-
"ρας, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀφείλετο αὐτῶν, ἀποδοθῇ, [z] καὶ
"ἐξῇ αὐτῶν ἐκ τῶν λιμένων ἐξάγειν, ἵνα τε μηδεὶς
"ἀπολύῃ [a] ἢ τῆς Ιουδαίων χώρας ἢ τῶν λιμένων αὐ-
"τῶν ἐξάγων βασιλεὺς ἢ δῆμος, ἢ μόνος Πτολε-
"μαῖος ὁ Αλεξανδρέων βασιλεὺς, διὰ τὸ εἶναι σύμ-
"μαχος ἡμέτερος καὶ φίλος, καὶ τὸν ἐν Ιόππῃ ὃν
"φρέαρ ἐκβαλεῖν, καθὼς ἐδεήθησαν, τῆς τε βου-
"λῆς ἡμῶν [b] Λεύκιος Πέτλιος ἀνὴρ καλὸς κἀγα-
"θὸς προσέταξεν, ἵνα [c] φροντίσωμεν ταῦτα ἔτως γέ-
"νεσθαι· καθὼς ἡ σύγκλητος ἐδογμάτισε, προνοῆ-
"σαί τε ὅ ἀσφαλὲς εἰς οἶκον τῶν πρεσβέων [d] ἀνακο-
"μισθῆς. ἀποδεξάμεθα δὲ καὶ εἰς τὸν βασιλέα καὶ τὸν

"ceret ac reliqua sacra peragere ex patriis legibus,
"& ut nullus eis imperet, quia amici nostri sunt
"& socii, ac nemo eos injuria afficiat in nostra
"provincia, utpote qui & Trallianis coram con-
"tradicentibus non placere hæc de illis decreta,
"imperaris illa sic fieri: sed insuper hoc se roga-
"tum esse, ut nobis quoque ista de illis scriberes.
"Nos igitur, præceptis tuis obsequentes, episto-
"lam traditam accepimus & in publicas nostras
"tabulas reposuimus; & cætera *omnia*, quæ in
"mandatis dedisti, nobis curæ erunt, ne quid re-
"prehendatur.

21. "PUBLIUS Servilius Publii filius Galba *P. Servilii litera ad Milesios.*
"proconsul Milesiorum magistratibus, senatui,
"& populo salutem. Prytanes Hermæ filius ci-
"vis vester, cum ad me venisset in *urbe* Tralli-
"bus, ubi conventum agebam, significabat vos
"præter sententiam nostram tractare Judæos, &
"prohibere illos tum Sabbata celebrare, tum sa-
"cra patria facere, & fructus pro sua consuetu-
"dine administrare, ipsumque se ex legibus au-
"ctorem fuisse hujus decreti. Volo igitur vos
"scire, me, verbis auditis quæ ultro citroque ha-
"bita sunt, tandem decrevisse, non prohibendos
"Judæos uti suis moribus.

22. "DECRETUM PERGAMENO- *Pergamenorum decretum.*
"RUM. Prytane Cratippo, primo Dæsii men-
"sis die decretum prætorum. Quoniam Roma-
"ni, majorum institutis obsequentes, pericula
"pro communi omnium hominum securitate su-
"scipiunt, & certatim id agunt ut socios ami-
"cosque in felicitate & firma pace constituant,
"cum ad illos misisset natio Judæorum & Hyrca-
"nus eorundem pontifex legatos, Stratonem
"Theodoti, Apollonium Alexandri, Æneam
"Antipatri, Aristobulum Amyntæ, Sosipatrum
"Philippi *filium*, viros bonos & probos, atque
"hi præcipua quæque negotiorum significassent,
"decrevit senatus, de quibus rebus verba fece-
"runt, ne qua injuria Antiochus rex Antiochi fi-
"lius Judæos socios Romanorum afficiat, utque
"præsidia & portus & regionem & si quid aliud
"ab eis abstulit, id reddatur, atque liceat *illis suis*
"ex portubus exportare *quodcunque volunt*, & ne
"quis sine vectigalibus ex Judæorum regione aut
"ex portubus eorum quidquam exportet, *sive*
"rex sive populus, præter solum Ptolemæum
"Alexandrinorum regem, quia est socius noster
"& amicus; immo & præsidium quod est Joppe
"expellendum esse, sicuti petiverunt, & sena-
"tus noster *unus* Lucius Pettius, vir bonus &
"probus, mandavit, ut nobis curæ esset illa ita
"fieri quemadmodum senatus decrevit, atque
"provideremus ut legati in patriam salvi & inco-
"lumes redeant. Quin etiam admisimus in sena-
"tum

h Ἐμποδίζῃ,] Εμποδίζῃ forsan in *suo codice* habuit *Epiphan.* nam vertit, *ne quis eos quicquam impediat.*

i Διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι] Sic *Gronov.* διὰ δὲ in *MSS.*

k Ανθιπόντων] *MSS.* ἀντιπόντων.

l Ἐπίταξας ταῦτα ἔτως γίνεσθαι·] Ita in *Apographis* nostris. ἐπίταξαι in *Editione Gronovii.* forsan *Typothetarum* errore.

m Γάλβας ἀνθύπατος] Eo modo *Epiphan.* & *Gronov.* Γάλβας in *MSS.*

n Αγόραιον.] *MSS.* ἀγόρειον sed correctum.

o Παραφέρειν,] Sic apud *Ælianum*, l. 12. c. 27. παραφέρειν τοῖς πολεμίοις ἡμερώτατα *hostes mitissime tractare.*

p Καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς,] Ita scribitur in MSto, quod quum sit manifeste vitiosum, ita interpretatus sum, ut minima mutatione unius tantum literæ ο in ω defungerer, ut simplex sit usurpatum pro composito ἔξεστι. Utrum id sufficit? an apparet etiam satis clare coaluisse in unum voces καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς? prout hic sensus aliquoties ante occurrit. GRON. Ita ex *Epiphanio*, qui vertit, *& fructus sua consuetudine colligere.* καθὸς ἐστὶν in *MSS.* quod in καθως ἔστι mutavit *Gronov.* ut ἔστι acciperetur pro ἔξεστι. quo modo & supra, p. 383. v. 30.

q Λόγων ἐξ ἀντικαταστάσεως γενομένων,] Sic *Gronov.* λέγων in *MSS.*

r ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ] Forte ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. HUDS. In *Add.* Inde, opinor, id putat *Hudsonus*, quod in fine hujus §. dicant majores suos amicos Judæis Abrahami fuisse temporibus, verum (ut ex Josepho *Antt.* l. 12. c. 4. §. 10. & *de Bello* l. 1. c. 25. §. 1. patere potest) Lacedæmoni non modo de amicitia, sed & propinquitate generis cum Abrahamo & Judæis gloriabantur. HAV.

s Ἐπὶ Πρυτάνεως Κρατίππου Δαισίου] Verba illa Ἐπὶ Πρ. Κρατ. in textum recepi, quod ita legerit *Epiphan.* & in margine exstent *MSS. Voss.*

t Δαισίου] *MSS.* Περιτιμαίου δεσίου.

u Προγόνων] *MSS.* μπρογόνων.

x Τοὺς συμμάχους] *MSS.* τοὺς δημάχους.

y Καταστῆσαι] *MSS.* Κατασῆσαι.

z Καὶ ἐξῇ αὐτῶν] Καὶ μὴ ἐξῇ edidit *Gronovius.* in *Apographis nostris*, καὶ μὴ ἔξῃ. unde καὶ ἐξῇ rescripsi, fretus auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *& liceat* &c.

a Η τοῦ Ιουδαίων χώρας] In *MSS.* ἢ τ. atque ita edidit *Gronov.* verum ε expunxi, quod ἐξῇ in superiori versiculo detractum voculæ ἢ adhæsisse suspicor.

b Λεύκιος Πέτλιος] *Lucius Peticus* in *Editis Epiphanii.* at *Lucius Petitus* in *MSS*

c Φροντίσωμεν] *MSS.* φρεφοντίσωμεν, unde tres literæ ρεν postea fuerunt inductæ.

d Ανακομισθῆς.] *MSS.* ἀνακομιδῆς.

e Αν-

"tum & in concionem Theodorum, cumque ab "ipso epistolam accepissemus & senatusconsul- "tum, atque ipse magno studio verba fecisset, "& virtutem Hyrcani declarasset ac magnanimi- "tatem, quod tam communiter universos quam "privatim singulos, qui ad ipsum veniunt, be- "neficiis afficiat, ideo & literas in publicis archi- "vis nostris deposuimus, & nos quoque ipsi, ut- "pote Romanorum socii, omnia etiam Judæis "præstare ex senatusconsulto decrevimus. Insu- "per Theodorus, qui epistolam nobis reddidit, "prætores nostros obsecravit, ut mitterent Hyr- "cano exemplum decreti, & legatos qui populi "nostri *erga illos* studium significarent, & horta- "rentur ad conservandam augendamque ipsorum "erga nos amicitiam, & ad novum aliquod bene- "ficium conferendum, ut qui debitam gratiam "meritamque consequuturi sint, meminerintque "quemadmodum etiam Abrami temporibus, qui "pater erat omnium Hebræorum, majores nostri "fuerint illis amici, prout in * acta publica rela- "tum invenimus.

"ἐκκλησίαν τ Θεόδωρον, ἐπιλαβόντες τε τῶν ἀπορ- "λων παρ' αὐτοῦ καὶ τὸ τ συγκλήτε δόγμα, καὶ πεισθε- "μένε μὴ πολλῆς ἀσεδῆς [a] αὐτοῦ λόγες, Ϲ τῶν Τρκα- "νῦ ἐμφανίσαντος ἀρετῶν Ϲ μεγαλοψυχίαν, καὶ ὅτι καὶ- "νῦ πάντας εὐεργετεῖ, [f] καὶ κατ' ἰδίαν τὰς πρὸς αὐτὸν "ἀφικνυμένες, τά τε γράμματα εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν "ἀπεθέμεθα, καὶ αὐτοὶ πάντα πρὸ ὑπὲρ Ιεδαίων, "σύμμαχοι ὄντες Ρωμαίων, κατὰ τ συγκλήτε δόγμα "ἐψηφισάμεθα. ἐδεήθη ϑ καὶ ὁ Θεόδωρος, ὁ τῶν ἐπι- "στολῶν ἡμῖν δοδες, τ ἡμετέρων στρατηγῶν, ἵνα πέμ- "ψωσι πρὸς Τρκανὸν τὸ ἀντίγραφον τε [g] ψηφίσμα- "τος, καὶ πρέσβεις δηλώσαντας τῶν Ϝ ἡμετέρε δήμε "ασεδῶ, καὶ παρακαλέσαντας σωτηρεῖν καὶ αὔξειν αὐ- "τῶν τῶν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, καὶ ἀγαθῦ τινος αἴτιον "γένεδαι, ὡς ἀμοιβάς τε τὰς προσηκέσας ἀπολήψόμε- "νον, μεμνημένον τε [h] ὡς καὶ ἐν τοῖς καῖ Αβραμον καὶ- "ροῖς, ὃς ἁπάντων Εβραίων πατὴρ, οἱ πρόγονοι ἡμῶν "ἦσαν αὐτοῖς φίλοι, καθὼς ἐν τοῖς δημοσίοις εὑρίσκομεν "γράμμασι.

Decretum Halicarnassensium.

23. "DECRETUM HALICARNASSEN- "SIUM. Sacerdote Memnone Orestidæ *filio*, & "per adoptionem Euonymi, Antheſterionis die

κγ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ. Ἐπὶ ἱερέως "Μέμνονος Ϝ [i] Ορηστίδε, κατὰ ϑ πάτριον Εὐωνύμε, "[k] Ανθεσηριῶνος ... ἔδοξε τῷ δήμῳ, εἰσηγησαμένε "Μάρ-

* Αὐτῷ λόγῳ,] Ita reſcribendum cenſui. *αὐτοῦ* edidit *Gronovius* ex *MSS.*

f Καὶ κατ' ἰδίαν] *MSS.* καὶ κατὰ ἰδίαν.

g Ψηφίσματος.] *MSS.* ψίσματος.

h Ὡς καὶ ἐν τοῖς καῖ Αβραμον καιροῖς,] En Chronologiæ caput novum & incognitum, & fere deridendum ab unoquoque, qui Abrahamum, illum verum & priſcum, cogitet, quem hi Phryges aut Pergameni ſtatuunt quaſi principem conſtitutæ reipublicæ fuiſſe, qui fœdera cum externis non tantum, ſed & longiſſime remotis ſanciverit, ut vel ipſe Abrahamus vel propinquo gradu ab eo orti habuerint jam Phrygas amicos, idque ſignatum hi publice ſervaverint. Habes medii temporis teſtationem inconditam & fraudulente captatam ex veteris Ilii & veterrimorum Phrygum recordatione ad inſinuandum, cui forſan occaſionem dedit hiſtoria Herodoti, unde tradebatur Ægyptios etiam ſub Pſammitticho, aliis teſtantibus de Seſonchoſi, inquirentes agnoviſſe tandem Phrygas fuiſſe ipſis vetuſtiores, quum ſeſe antea jactaviſſent tales eſſe. GRON.

* *Acta publica*] Vide *Grotium* in 1 Maccab. cap. 12. & *Huet.* in D E. p 96. HUDS. in *Add.*

i Ορηστίδε,] Αρηστίδε in *Apographis* noſtris. Αρειστίδε edidit *Voſſius* in notis ad *Catullum*, p. 313. contra fidem *MSS.* ut dicit *Gronov.*

k Ανθεσηριῶνος] Nihil amplius exhibetur in MS. Sed ſpatii aliquid vacui ſequitur, quod Voſſius hanc partem edens in Obſervationibus ad Catullum corripuit ac plane abolevit, neſcio an ſatis perite & licite, quum ipſe opiner non fruſtra eveniſſe; ſed eſſe locum, ubi poſita fuerit nota diei in iſto menſe, forſan Ανθεσηριῶνος ε' id eſt, ἕκτῃ, niſi velis primam ſequentis verbi excidiſſe ε, ut de quinta die intelligatur, ut ſolebat fieri in decretis Græcorum & ſequitur infra in Epheſino. Sed ipſe nihil prætento, quia lectori cuivis facile patet ex contextu hujus decreti aliqua excidiſſe, non tantum quia poſt ἔδοξε τῷ δήμῳ ſequitur δεδόχθαι, ſed etiam quia in fine dicitur τοῖς τῷ ζημιώσαι, quod nullum deprehenditur in ipſo decreto, nec aliquod nominatum eſt, forſan omittente ipſo Joſepho, qui tantum ſectatus fuit verba ad Judæos pertinentia. Etiam noſci oportet Voſſium ediditſſe Ανθεσηριῶνος, quaſi non ſtatuiſſet appellationem menſis, ſed viri, ſed vane & contra MS. Inſuper ſcias eundem Voſſium dediſſe in citando & deſcribendo ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ & Αρειστίδε, item Ιεδαίους τοὺς βυλομένους aliter quam in MS. exhibentur.

Neque tamen vel laudis vel neceſſitatis, cur publicari hæc decreta & iſtam operam Joſephi in vitam velut revocari interat, ſumma etiamnum mihi expreſſa fuit. Aliud commoditatis publicæ quaſi cornu & inde enaſcentem magnæ hæſitationis diſpulſionem prodere ſtatuebam. Etenim inter ea, quæ tum me nondum nato, tum per meam ætatem agitaviſſe eruditas plurium horas deprehendi, fuit illud caput de Apoſtolo Paulo, unde illi naſcenti adfuerit jus civitatis Romanæ. Quod quum diſtraheretur inter duas ſententias, utrum contingeret ex natalis urbis Tarſi a Cæſaribus locupletatæ communi privilegio, an ex peculiari patriæ domus, quæ id ſibi impetraverit, lætitia & ſucceſſionis in Paulum tranſgreſſu, non vidi ab ullo tale quid proferri, quo anxietas illa tollatur. Noviſſimus ſe ad eam cauſam exuit Conditor Romani Orbis, in quo magna pars capitis XVII. impenditur huic deliberationi velut ſummam manum impoſitura. In qua etſi denique vergat ad rectum, & ad Grotii opinionem, tamen ſic quoque quam turbide & parum conſtanter pag. 143.? [ut nempe civitate Romana iidem (majores S. Pauli) quacunque tandem cauſa, ſint donati: aut vero ut eam, quod de Pauli patre dicitur, pecunia, haut inſolito maxime illa ætate more, iidem redemerint] Nihil ergo habuit in hoc bivio, quorſum flecteret; unde quamvis haberet Græcorum ſcholia clare hic teſtari auſa, tamen ſuſpenſus & vacillans ſuſpicari maluit de *quacunque tandem cauſa*, quam eſſet nunquam reperturus. Veriſſime ſcripſerunt Græci. Neque pater S. Pauli aliam exiſtimavit ſe inventurum viam ad tranquille & credule vivendum in urbe Tarſo, quam tot alii Judæi per alias Aſiæ minoris urbes conſtituerant & muniverant, nempe ex empto ab Romanis ducibus circa tempus belli civilis pecuniam ſolam ſpectantibus. Hinc alienam patet eſſe pronunciationem de ἰσοπολιτείᾳ Judæorum per Antiochiam, Alexandriam, Cyrenen & Cæſaream & quæ inde trahuntur privilegia huc non pertinentia. Judæi enim jam non curabant jus æquum cum aliis per illas urbes habere, ſed obtrudebant ſe illis, quod claſe apparet ex his decretis. Si quid tale proprium fuit in iſtis quatuor oppidis, certe id non deſideraverunt obtinere per Aſiam minorem, quum videamus invitis incolis urbium iſtarum ab Romanis imperari, ut tolerent Judæos, quorum ſacra ante turbabantur ab iis: Romani ab eis fuerunt implorati, ut in hac & illa urbe nanciſcerentur ſecuritatem non ſolum vitæ, ſed & religionis, non per aliam cauſam, quam quod uterentur titulo civitatis Romanæ, & dicere ſe poſſent Romanos, quod eis non adfuiſſet, niſi ab Romanis magiſtratibus per provinciam interventu pecuniæ unico impetraviſſent. Nihil ergo ad Judæos vel civitatis Laodiceæ aut Pergami & aliarum jus. Sed ſicut Laodicea & Pergamum & omnes patebant civibus Romanis; hunc modum conati ſunt in ſe transferre Judæi, ut quum eſſent facti cives Romani, irent habitatum ubique, nec tamen electi ad habitationem oppidi jura quidquam curarent, aut laborarent quoque dici cives Laodicenſes aut Pergameni, quum eſſent cives Romani, & hoc titulo tuti contra inſultationes. Aliquid ſublimius adfectaverunt Judæi, ut in urbibus nequaquam jure civitatis Romanæ fruentibus ipſi viverent honore iſto ipſo decorati, & ex hoc capite cogerentur reliqui incolæ iſtarum urbium non tantum indulgere illis vitam diſciplinæ, quam profitebantur, nempe Moſaicæ, convenientem, adeo ut & loca ad hanc rem eis adſignare & ſeparare cogerentur; atque adeo ſine moleſtia eſſent in iis, per quæ cultus inquinari videtur, ut loquuntur Digeſta juris; ſed etiam habere illos pro civibus Romanis, unde plura in eos derivabantur privilegia, quorum unum manifeſte nunc innuit ipſe Paulus Apoſtolus, qui non mittitur ad virgas, ut in eo cultus inquinaretur. Quo quid arrogantius poterat ab Romanis ſtatui? quid magis recuſandum ab Judæis poſtulari? quid intolerabilius illis, qui gentiliſmo ab majoribus addicti erant, imperari? Sed & inſuper in iſta ratiocinatione incongruum eſt, quod quum in principio paginæ 144. agat de Agrippa & Antipatro & Joſepho, & mox adjiciat verba Philonis de Auguſti ætate, atque inde ſic ut dixi ſermocinetur, mox id probet per Ulpianum & Modeſtinum in longe ulteriora ſæcula poſt varias temporum mutationes & hinc edictorum diverſitates delapſos, ut illorum verba nihil de iſto anteriori tempore adfirmare poſſint, ſed tantum ut appareat eos de eadem materia loqui.

Ex hoc igitur ſupplemento patet hanc vitam tunc Judæorum fuiſſe. Quum per expeditionem Alexandri Magni, certe ab ejus tempore contigerit, ut Judææ civitates magis magiſque cœperint ab gentilibus ſimul incoli, (exemplum in Jamnia refert Philo pag. 1021.) etiam ipſi inde, avaritiæ dediti homines, exceſſerunt ad urbes gentilium, (patet ex loco Strabonis, quem

"Μάρκῳ Ἀλεξάνδρῳ. Ἐπὶ τὸ σεὸς τὸ θεῖον ὑσεβῆς καὶ "ὅσιον ἐν ἁπάνλι καιρῷ λόγῳ σπουδῆς ἔχομεν, καλακο- "λυθήνλες τῷ δήμῳ τ Ρωμαίων πάντων ἀνθρώπων ὄνλα

". . . placuit populo, relatione facta à Marco "Alexandro. Quoniam pietatem erga Deum & "religionem omni tempore ſtudioſe colimus, ve- "ſti-

quem citat Joſephus XIV, 12. pag. 479. atque item ex Philone pag. 1031.) præſertim ubi apparebant illecebræ & oportunitates diteſcendi. Ad hanc rem uſi diu regibus tum Syriæ, tum aliarum gentium, poſtquam viderunt ad Romanos fortunam declinare, præſertim in Aſia minore, contemplati morem reipublicæ iſtius, viderunt ſtatim illic adminiculum firmius, quam ab Regibus nancifci potuerant. Hi enim ornare eos tantum ſolebant & poterant, quum nihil aliud haberent, jure civitatium earum, in quibus morari conſtituerant, ut inſigni loco docet Hieronymus ex Euſebio: *Seleucus Babylonem obtinet, & in eas urbes, quas extruxerat, Judæos transfert, jus eis civium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.* At reſpublica Romana afferebat aliquid ſanctius, & magis invictum, & antea inauditum, nempe jus civitatis Romanæ, per quod & libertate agendi & inviolata ſecuritate eminebant ultra gradum incolarum illius urbis, in quam erant adſciti. Ad divitias autem maturandas perinde ut Romani fœneratores videbant ſatis nullam regionem Aſia minore efficaciorem. Hinc eam nubes & examina Judæorum per ſingula fere oppida inſederunt, ut non tantum ubique occurrant in Actis Apoſtolorum, ſed diſerte ſcribat Philo pag. 1027. Petronius ἐκτετραχόσιοι τ χωρῶν, εἰ οἷς Ἰδουμαῖοι καὶ ἑκάσλῳ πόλη εἰσὶ πανπληθεῖς Ἀσίας τε καὶ Συρίας. Quem ipſum locum citat etiam Grotius ad Lucam VII, 5. ut habuerit eum ante oculos, & eo magis mirari oporteat notam ejus ad eundem Evangeliſtam XIX, 9. qua ſcribit aliquammultos Judæos fuiſſe donatos Romana civitate credibile eſſe. Qui enim in illis oppidis poſſent vivere, aut quod providendum erat, ſatisfacere palam ſacris, niſi jure illo fruerentur? ut de omnibus fere id ſupponi debeat per Aſiam minorem verſantibus. In numero iſtarum urbium ab Judæis electarum ad habitandum fuit etiam hæc ipſa Tarſus, in eamque conceſſerunt majores Pauli, ſive jam ſub dominatione Regum Syriæ, ſive demum prolato iſtuc imperio Romano, quando non ſolum id curarunt ut eſſent jure civium Tarſenſium, (quippe quod nequaquam erat ſatis validum) ſed ut, ne à gentilibus poſſent ludibrio haberi ac vexari, ipſum quoque jus civitatis Romanæ adipiſcerentur, fruerenturque iis omnibus, quæ occaſione hujus juris ab magiſtratibus provincialibus in eos conferri potuiſſe & ſueviſſe patet ex hoc Supplemento. Non erant ab hac donatione alieni iſti magiſtratus; quippe quam ſtatuo ab eis non contigiſſe, niſi expugnatis magnitudine mercedis. Non alia ratione id impetrabatur, quam qua Herodes ab Sexto Cæſare impetravit τροπηγίαν τ κοίλης Συρίας, de quo ſcribit Joſephus in hoc ipſo noſtro loco, χρημάτων ἡ αὐτῷ τῦτο ἐπίσλο, & XIV, 4. Ariſtobulo & Hyrcano certantibus de pace apud Scaurum: ὑπισχνεῖλο ἡ Ἀριστόβελος μᾶ ὑ δώσειν τάλαντα, ὁ ἡ Ὑρκανὸς τέτων ὀλίγῳ ἐλάτλω. Immo vel unum exemplum Julii Cæſaris hic licet divulgare ad omnes, quem teſtatur Suetonius in adminiſtratione Galliarum pretio dediſſe ſocietates ac regna; multo enim facilius hi per Aſiam ſive Judæis ſive aliis voluerunt civitatem Romanam dare, ſi quis pretio redimere cuperet. Tempeſtive in rem ſuam hoc commune jam inter Romanos proceres vitium traxerunt Judæi, quum & plus videantur offerre potuiſſe, quam alii, & cauſas graves habuiſſe, ut promptius ad id adſpirarent. Hoc ſimplex & clarum eſt: hoc ſequitur ex univerſa ratione hujus Supplementi, ut jejune iterans eadem ſcribat Orbis Romanus pag. 148, *quocunque demum titulo aut jure id majores eius eſſent adepti.* Titulus fuit honeſtus & amicitia Hyrcani cum Romanis per legatos aliquoties commemorata: ſed hic titulus in publico propoſitus non fuit niſi particulatim magno argenti vel auri pondere eum ante corroborante.

Hæc igitur quum ſic conarer inſtaurare, debui tandem confirmari in eo, quod diu in ambiguo me ſuſpenderat. Nam quum ipſe Cl. Voſſius in verbis, quæ citavi in præfatione, memoret de antiqua interpretatione, quæ locum hunc exhibeat, ut idcirco & iſta exſtet, & ejus auctor in Græcis codicibus ipſum legerit; opinor miraturos plurimos, cur eam nunc non uſurpaverim & Græcis appoſuerim. Sed arceſſitam inſpectamque ut cœpi noſcere, ut fidem Muſarum imploravi! adeo credere nequivi talia unquam ſcribi poſſe, nedum ut implerent interpretationem Latinam. Secunda dubitatio fuit, an iſta verſio etiam hic publico eſſet exponenda conſpectui, necne. Ut poſterius cenſerem, faciebat fœditas ejus, quæ tanta eſt, ut merito inſtar obſcœni monſtri debeat removeri ab oculis noſtris; atque ita huc uſque pro certo conſtituebam. Nunc quum res venit ad ipſam ἄκμὴν, immutor, & fateor additam me volente, vel ob illam cauſam, ut quum gratulari Joſepho conveniat de loco hoc certe aliquatenus reſtituto, etiam ex ipſa verſionis fœditate ab tempore noſtro abacta, rei literariæ gratulemur. Eheu! quæ fuit illius temporis ignorantia, quam ſordida cœcitas? Cui amovendæ non parum contulit hæc ipſa Lugduno-Batava Academia, tot nævis in doctrina humana abſterſis inclita, cui famæ utinam perpetim inſerviat! & Chriſtiani non pro vili negotio ducant intelligere Græca! Quin etiam quum editio iſta non ſit in omnium manibus, putabam oportune his admiſceri, ut poſſet in tempore inſpici. Denique id tertia cauſa exigebat, quo pluribus teſtibus præſentibus conſtaret fides ac veritas hujus Supplementi, non uni tantum innixa codici, ſed ſimul huic noſtro, ſimul alteri vel pluribus, quot adeſſe concinnatoribus verſionis illius potuerunt.

Sumta eſt ex editione Colonienſi anni 1524. *Subjuncto etiam Senatuſconſulto, quatenus probationem dictorum habeant qui hanc hiſtoriam relegunt, quod tale fuit ſenatuſconſultum ab ærario tranſcriptum de tabulis publicis, ſub Quinto Rutilio ærarii cuſtode: dum tertio idus Aprilis, in templo Concordiæ conſcriberentur, præſente Lucio Calphurnio, & reliquo ſenatu. Publius Dolabella & Marcus Antonius conſules, dixerunt: De his quæ per ſenatus decretum Cajus Cæſar pro Judæis decernens in ærario deponere non occurrit, ſic placet nobis, ſicut & ſenatui viſum eſt, ut hæc in tabulis æneis deponantur, & per ſingulas civitates tranſmittantur, quatenus current & illi in tabulis reponere quod decretum eſt; Quinto idus Februarias, in Templo Concordiæ. Legati autem principis ſacerdotum fuerunt Lyſimachus Pauſaniæ, Alexander Theodori, Patroclus Cereæ, Jonathas Oniæ. Miſit autem & ex his legatis unum Hyrcanus ad Dolabellam, tunc Aſiæ proconſulem, petens eum ſolvere Judæos a militia, ut patriam cuſtodirent conſuetudinem; quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella cum ſuſcepiſſet literas Hyrcani, nihil remoratus ſcribit per totam Aſiam Judæis, & ad Epheſinam civitatem, primam totius Aſiæ, quæ hujuſmodi legebant, ſub judice Artemione, menſis Lenæonis die prima: Dolabella imperator Epheſiorum curiæ & magiſtratibus vel populo ſalutem. Alexander Theodori, legatus Hyrcani, filii Alexandri principis Sacerdotum & rectoris Judæorum, intimavit mihi, quod non poſſent cives ſui militare, dum nec arma portare poſſint, nec iter facere diebus ſabbatorum, nec alimentorum ſecundum patrias leges copiam habere: ideirco ego ſicut prædeceſſores mei imperatores, præbeo eis militiæ remiſſionem, & concedo patriis uti legibus ſecundum ſolennes & ſacras immolationes, & congregare ſicuti ſolent pro ſacrificiis pecunias, & volo vos hæc per ſingulas conſcribere civitates. Hanc quidem Dolabella Hyrcano legationem mittente, noſtris donavit licentiam. Lucius autem Lentulus conſul dixit. Cives Romanos Judæos, templa habentes, Epheſi antè tribunal, religionis cauſa à militia dimiſi duodecimo Kalendarum Octobris. Lucio Lentulo, & Cajo Marcello conſulibus, præſente ſenatu. Balbus legatus & vicarius, Epheſiorum magiſtratibus, curiæ, & populo ſalutem. Judæos per Aſiam conſtitutos, Lucius Lentulus me pro ipſis petente, à militia dimiſit. Poſtulans vero poſt hæc & Fannium tribunum plebis & Lucium Antonium ærarium, impetravi. Vos aut cupio curare, ne quis eis moleſtiam inferat. Decretum Deliorum ſub præſide Bioto: menſe Thragelione, viceſima die ad titulationem judicum. Marcus Phiſon legatus, adveniens in civitatem noſtram, pro delectu militum convocans nos, & multos civium, præcepit, ut ſi qui ſunt Judæi cives Romani, nequaquam militare cogantur, eo quod Cornelio Lentulo conſuli religionis cauſa Judæos dimittere placuit. Quapropter obedire conſuli vos oportet. His ſimilia Sardiani quoque de nobis decreverunt. Cajus Fannius Caji filius, Dux, conſul, magiſtratibus Coorum ſalutem. Volo vos ſcire, quod legati Judæorum adierunt me, petendo accipere ſenatuſconſulta pro ipſis conſtituta, quæ etiam ſubjuncta ſunt. Igitur volo vos curare vel providere his hominibus ſecundum ſenatuſconſultum, quatenus per veſtram provinciam incolumes ad propria revertantur. Lucius autem Lentulus conſul dixit. Cives Romanos Judæos qui templa Judaica habere Epheſi videntur, dicentur religionis cauſa dimiſſi. Hoc factum eſt duodecimo Kalendarum Juliarum. Lucius Antonius, Marci filius vicarius ærarii vel proconſul, Sardianorum magiſtratibus curiæ & populo, ſalutem. Judæi cives noſtri adeuntes probaverunt nobis conſilium habuiſſe proprium ſecundum patrias leges ab initio, & locum proprium, in quo negotia vel judicia invicem movent: & hoc petierunt, quatenus liceat illis hoc facere, quod cuſtodiri vel permitti decrevi. Marcus Publius, filius Publii, & Marcus Lucius Marci Publii filius dicunt: Lentulum proconſulem adeuntes intimavimus ei, de quibus Doſitheus Cleopatridæ filius Alexandrinus verba fecit, ut cives Romanos Judæos templa Judaica facere ſolitos, ſi illi viſum fuerit religionis cauſa eos feciſſe, dimittat: & dimiſit duodecimo Kalendas Julias. Lucio Lentulo & Cajo Marcello conſulibus, Lentulus decretum protulit. Cives Romanos Judæos, ſacraria Judaica facere ſolitos, Epheſi ante tribunal religionis cauſa dimiſi. Laodicenſium principes C. Rabilio Caji filio conſuli ſalutem: Soſipater Hyrcani principis ſacerdotum legatus, porrexit nobis epiſtolam tuam, per quam deſignavit nobis, ab Hyrcano principe & ſacerdote Judæorum deſtinatos quoſdam cum literis, pro ſua gente conſcriptis, quatenus ſabbata Judæis liceat ſecundum patrias leges celebrare, ut ne quis eos quicquam impediat: quoniam amici & auxiliatores noſtri probantur: aut ne quis eis violentiam inferat in noſtra provincia: & licet Tralliani palam dicant, non ſibi placuiſſe quæ pro his decreta ſunt, tamen præcepiſti hæc ita fieri. Poſtulamus autem ita, ut & nobis ſcribas de his & eadem obſequentibus tuis præceptis. Epiſtolam autem porrectam ſuſcepimus, quam repoſuimus inter publica noſtra monumenta: & de reliquis quæ præcepiſti providemus, quatenus in nullo culpemur. Publius Servilius, Publii Galbæ filius, proconſul. Mileſiorum magiſtratibus, curiæ & populo ſalutem. Pritanis Mercurii filius civis veſter, dum in Trallibus negotia tractarem, inſinuavit mihi præter noſtram ſententiam Judæis vos inquietudinem inferre, & prohibere eos ſabbata celebrare, vel templa patria perficere, fructuſque ſua conſuetudine colligere. Volo igitur vos ſcire, quomodo audiens verba ejus vel eorum qui contra eum diſſerebant, decrevi ne prohiberentur.*

Decretum Pergamenorum ſub judice Cratippo menſe Deſio, ſententia principum. Quod Romani ſequentes ſuos majores, pro communi

"ſtigiis ſequentes populum Romanum de homi-
"nibus omnibus bene meritum & reſpicientes ad
"ea quæ de Judæorum amicitia & ſocietate ad
"*hanc* urbem ſcripſerunt, *ſcilicet* ut illis liceat Dei
"ſacris operari, feſta ſolennia & cœtus celebrare;
"nobis placuit ut jus poteſtatemque habeant Ju-
"dæorum quicunque volunt, ſive viri ſive mulie-
"res, tum Sabbata obſervandi, tum ſacra peragen-
"di ex legibus Judaicis, & proſeuchas faciendi ad
"mare pro more patrio, quod ſi quis quidquam
"eos impedierit, vel magiſtratus vel privatus, huic
"mulcta eſto & urbi debeto.

Decretum Sardianorum.

24. "DECRETUM SARDIANORUM.
"Viſum eſt ſenatui & populo, relatione facta à
"prætoribus. Quoniam cives Judæi, urbem hanc
"noſtram incolentes, multis magniſque à populo
"per omne tempus cumulati fuerunt beneficiis, &
"nunc ingreſſi ad ſenatum & populum obſecra-
"runt, reſtitutis ipſis legibus & libertate à ſenatu
"& populo Romano, ut more rituque à legibus
"præſcripto cœtus agitent, & nullam illis con-
"troverſiam moveamus, locuſque illis ſit aſſigna-
"tus, in quo congregatis cum uxoribus & liberis

"διεργάτη, καὶ οἷς ϖϵὶ τ Ιϖδαίων φιλίας καὶ [l] συμ-
"μαχίας ϖϵὸς τὴν πόλιν ἔχραψεν, ὅπως [m] σωτιλῶνται
"αὐτοῖς αἱ εἰς τ Θεὸν [n] ἱεροποιίαι καὶ ἑορταὶ αἱ εἰθισμέ-
"ναι καὶ σύνοδοι· [o] δέδοκται ἡμῖν Ιϖδαίων τὺς βυλο-
"μένυς [p] ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας τάπι Σάββατα ἄγλν
"καὶ τὰ ἱερὰ σωτιλεῖν κ τὺς Ιϖδαϊκὺς νόμυς, καὶ
"ϖὺς ϖϵοσδυχὰς ϖοιεῖσθαι ϖϵὸς τῇ θαλάσσῃ κ τὸ ϖρό-
"ϖριον ἔϑ, ἂν δέ τις κωλύσῃ ἢ ἄρχων ἢ ἰδιώτης,
"[q] ὅδε τῷ ζημιώματι ὑϖεύθυν ἔϛω καὶ ὀφειλέτω τῇ
"ϖόλϊ.

κδ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Ἐδόξε τῇ βυλῇ
"τῷ δήμῳ, ϛρατηγῶν [r] εἰσηγησαμένων. Ἐϖὶ οἱ κατοι-
"κωῦντες ἡμῶν ἐν τῇ ϖόλϊ Ιουδαῖοι ϖολῖται, ϖολλὰ καὶ
"μεγάλα φιλάνθρωϖα ἐγκήϖτες ἀϕ' ἁϖάντων ὑϖὸ τ δήμυ
"δήμου, κ νῦν εἰσελθόντες ὅϖῃ τῇ βυλῇ κ τ δῆμον
"ϖαρεκάλεσαν, ἀϖοκαθισαμένων αὐτοῖς τ νόμων καὶ τ
"ἐλευθερίας ὑϖὸ τ συγκλήτυ κ τ δήμυ τ Ρωμαίων,
"ἵνα κ τὰ νομιζόμενα ἐν σωάγωνται, κ μὴ ϖαδίκα-
"ζώμεθα ϖρὸς αὐτύς, [s] δοθῇ τι αὐτοῖς κ τόϖῳ, εἰς
"ὃν συλλεγόμενοι μ γυναικῶν κ τέκνων ὀϖτιλοῖεν τὰς
"ϖα-

omnium hominum tutela pericula ſuſcipiunt, & ſtudent auxiliatores & amicos ſuos in felicitate vel firma pace conſiſtere, cum tranſmiſiſſet ad eos Hyrcanus princeps ſacerdotum gentis Judæa legatos, Stratonem Theodori, Apollonium Alexandri, Æneam Antipatri, Ariſtobulum Amintæ, Soſipatrum Philippi, viros optimos, & hi ſingula demonſtraſſent, decrevit ſenatus de his quæ poſtulaverunt, quatenus nequaquam rex Antiochus Antiochi filius ladat Judæos auxiliatores Romanorum, imò ut & caſtella & portus, vel provinciam, & ſi quid aliud ab eis abſtulit redderet: & liceat eis à portubus Judæorum ſeu vectigalibus deportare quæ volunt, & ut nullus rex vel populus à portubus Judæorum ſeu vectigalibus aliquid auferat, excepto Ptolemæo rege Alexandrino, quia & ipſe auxiliator his & amicus noſter exiſtit, imò etiam cuſtodiam à Joppe depelli, ſicut petiverunt. Noſtra vero curia Lucius Peticus vir optimus, juſſit ut hæc fieri ita curemus, quemadmodum ſenatus decrevit, & provideamus, quatenus incolumes legati ad propria poſſint redire, nec non etiam Theodorum in curia, vel in conventu ſuſcepimus: Qui cum nobis Epiſtolam ex ſenatuſconſulto porrexiſſet, verba faciens, demonſtravit Hyrcani virtutem & liberalitatem, quia publice vel privatim cunctis prodeſt, qui ad eum convenerint: Literas vero inter publica conſcripta repoſuimus, & nos quoque omnia pro Judæis agere, tanquam auxiliatores Romanorum ſecundum ſenatuſconſultum decrevimus. Quippe etiam poſtulavit Theodorus dum epiſtolam nobis porrigeret, quatenus à magiſtratibus noſtris mittatur ad Hyrcanum exemplar decreti, intimantes noſtri populi ſententiam, & petentes cuſtodiri vel ampliari noſtras cum eis amicitias: & ut meminerit, temporibus Abraham, qui omnium Judeorum pater extitit, noſtros majores amicos ei fuiſſe, ſicut & in publicis conſcriptis invenimus. Decretum Halicarnaſſeorum, ſub ſacerdote Memnone Ariſtidis filio. Placuit populo, Marco Alexandro inſinuante, quod Judæi pietatis ſtudium omni tempore habent, populi Romani omnium hominum benefactores, pro Judæorum amicitiis vel auxiliis ad noſtram civitatem præcepta miſerunt, quatenus permittantur immolationes deo ſolennes efficere. Placuit igitur & nobis concedere Judæis viris vel mulieribus ſabbata celebrare, vel ſacrificia producere ſecundum leges Judaicas. Siquis vero hos prohibuerit, militiæ reus & debitor civitatis exiſtat. Decretum Sardianorum. Placuit curiæ, vel populo, ducibus intimantibus, quomodo noſtram civitatem habitantes Judæi, multa vel maxima beneficia à populo ſæpe meruerunt: nunc quoque cum ingreſſi fuiſſent in curiam populum petere, quatenus ſuis legibus, & libertate data à ſenatu populoque Romano ſecundum conſuetudinem congregentur, & judicia ſua diſponant, datus eſt illis locus, in quo cum uxoribus vel filiis poſſint celebrare deo patrias orationes. Igitur viſum eſt curiæ vel populo, concedere eis convenientibus certis diebus agere ſecundum ſuas leges: deputari etiam eis locum quem aptum ædificationibus vel habitaculis putaverint. Habeant etiam curatores annonæ civitatis diligentiam, ut ſi qua opus habuerint alimenta, faciant eis introduci. Decretum Epheſiorum ſub judice Minophilo, menſe Arthemiſio, prima die. Nicanor Euphimi dixit. Placuit populo intimantibus ducibus, quomodo interpellaverunt in civitate Judæi, Marco Julio Bruto proconſule, quatenus agerent ſabbata, & omnia facerent ſecundum patrias leges, nemine penitus impediente, proconſul conceſſit. Placuitque populo propter Romanos, nullum prohiberi obſervare ſabbatorum diem: imo concedere eis omnia facere, ſecundum Judaicas ſuas leges.

Ita habes, mi lector, non Joſephum, præclara & juſta Romanorum in variis locis decreta ſic colligentem, ut inde cognoſci queat mos eorum agendi in provinciis, ſi quid ſine exceptione vellent illic admitti & peragi; atque unde ſimul veritas ipſarum rerum ita pellucet, ut mereatur fidem & oſtendat Judæos illum titulum Romani civis affectantes; ſed profecto aliquem multiplicem ſonum velut bovis mugientis a capite ad ipſam calcem. Quid enim iſtam interpretationem perlegens ſolatii experiris, dum vel in Romano tempore vel in hac parte hiſtoriæ proficere cupiens illuc te confers? Et eſt tamen hoc ſplendidiſſimum tempus, quo ipſius DEI nomen ab Judæa ſic paulatim tenebroſis idolorum ineptiis immixtum intra eadem mœnia audiri cœpit, quæ modo nihil niſi *μάταιον* complectebantur; & Romani licet tunc perditiſſimi, illi tamen fuerunt, qui ſuis mandatis illum DEUM & cultum ejus, quo nihil mirabilius, propugnaverunt. Inprimis autem manifeſte declaratur aut ignorantia aut malignitas interpretis, qui quum tot ſpeciatim ex Romano more nomina proferrentur, ea conſulto obſcurare voluit ponendo *reliquo ſenatu*, quod ibi nequit intelligi. Et tamen poſtea ne tantillum quidem admonere voluit; plane ut in decreto peregre facto, ubi nomina conſulum Lentuli & Marcelli adſcribuntur, vides addi *præſente ſenatu* vice tot nominum. Non mens ſenatuſconſulti bene percepta aut expreſſa, ut ad ſingulas civitates referantur, quæ proprie includebantur urbi Romæ. Sic Balbum vicarium, ſic Fannium tribunum plebis, ſic Antonium ærarium, ſic adtitulationem judicum, ſic Kalendas Julias circumfert Lentulus conſul, plane obnubilante ipſo ſermone, cur toties nominetur Lentulus & decretum ejus iteretur. Quam mendax finis decreti Laodicenſium, qui velint poſtulentque ut ipſis ſcribat Rabillius? Hic cernis Mercurii filium, negotia in Trallibus, Marcum Julium Brutum proconſulem, & talia infinita; quæ tamen omnia augentur in editione antecedente Veneta anni MCCCCXCIX. die XXIII. Octobris per Albertinum Vercellenſem, ubi rubricæ dicuntur ſi non antiquitatum, certe belli Judaici factæ per magiſtrum Franciſcum Macærata ordinis minorum, & in qua Hieronymus Squarzaficus ſcribit libros Joſephi a Rufino in linguam Latinam tranſlatos. Ibi longe graviora monſtra deprehendes.

Quæ quum ita comparata ſunt, tamen licet ex his tantis ſordibus aliquid proficere. Nam per hæc confirmatur in principio nomen Rutilii, ut in Græco illud adſcriptum ex alio MS. credi debeat: hinc Doſitheus Cleopatridæ filius, ubi in Græco erat tumultus: hinc dum ſcribit *& dimiſit duodecimo &c.* quaſi pag. 710. v 7. in ſuo MS. inveniſſet *καὶ ἀπέλυτε*: hinc ibid. v. 24. Σωπατῷ Latine dicitur *Soſipater*, quaſi idem nomen foret, quod in pag. 711. v. 42. Immo perquam notabile in decreto Pergamenorum quum id dicitur factum *ſub judice Cratippo*, ut prorſus quoque obvia iſti interpreti fuerint in MS. *ἐπὶ Πρυτανεως Κρατίππυ*, quæ ſane exſtant etiam in MS. Lugdunenſi, ſed non in recto verborum & verſiculi ordine, ſed tantum adpoſita in margine, unde non ſuſtinui pro mere legitimis inferre, quum tamen nunc hæc interpretatio plane iſtud exigat. Mox notabilis ille *Lucius Peticus*, quaſi aliquem Sulpicium innuiſſet Joſephus, cujus familia habuit iſtud cognomen. Prima autem editio exhibet plane *Halicarnaſeorum*. GRON. Proculdubio legendum, Ἀθισηελῶν ϛ'. vel Ἀθισηελῶν ϛ'. prout monuit *Gronov.* qui ex contextu hujus Decreti nonnulla excidiſſe ſuſpicatur, non tantum quia poſt ἔδοξε τῷ δήμῳ ſequitur (hac ead. §.) in *MSS.* δεδόχθαι, ſed etiam quia (in iiſdem *MSS.*) in fine dicitur (hac §.) τῷδε τῷ ζημιώματι, cum nulla ζημιώματ facta ſit mentio in decreto.

l Συμμαχίας] *MSS.* υμμαχίας.

m Σωτελῶν] Σωτελῶν αὐτοῖς in *MSS.*

n Ιερϖοιΐαι] *MSS.* ιερϖοιΐαι.

o Δέδοχ) ἡμῖν Ιϖδαίων τὺς βυλομένυς] Ita (infr. §. 24.) reſcripſi pro δεδόχθαι, quod habent *MSS.*

p Ανδρας τε κ γυναῖκας] *MSS.* ἄνδρας τε γυναίκας, & ſuper ſcr. as.

q Ὅδε τῷ ζημιώματι] Ὅδε lego, ſenſu id poſtulante, pro τῷδε, quod exhibent *MSS.* Vide *Annot.* ad ſuperiora hac ead. §.

r Εἰσηγησαμένων.] *MSS.* ἐσηγησαμένων.

s Δοθῇ τε] Ita lego. ἐδόθη τε in *MSS.*

"πατρίας ἀρχὰς καὶ θυσίας τῷ Θεῷ· δέδοκ) οὖν τῇ "βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ συγκεχωρῆσθαι αὐτοῖς, [t] συνερχο- "μένοις ἐν τῇ [v] προσηκούσαις ἡμέραις, πράσσειν τὰ "ἐξ τὰς αὐτῶν νόμους, ἀφορισθῆναι δ' αὐτοῖς ὑπὸ τῶν "ὑπὸ τῆ [x] στρατηγῶν εἰς οἰκοδομίαν καὶ οἴκησιν αὐτῶν, ὃν "ἂν καταλάβωσι πρὸς τοῦτ' ἐπιτήδειον, ὅπως τε τοῖς τῆς "πόλεως ἀγορανόμοις ἐπιμελὲς ᾖ καὶ τὰ ἐκείνοις πρὸς προ- "φορὰν ἐπιτήδεια ποιεῖν εἰσάγεσθαι.

κε'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΕΦΕΣΙΩΝ. Ἐπὶ Πρυτανέως Μίνω- "φίλου, [y] μηνὸς Ἀρτεμισίου τῇ πρώτῃ, ἐδόξε τῷ δή- "μῳ. Νικάνωρ Εὐφήμου εἶπεν, εἰσηγησαμένων τῶν στρατη- "γῶν. Ἐπεὶ ἐντυχόντων τῶν ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίων Μάρκῳ "Ἰουλίῳ Πομπηίου υἱῷ Βρούτου ἀνθυπάτῳ, ὅπως ἄγωσι τὰ "Σάββατα, καὶ πάντα ποιῶσι κατὰ τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη, "μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γινομένου, ὁ στρατηγὸς συνεχώ- "ρησε· [z] δέδοκ) τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, περὶ πράγματος "Ρωμαίοις ἀνήκοντος, μηδένα κωλύεσθαι φυλάττειν "τὴν τῶν Σαββάτων ἡμέραν, μηδὲ πράσσεσθαι ζημίωσιν, "ἐπιτετράφθω δ' αὐτοῖς πάντα ποιεῖν κατὰ τοὺς ἰδίους αὐ- "τῶν νόμους.

κς'. Πολλὰ [a] μὲν οὖν ἐστι καὶ ἄλλα [b] τῇ συγκλήτῳ ποιαῦτα καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι Ρωμαίων δόγματα πρὸς Τρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν γεγραμμένα, καὶ πόλεσι ψη- φίσματα, καὶ γράμματα πρὸς τὰς [c] περὶ τῶν ἡμετέρων δικαίων ἐπιστολὰς ἀντιπεφωνημένα τοῖς ἡγεμόσι. περὶ ὧν ἁπάντων ἐξ ὧν [d] παρεθέμεθα πιστεύειν τοῖς [e] ἀνα- γινωσκομένοις δ' βασκάνως ἡμῶν τὴν συγγραφὴν πάρεσιν. ἐπεὶ γὰρ ἐναργῆ καὶ βλεπόμενα τεκμήρια παρεχόμεθα τῆς πρὸς Ρωμαίους ἡμῖν φιλίας γεγομένης, ἐπιδεικνῦσι αὐ- τὰ χαλκαῖς στήλαις καὶ δέλτοις ἐν τῷ Καπετωλίῳ μέχρι νῦν διαμένουσι καὶ διαμενοῦσι, τὴν μὲν πάντων παθημάτων, ὡς περιπλέω τι ἅμα καὶ ἀπιστῆ, παρητη- σάμην. ἑκάστου δ' ἔτους ἠνησάμην σκαιὸν, ὃς ἐχὶ περὶ τῆς Ρωμαίων ἡμῖν πιστώσῃ φιλίας, ὅτι πιστὴν καὶ διὰ πλειόνων ἐπεδείξαντο πρὸς ἡμᾶς δογμάτων, καὶ ἡμᾶς ἐχ ὑπολήψεται περὶ ὧν εἶναι φαμεν ἀληθεύειν ἐξ ὧν ἐπιδείξαμεν. τὴν μὲν οὖν πρὸς Ρωμαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν, κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς γενομένην, δεδη- λώκαμεν.

"liceat patrias preces & ſacra Deo facere; placuit "igitur ſenatui & populo, ut illis conceſſum ſit "diebus præſtitutis convenire, & perfungi omni- "bus prout leges poſtulant, inſuper ut locus etiam "illis ſeparetur à prætoribus ad ædificandum eiſ- "que habitandum, quem ad id accommodatum "exiſtimaverint, utque ædilibus urbanis curæ ſit, "etiam illa importare quæ ad victum ipſis idonea "habeantur.

25. "DECRETUM EPHESIORUM. Pry- *Decretum Epheſiorum.* "tane Menophilo, die primo menſis Artemiſii, "placitum eſt populo. Nicanor Euphemi filius "dixit, relatione à prætoribus facta. Quoniam "Judæis qui in urbe ſunt, Marco Julio Pompejo "Bruti filio proconſule compellato, ut liceret illis "Sabbata obſervare, & omnia facere ex patriis "eorum inſtitutis, nemine eos quidquam impe- "diente, hoc ipſum prætor conceſſit; placuit ſe- "natui & populo, præſertim cum res ad Roma- "nos pertineat, neminem prohiberi à die Sabba- "torum celebrando, neque mulctam exigendam "eſſe, ſed illis poteſtatem datum iri omnia ex pro- "priis ipſorum legibus faciendi.

26. Et multa quidem exſtant & alia hujuſmodi decreta à ſenatu & imperatoribus facta, in gratiam Hyrcani gentiſque noſtræ; necnon civitatum ſcripſiſmata, & prætorum reſcripta ad literas de juribus noſtris *miſſas*. De quibus omnibus, ex iis quæ exhibuimus licet illis perſuaſiſſimum habere, qui noſtra hæc ſcripta candide lecturi ſunt. Quoniam enim clara & manifeſta noſtræ cum populo Romano amicitiæ dedimus argumenta, indicatis æreis columnis & tabulis in Capitolio etiamnum durantibus & duraturis, univerſis hìc loci apponendis, ut qui id ſupervacaneum duximus ſimul & *legentibus* injucundum, ſuperſedimus. Quippe neminem adeo perverſum *fore* credidimus, ut de amicitia noſtra cum Romanis inita, nobis non habiturus ſit fidem, præſertim cum decretis pluribus noſtrûm in gratiam factis id palam fecerint; quin potius ex iis quæ demonſtravimus, nos id quod verum eſt dicere, animo præſumet. Atque ita quidem amicitiam & ſocietatem, quæ Romanis nobiſcum interceſſit, declaravimus. *Alia decreta non affert, utpote ſupervacaneum putans.*

ΚΕΦ. ιά'.

Ὡς Σέξτον ὑπὸ Βάσσου δολοφονηθέντα διαδέχεται Μάρκος, ὅτι τε ὑπὸ Καίσαρος ἰανουαρίου Κάσσιος εἰς Συρίαν ἀφικνεῖται καὶ Ἰουδαίαν σκάπτουσι· καὶ ὡς Μάλιχος Αν- τίπατρον ἀνεῖλε καὶ ὑπὸ Ἡρώδου ἀναιρεῖται.

CAP. XI.

Quomodo Sexto à Baſſo inſidiis perempto ſuccedit Marcus, & poſt Cæſaris mortem in Syriam venit Caſſius & Judæam afflixit: utque Malichus Antipatrum interfecit, & ipſe ab Herode interficitur.

Συνέβη δ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν, παραχθῆναι τὰ κατὰ τὴν Συρίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. [f] Βάσσος [g] Κεκίλιος, εἷς τῶν τὰ Πομπηίου φρονούντων, ἐπιβουλῇ συν- θεὶς ἐπὶ Σέξτον Καίσαρα, κλεινῷ μὲν ἐκεῖνον, αὐτὸς δὲ, τὸ στράτευμα αὐτοῦ παραλαβών, ἐπέστη τῷ πραγμά- των. [h] πόλεμός τε μέγας [i] περὶ Ἀπάμειαν συνέστη, τοῦ Καί- σαρος στρατηγῶν ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντων μετ' ἰσχυρῶν καὶ πε- ζῆς δυνάμεως. τύχαις δὲ καὶ Ἀντιπάτρου συμμαχίαν ἔπεμ- ψε [k] μετὰ τῶν παίδων, κατὰ μνήμην ὧν [l] εὐεργετήθησαν ὑπὸ Καίσαρος· καὶ διὰ τοῦτο τιμωρεῖν αὐτῷ καὶ δίκαιον παρὰ τοῦ

Accidit autem per idem tempus ut tumultuatum eſſet in Syria, ob hujuſmodi cauſam. Baſſus Cecilius, unus è Pompejanis, ſtructis inſidiis Sextum Cæſarem, illum quidem interfecit, ipſe vero, accepto ejus exercitu, rerum potiebatur. Hinc etiam grave bellum apud Apamiam conflatum eſt, Cæſaris ducibus eum cum equitatu & peditatu adortis. Quin & Antipater iis ſubſidium miſit cum filiis, memor beneficiorum in ipſos à Cæſare collatorum; & idcirco juſtum eſſe exiſtimans & ipſum vindicare & pœnas ab *Sexto Cæſare ex inſidiis occiſo Baſſus Cecilius rerum potitur.*

---

[t] Συνερχομένοις] *MSS.* συνερχωμένοις.
[v] Προσηκούσαις] *MSS.* προσηκουσέμαις.
[x] Στρατηγῶν.] *MSS.* στρητηγῶν.
[y] Μίνως] *MSS.* μινὸς.
[z] Δέδοκ) τῇ βουλῇ] Iterum δέδοκ) repoſui pro δεδόχθαι, quod exſtat in *MSS.* & ἐπιτραφθῶ (mox infer.) mutavi in ἐπιτετράφθω.
[a] Μὲν οὖν] Illud μὲ è *MSS. Voſſ.*
[b] Τῇ συγκλήτῳ] Παρὰ τῇ συγκλήτῳ legendum cenſet Cl. *Louthius* & mox τοῖς τῶν ἰδ. δικαίων. proculdubio rectius, quam ut ſubintelligantur præpoſitiones.
[c] Περὶ] Hæc vox inſerta eſt ex *Lugd. Bat.* HAV.
[d] Παρεθέμεθα πιστεύειν] Ita ex *Epiphanio* legendum eſſe cenſui. παρεθέμεθα in *Editis.* (παρετιθέμεθα *Lugd. Bat.*) παρατεθειμένα *Vat.* & *Gall.*
[e] Ἀναγινωσκομένοις δ' βασκάνως] Tranſponuntur in *Lugd. Bat.*
[f] Βάσσος Κεκίλιος,] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 10. §. 10. SPANH.
[g] Κεκίλιος.] *Al.* Καικίλιος.
[h] Πόλεμός τε μέγας περὶ Ἀπάμειαν συνέστη,] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 10. §. 10. ſeq. SPANH.
[i] Περὶ Ἀπάμειαν συνέστη,] Περὶ τὴν Ἀπάμειαν *Vat.* & *Busb.* & mox (infr. poſt εὐεργετήθησαν) ὑπὸ τοῦ Καίσαρος *Busb.*
[k] Μετὰ τῶν τέκνων,] Διὰ τῶν ὑῶν *Zonar.*
[l] Εὐεργετήθησαν ὑπὸ Καίσαρος·] Εὐεργετηθείησαν *Vat.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.* εὐεργετήθη *Zonar.* juxta canonas εὐεργετήθησαν.

Marcus Sexto in imperium ſuccedit.

o Γάλλ᾽ —— θάλασσαν] Pro Αἴλι᾽ Γάλλ᾽ *Petav. Doct. Temp.* P. II. p. 291. leg. Αἴλι᾽ Λάργ᾽ è Dion. l. LIII. ubi Ælius Largus in Arabiam Felicem expeditionem duxisse dicitur. Male autem ex hoc Josephi loco *Casaub. ad Sueton. Aug. cap.* LXVI. pro Cornelio Gallo Ægypti Præfecto Aulum Gellium legendum putat. Decesserat hic enim antequam Petronius, de quo paullo antè, Ægypto præesset. SPANH.

p Εὐθιωγμένων.] Ita *Busb. Hen.* (*Coccejus*) & *Vat. Lugd. Bat.* διθυωμένων. διθυσομένων in *Editis*.

q Κατακλιμάτων·] Περικλειμάτων *Busb.* (*Coccejus*) & *Hen.* περιβλημάτων *Vat.* περικλημάτων *L. B.*

r Ἔχειν πεμπόλυς ἄνδρας] Εἶχε *Vat.*

s Κατὰ μέτρα] Κατὰ τὰ μέτρα *Hen.* κ᾽ μέτρα πρυσηγέρθαι τὰς οἰκίας, τ μὲ Καίσαρ᾽ παλῶν, τ ἢ Αγρίππα. πρ. *Busb.* κ᾽ τὰ μέτρα *L. B.*

t Ἐκέκλητο.] Κέκληθ᾽ *Hen & Vat.*

v Ὑπολογισμὸν ποιύμεν᾽.] Ὑπόλογον ποιύμε᾽ juxta *Demosthenem.*

x Σίμων —— νομιζομένων.] Conf. *alibi.* lib. I. c. 30. §. 7. & *Antt.* lib. 17. c. 1. §. 2. SPANH.

y Απ᾽ ἐξυσίας χρώμε᾽.] Επ᾽ ἐξυσίας *Hen.*

z Τῆς ἀρχῆς ἐκπεσόντος] Ita *Hen. Lugd. Bat.* & *Busb.* τὴν ἀρχὴν in *ceteris*.

a Ἐπίκλης κολωνὸς,] Ἐπικεῖται *Hen.* & *Vat*

b Καὶ πολλόνων ἀναλωμάτων] Ita *Busb.* & *Vat.* ἐκ μακρᾶ ἢ κ᾽ πολλῶν ἀναλ. in *Editis Aliisque.*

arce ſubjectis domibus imminente.

Herodis mores.

5. Cum autem omnia quæ ſperaverat bene ei cecidiſſent, ne minima quidem tenebatur ſuſpicione de ullo in regno ſuo motu, ut qui ſubditos utrinque ad obſequium adſtrictos haberet, & timore, quod nemini ſupplicium remittebat, & cura ſua, quod dum premerentur calamitatibus ſeſe magnificum oſtenderit. Veruntamen foris ſecuritatem quæſivit, quaſi in ſui munimentum contra ſubditos hoc faceret. nam in civitates comis erat & humanus, & dynaſtas ex occaſione colebat, quorum ſingulos muneribus proſequebatur, majoribus non omiſſis beneficiis, ut qui ad regnum accommodate natura magnificus eſſet; ita ut ſua omnia undique incrementa caperent ex proſpero rerum ſucceſſu. Atqui ex hac magnificentia, ſtudioque demerendi Cæſarem & Romanorum potentiſſimos, cogebatur à receptis moribus decedere & patria inſtituta violare, dum & urbes ambitioſa ſui oſtentatione conderet & templa erigeret, non hæc quidem in Judæa, nam *Judæi* nunquam tuliſſent, cum nobis interdictum ſit ſtatuas & ſimulachra Græcorum more colere, ſed alias regiones & urbes *ita* inſtruxit & ornavit, Judæis ſemet quidem purgans, quod non ſuapte ſponte ſed ex juſſu & mandatis hæc faceret, à Cæſare vero & Romanis gratiam iniens, quaſi non adeo patriis moribus ac illorum honori ſtuderet; dum tamen ipſe in ſumma ſuæ utilitatis rationem habuit, operamve dedit ut illuſtriora ſui dominatus monumenta poſteris relinqueret. Quo factum eſt ut in animum induxerit urbes inſtaurare, & in eum finem immanes profuderit ſumptus.

XIII. *Cæſareæ conſtructio.*

6. Cumque animadvertiſſet in ora maritima locum urbi *condendæ* aptiſſimum, olim Stratonis turrim appellatum, ad formam ejus magnifice deſcribendam aggreſſus eſt, & ædificia ejus univerſa dilapſa non tenui opera excitando, ſed è candido lapide, tamque regiis ſumptuoſiſſimis eam exornando quam ædibus ad cives excipiendos; &, quod omnium erat maximum & operoſiſſimum, portu quam tutiſſimo, magnitudine Piræco pari, in quo naves commode ſtationem haberent & ſubducerentur, eoque magis ſtructura viſendo, quod locus ipſe nihil ſuppeditaret ad opus adeo magnificum accommodatum, ſed materia aliunde advecta & immenſis ſumptibus omnia perfecta eſſent & abſoluta. Sita quidem eſt hæc urbs in Phœnice, qua in Ægyptum præternavigatur, Dora inter & Joppen. Iſtæ autem urbeculæ maritimæ ſunt, importuoſæ ob vehementes Africi flatus, qui, arenas è mari in litus provolventes, nullam ſtationem quietam eſſe patiuntur, ita ut plerunque mercatores jactis ancoris in ſalo morari neceſſe habeant. Cum autem in eo eſſet ut hanc regionis incom-

Cæſareæ ſitus.

[c] Ἔχουσα τὴν ἄλλης οἰκήσεως.

ε'. Πάντων ἢ αὐτῷ προκεχωρηκότων εἰς δέον ὧν ἐλπίζῃ, τὰς μὲν ἐν αὐτῇ τῇ βασιλείᾳ παραχὰς ἀσ[illegible] ὁπόσων δ' ὑπονοίας εἶχεν, ἑκατέρωθεν ὑπηκόους [d] παρασκευασάμενος, φόβῳ μὲν ὧν ἀπαραίτητῳ εἰς τὰς πηρωρίας, τὴν ὑπιμέλειαν ἢ μεγαλόψυχος ἐν τῷ πεπείσθαι εὑρίσκετο. προσεβάλλετο ἢ τὴν [c] ἔξωθεν ἀσφάλειαν, ὥσπερ ὑπτέρισμα [f] αὐτῷ καὶ τοῖς ἐρχομένοις τῶν πιστῶν. πόλεσι μὲν γὰρ ὡμίλει δεξιῶς ἐς φιλανθρώπως, καὶ τὰς δωρεὰς ἐτεραπόδυεν [g] ἐν εὐκαιρίαις, ὧν [h] ἑκάστοις ἐδωρεῖτο, μείζους τὰς χάριτας ἐμποιῶν, καὶ τὸ μεγαλόψυχον φύσει πρὸς τὴν βασιλείαν εὐπρεπῶς ἔχων· ὡς αὐτῷ πάντα ἀφ' πάντων αὔξεσθαι πρὸς τὸ πλέον ἀεὶ προχωροῦντων. ὑπὸ ἢ τὸ εἰς τὸν φιλοτιμίας ἐς τὸ ἐτεραπίας, ἵν' ἐτεραπόδυε Καίσαρα ἐς Ρωμαίων τοὺς πλεῖστον δυναμένους, ἐκβαίνῃ τῶν [i] ἐθῶν ἠναγκάζετο, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων παραχαράττειν, πόλεις τε κτίζων ὑπὸ φιλοτιμίας καὶ ναοὺς ἐγείρων, οὐκ ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων, οὐδὲ γὰρ ἂν ἠνείχοντο, τοιούτων ἀπηγορευμένων ἡμῖν, [k] ὡς ἀγάλματα ἐς τύπους μεμορφωμένους πρὸς τὸ Ἑλληνικὸν τρόπον, τὴν δ' ἔξω χώραν καὶ τὰς πόλεις ἔτως κατεσκεύαζετο, [l] Ἰουδαίοις μὲν ἀπολογούμενος, μὴ καθ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐξ ἐντολῆς ἐς προσταγμάτων τοῦτο ποιεῖν, Καίσαρι ἢ καὶ Ρωμαίοις, [m] τὸ μηδὲν τῶν οἰκείων ἐθῶν ὅσον τὸ ἐκείνων τιμῆς ἕνεκα χαριζόμενος, αὐτὸς μέντοι τὸ σύμπαν αὐτῶν σπουδάζομενος, ἢ ἐς φιλοτιμούμενος μείζω τὰ μνημεῖα τῆς δοκῆς τοῖς αὐθις [n] ὑπολείπεσθαι. [o] ὅθεν ἐς πρὸς τὰς ὑπερβολὰς τῶν πόλεων ἐκεκίνητο, καὶ πλείστας εἰς τοῦτο δαπάνας ἐποιεῖτο.

ς'. [p] Καισαρίαν ἢ καὶ πρὸς τῇ θαλάττῃ χωρίον ἐπιτηδειότατον δέξασθαι πόλιν, ὃ πάλαι Στράτωνος καλεῖτο πύργος, τῇ τε λαμπρᾷ μεγαλοπρεπῶς [q] ἐπεβάλετο, καὶ τοῖς οἰκοδομήμασιν ἀνισὰς ἅπασαν ὁ παρέργως, ἀλλ' ἐκ λαμπρᾶς πέτρας, καὶ διακοσμῶν βασιλείοις τε πολυτελεστάτοις καὶ διαίταις πολιτικαῖς, τὸ ἢ μέγιστον καὶ πλείστων ἐργασίαν παρέχον, ἀκλύστῳ λιμένι, [r] μέγεθος μὲν κατὰ τὴν Πειραϊᾶ, καταγωγὰς δ' ἔνδον ἔχοντι καὶ δευτέρας [s] ὑφόρμους, τῇ ἢ δομήσει παρέλειπον, ὅτι μηδ' ἐκ τόπου τὴν ὑπιτηδειότητα τῆς μεγαλουργίας εἶχεν, [t] ἀλλ' ἐπφύκτοις καὶ πολλαῖς ἐξεπλεισθη ταῖς δαπάναις. κεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλις ἐν τῇ Φοινίκῃ, [v] κατὰ τὸν εἰς Αἴγυπτον παράπλουν, Ἰόππης μεταξὺ ἐς Δώρων. πολισμάτια [x] ταῦτ' ἐστὶ παράλια, δύσορμα διὰ τὰς κατὰ λίβα προσβολὰς, [y] αἱ, τὰς ἐκ τοῦ πόντου θῖνας ὑπὸ τῶν ἰόνα σύρουσαι, καταγωγὴν οὐ μείλιχον διδόασιν, ἀλλ' ἔστιν ἀναγκαῖον ὑποσαλεύειν τὰ πολλὰ τοὺς ἐμπόρους ἐπ' ἀγκύρας. [z] τοῦτο τὸ δυσθετοῦν τῆς χώρας διορθούμενος, [a] καὶ περιέχαψε

[c] Ἔχουσα τὴν ἄλλης οἰκήσεως.] Eſt perplexa conſtructio & σολοικοφανὴς. quam ſi quis omnino retinendam eſſe duxerit, utpote quod eam habeant *MSS.* vox πόλις ſubintelligenda videtur. Verum σολοικοφανία tollitur, ἔχοντα legendo.

[d] Παρασκευασάμενος,] Παρασκευάσατο *Hen. Lugd. Bat. Busb.* & *Vat.*

[e] Ἐξωθεν ἀσφάλειαν,] Illud ἔξωθεν è *Cod. Busb. Lugd. Bat. Hen. Epiphan.* & *Zonar.*

[f] Αὐτῷ καὶ τοῖς ἀρχομένοις τοῦτο ποιούμενος.] *L. B.* tranſpoſita oratione, τοῦτο τοῖς ἀρχ. αὐτῷ ποιούμενος.

[g] Ἐν εὐκαιρίαις,] Vocula ἐν deeſt *Busb.* & *Hen.*

[h] Ἑκάστοις ἐδωρεῖτο,] Ἑκάστης *Hen.*

[i] Ἐθῶν ἠναγκάζετο] Sic *Busb.* (& *Coccejus*) ἐθιῶν *Hen.* proculdubio mendoſe pro ἐθῶν. in *Editis Aliiſque* ἠθῶν.

[k] Ὡς —— τρόπον,] Conf. *Ἀλωσ.* lib. 1. c. 33. §. 2. SPANH.

[l] Ἰουδαίοις —— ἐποιεῖτο.] Ἰουδαίοις μὲν &c. uſque ad finem ſectionis ἐποιεῖτο, non explicantur à *Ruffino.* SPANH.

[m] Τὸ μηδὲν τῶν οἰκείων] Τῷ μηδὲν *Hen.*

[n] Ὑπολείπεσθαι.] In *Marg. L. B.* ὑπολιπεσθαι.

[o] Ὅθεν —— ἐκεκίνητο,] Conf. infr. lib. 19. c. 7. §. 3. SPANH.

[p] Καισαρίαν ἢ καὶ] Ita *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* quo fere modo in lib. 2. *de Bello Jud.* καισαρίων ἢ πρὸς τ. in *Editis.* HUDS. De Cæſarea exſtructa infra lib. XVI. c 5. §. 1. & *Harduin. de Num. Herod.* p. 28. Hinc *Joſ. Scaliger Prolegom. in Euſeb.* meritò redarguit id, quod dicitur in *Juſtiniani Novell.* CIII. Veſpaſianum Stratonis Turrim CAESAREAM à ſe vocâſſe, quia is in partibus Palæſtinæ Cæſar fuit ſalutatus &c. Sed impoſuit Triboniano Colonia deducta in eam Urbem à Veſpaſiano non Patre, ſed Tito, cujus Nummus habet ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. *In Nummis*: AUG. CAESAREA SPANH.

[q] Ἐπιβάλετο,] Ἐπεβάλετο *Busb.* & *Hen.*

[r] Μεγεθος μὲν κατὰ τὴν Πειραϊᾶ] Conf. *Ἀλωσ.* lib. 1. c. 21. §. 5. SPANH.

[s] Ὑφόρμους,] Λιμένα ἐς λιμένι vocat Strabo, ubi de Tyro. REL. Innuit forte locum Strabonis, qui exſtat p 757. ubi urbs illa ſimiliter dicitur habere δυὸ λιμένας. HAV.

[t] Ἀλλ' —— δαπάνας.] Conf. infr. lib. 19. c. 7. §. 3. SPANH.

[v] Κεῖται —— Δώρων.] Conf. *Ἀλωσ.* lib. 1. c. 21. §. 5. Cæſarea inter Dora & Joppen, in Phœnice hic dicitur ſita, ab aliis in Palæſtina. *Flavia* eadem in Nummis dicta à Flaviorum temporibus. Hoc de Cæſareæ ſitu à Joſepho adſcriptum redarguit Harduin. de Num. Herod. p. 28. SPANH.

[x] Ταῦτ' ἐστὶ παράλια,] Ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολίσματα *Busb.*

[y] Αἱ, τὰς ἐκ τοῦ πόντου] Αἱ ἀεὶ τὰς *Busb.*

[z] Τοῦτο τὸ δυσθετοῦν] Ita cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* τοῦτό τι δύσθετον in *cæteris.*

[a] Καὶ περιέχαψε τὸν κύκλον] Περιεχάραξε *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* quo admiſſo mox puto legendum (prout in lib. 1. de *Bello*

χραψε τὸν κύκλον τοῦ λιμένος ἐφ' ὅσον ἱκανὸν αὔταρκες πρὸς τὴν χέρσῳ μεγάλοις στόλοις ἐνορμεῖσθαι, λίθους ὑπερμεγέθεις καθιεὶς τὸ βάθος εἰς ὀργυιὰς εἴκοσιν, [b] οἱ πλείους πεντήκοντα ποδῶν ἦσαν τὸ μῆκος, καὶ [c] πλάτος οὐκ ἔλαττον δεκαοκτὼ, [d] τὸ βάθος ἦν ἐννέα, τούτων οἱ μὲν μείζους οἱ ἦ ἐλάττους. ἡ ἦ ἐνδόμησις ὅσῳ ἐπεβάλετο χεῖ τὴ θαλάττης εἰς ὀγδοήκοντα [e] πόδας. τούτων τὸ μὲν ἥμισυ προβέβληκε τῆ [f] κυμαγωγίας ὡς ἀπομάχεσθαι πρὸς κλυδωνιζόμενον ἐκεῖ τὸ κλύδωνα, [g] προκυμάτια γοῦν ἐκαλεῖτο· τὸ ἦ λοιπὸν πρὸς τείχει λίθινον πύργοις διειλημμένον, ὧν ὁ μέγιστος [h] Δρούσου ὀνομάζεται, πάνυ καλόν τι χρῆμα, τῷ περιοχῇ εἰληφὼς ἀπὸ Δρούσου τοῦ Καίσαρος προγόνου, τελευτήσαντος νέου. ψαλίδες ἦσαν ἐνεπεπήγεσαν συνεχεῖς, καταγωγαὶ τοῖς ναυτίλοις· τὸ ἦ [i] περὶ αὐτῶν ἀπόβασις [k] πλατεῖ κύκλῳ πρὸς ἐστεφάνωκε τὸ πάντα λιμένα, πρόπατος τοῖς θέλουσιν ἥδιστος. ὁ ἦ εἴσπλους καὶ τὸ στόμα πεποίηται πρὸς βορρᾶν, [l] ὡς ἀνέμων αἰθριώτατος. βάσις ἦ ἐστὶ πρόβολος παντὸς, ἐν ἀριστερᾷ μὲν εἰσπλεόντων, πύργος [m] προκείμενος ὅτι πολὺ στερρῶς ἀντέχειν· καὶ δεξιὰν δὲ δύο λίθοι μεγάλοι, καὶ ἐστὶ [n] καὶ θατέρα πύργος μείζους, ὀρθοὶ δὲ καὶ συνεζευγμένοι. [o] πρόκεινται δ' ἐν κύκλῳ τὸ λιμένα, λειοτάτῃ λίθῳ καταστρωθῆ, συνεχεῖς οἰκήσεις, κἀν τῷ μέσῳ κολωνός τις, ἐφ' ᾧ νεὼς Καίσαρος ἄποπτος τοῖς εἰσπλέουσιν, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ρώμης, τὸ δὲ Καίσαρος, ἥτις πόλις αὐτὴ Καισάρεια καλεῖται, [p] καλῆς τε ὕλης ἐπὶ κατασκευῆς πεπυκνωμένα. τὰ δ' [r] ὑπ' αὐτῷ, ὑπόνομοί τε καὶ λαῦραι πραγματείαν οὐκ ἐλάττω τῶν ὑπερῳκοδομημένων ἔχουσι. τούτων αἱ μὲν εἰς συμβολὰ ἀφεδρήματα φέρουσιν εἰς τὸ λιμένα καὶ τὸν θάλατταν· μία δὲ ἐγκαρσία πάσας ὑποζώννυσιν, ὡς τάς τε ὄμβρους εὐμαρῶς καὶ τὰ λύματα τῶν οἰκητόρων συνεκδιδοῦσαν, τῷ τε θαλάττῃ, ὅταν ἔξωθεν ἐπιβρήσσῃ ἄρρεῖν, καὶ τῷ σύμπασαν ὑποκλύζειν πόλιν. [s] κατεσκεύασε δ' αὐτῇ καὶ θέατρον ἐκ πέτρας, καὶ πρὸς τῷ νοτίῳ τοῦ λιμένος ὄπισθεν ἀμφιθέατρον, πολὺ ὄχλον ἀνθρώπων δέχεσθαι δυνάμενον, καὶ κείμενον εὐκαταδείως ὑποπτεύειν εἰς τὸν θάλατταν. ἡ μὲν δὴ πόλις ἔτως ἐξεπελέσθη [t] δωδεκαέτῃ χρόνῳ, καὶ τῇ ἐργασίαις οὐκ ἐγκαμόντος, καὶ τῆς δαπανας [v] ἐπαρκέσαντος τοῦ βασιλέως.

moditatem corrigeret, tantum in circuitu portus ſpatium deſcripſit quantum terram verſus magnis claſſibus recipiendis ſufficeret, immenſæ magnitudinis ſaxis in viginti ulnarum profundum demiſſis, quorum pleraque ad pedes quinquaginta longitudine, latitudine vero non minora octodecim, atque altitudine novempedali fuerunt; alia tamen hiſce majora, rurſuſque alia minora. Hæc moles, quam contra maris impetum exſtruxit, ducentorum pedum latitudine erat. horum dimidium undarum agitationi oppoſuit, ut fluctuum circumquaque alliſorum fractorumque vim repelleret, unde procymatia dicebatur; reliquum vero continebat murum lapideum, turribus diſtinctum, quarum maxima (quæ ſpecioſa admodum erat) Druſus nominabatur, appellatione deſumpta à Druſo privigno Cæſaris, qui juvenis obiit. Quin & crebri facti erant fornices, nautis diverſoria: præque fornicibus exſcenſus lato ambitu toti portui circundatus erat, locus ad inambulandum animi cauſa jucundiſſimus. Aditus autem & oſtium portûs obverſum eſt Aquiloni, ventorum placidiſſimo. Ad imum vero totius ambitus, à ſiniſtra quidem *portum* intrantibus, turris rotunda lato margini inſiſtens, ad firmius reſiſtendum *fluctibus*; à dextra vero duo magni lapides, & turri ex adverſo majores, iique recti conjunctique. Portui autem in circuitum ædes circumjacent continuata ſerie, lapide politiſſimo exſtructæ, tumulo in medio exſtante, in quo templum Cæſaris iis qui adnavigant eminus viſum, habens ſtatuas, unam quidem Romæ, alteram vero Cæſaris: atque urbs ipſa Cæſarea appellatur, tam materia quam ſtructuræ artificio conſpicua. Quod autem ad ſubterranea ſpectat, cuniculos meatuſque anguſtos, non minori opere conſtantes quam quæ ſuperſtructa erant. horum nonnulli paribus à ſe invicem intervallis ad litus & mare ferebant, unus vero tranſverſus omnes ſuccinxit: adeo ut imbres facile & incolarum purgamenta una exonerentur, & mare, æſtu foris accedente, totam etiam urbem ſubluat. Exſtruxit autem urbi & theatrum è ſaxo, & pone theatrum à meridionali portûs latere amphitheatrum erexit, quod ingentem hominum multitudinem capere potuit, loco opportuniſſimo ſitum, ut ei pateat proſpectus in mare. Atque ita quidem ea urbs perfecta eſt annis XII, cum nec operi rex ſuccubuiſſet, nec ei defuiſſet unde ſumptus faceret.

ΚΕΦ. ι'.

Ὡς Ἡρώδης αὐτοῦ παῖδας εἰς Ρώμην πέμπει· καὶ ὡς ὑπὸ Ζηνοδώρου καὶ Γαδαρέων κατηγορηθεὶς αἰτιῶν ἀπολύεται, καὶ ἑαυτῷ κτᾶται Καίσαρος εὔνοιαν. Περὶ Φαρισαίων καὶ Ἐσσηνῶν, καὶ Μαναήμου.

CAP X.

Quomodo Herodes filios Romam mittit: utque à Zenodoro & Gadarenis accuſatus abſolvitur, & Cæſaris benevolentiam ſibi conciliat. De Phariſæis & Eſſenis, & Manahemo.

ΕΠΙ τοιούτοις ἦ ὢν, καὶ τῆς Σεβαστῆς ἤδη πεπολισμένης, ἔγνω τοὺς παῖδας αὐτοῦ πέμπειν εἰς Ρώμην, Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον, [x] σωτάζομένους Καίσαρι.

HIS autem abſolutis, & Sebaſte jam ante ædificata, ſtatuit Romam filios ſuos mittere, Alexandrum & Ariſtobulum, * ut ſe Cæſari offerrent. *Herodes filios Romam mittit.*

lo Jud.) καθίζ. Quin & καὶ ante προσίγεσθαι tollendum videtur.

b Οἱ πλείους πεντήκοντα ποδῶν ἦσαν] *L. B.* πεντήκ. π. ὅσον οἱ πλείους.

c Πλάτος οὐκ ἔλαττον δεκαοκτὼ,] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

d Τὸ βάθος ἦν ἐννέα,] Εὖρος δέκα, τινὶς ἦ καὶ μείζους in lib. 1. *de Bello Jud.*

e Πόδας.] *L. B.* πόδις.

f Κυμαγωγίας] Forte κυματογωγῶς. COCC.

g Προκυμάτια] Προκυμία in lib. 1. *de Bello Jud.* προθυμία *Busb.* forſan pro προκυμία, aut προκυμάια. HUDS. Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

h Δρούσου] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

i Περὶ αὐτῶν ἀπόβασις] Ita *Busb. Hen.* & *Vat.* περὶ αὐτὸ in *Editis.*

k Πλατεῖ κύκλῳ προεστεφάνωκε] Πλατεῖα *Hen.* & *Busb.*

l Οἱ ἀνέμων αἰθριώτατοι] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 7. SPANH.

m Προκείμενος ἐπὶ πολὺ] Προεγκείμενος *Hen.* προεγκείμενος *Busb.* & *Vat.*

n Καὶ θατέρα πύργος] Ita cum *Cod. Busb.* καθ' ἑκάτερα in *Editis Aliiſque.*

o Προέκειντο δ' ἐν κύκλῳ τὸ λιμένα,] Sic *Hen.* & *Busb.* προέκειντο ἦ κύκλῳ in *cæteris.*

p Καλῆς τε ὕλης] Καλλίστης καὶ τῆς ὕλης *Busb.* Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 7. SPANH.

r Ὑπ' αὐτῷ,] *Gen.* ὑπ' αὐτῶ.

s Κατεσκεύασε —— ἀμφιθέατρον,] Hoc modo leniſſe videtur *Epiphan.* κατεσκεύασε δ' αὐτῇ καὶ θέατρον ἐκ πέτρας πρὸς τῷ νοτίῳ τοῦ λιμένος, καὶ ὄπισθεν ἀμφ.

t Δωδεκαέτῃ χρόνῳ,] Ita, accentu retracto, edidi, id quod me monuit *H. Steph.* in *Theſauro Gr.* tom. 1. p. 1294. antea erat δωδεκαετῆ. verum δωδεκαετεῖ habent *Busb. Coccejus* & *Hen.* HUDS. Scribe (inquit *Huds.* in *Add.*) δεκαετεῖ χρόνῳ. Vide ad l. 15. c. 5. HAV.

v Ἐπαρκέσαντος] *L. B.* κατεπαρκέσαντος.

* *Ut ſe Cæſari offerrent.*] *Al.* ut ſalutarent Cæſarem.

x Σωτάζομένους Καίσαρι.] Ἐντυγχανόμενους *Busb.* & *Zonar.*

Herodis filii à Pollione hospitio excipiuntur.

rent. Eò postquam pervenerunt, ad Pollionem, virum Herodis amicitiæ studiosissimum, diverterunt: eisque permissum est etiam apud Cæsarem diversari. nam & ipse eos accepit humanissime, & Herodi potestatem fecit regnum utri filiorum vellet confirmandi; eique insuper amplius regionum dedit, *videlicet* Trachonem, & Batanæam, atque Auranitidem: & dedit ob hujusmodi causam. *Erat Zenodorus quidam, qui* Lysaniæ domum conduxerat. Hic quidem non satis magnos reditus habebat; eos vero latrociniis per Trachonem exercendis augebat supplebatque. Nam ea loca incolebant desperatæ vitæ homines, qui Damascenum agrum populabantur: neque Zenodorus eos impediebat, quin & ipse prædæ particeps erat. Vicini autem, hac re vexati, adversus Varronem, qui *tum* præfectus erat, vociferabantur, & ut Cæsari de Zenodori injuriis scriberet flagitabant. Cæsar, his ad eum allatis *querelis*, rescripsit, ut ex eo tractu latrones exigerentur, isque Herodi traderetur; ut ejus cura & diligentia cautum sit, ne Trachonitæ deinceps finitimis nocerent. Nec enim eos prohibere facile erat, cum unum latrocinandi opus haberent, nec aliunde viverent: quippe quibus nec oppida, nec agrorum possessiones erant, sed tantum receptacula subterranea & speluncæ, ubi vitam cum pecoribus suis communem agerent. Sibimet autem confecerunt aquarum copiam & abunde frumenti jam ante pararunt, adeo ut possent ex occulto diu resistere. Verum aditus *ad eos* sunt angusti, ut non plures quam singuli transire possint, sed interiora incredibili sunt magnitudine, ac ita facta ut quamplurimos recipiant: atque domorum superius solum non supereminet, sed propemodum terræ æquale est. Id totum rupes est dura, & aditu difficilis nisi via incedatur qua præeat ductor; quippe non rectæ sed valde flexuosæ factæ sunt semitæ. His hominibus, si quando maleficium in finitimos committere prohibeantur, moris est ut alii alios spolient, adeo ut à nullo scelerum genere sibi temperent. Atqui Herodes, beneficio donatus à Cæsare, & in regionem peritorum ductu profectus, fecit ut à maleficiis illi abstinerent, finitimisque pacem & securitatem præstitit.

De Zenodoro & Trachonitide.

Zenodorus & Gadarenses Herodem accusatum proficiscuntur.

2. Zenodorus autem, iratus primum quod privatus esset præfectura, deinde, & quidem potissimum, quod Herodi principatum assequuto invideret, profectus est Romam ut eum accusaret. Et ille quidem re infecta reversus est. Agrippa vero missus est, ut provincias trans mare Ionium Cæsaris nomine procuraret: eumque Mitylenæ hybernantem Herodes (utpote ei amicissimus & familiarissimus) adiit, deinde Judæam repetiit. Cæterum Gadarenses quidam Herodem apud Agrippam accusatum iverunt: ac ille, eos nullo dignatus responso, regi vinctos remisit. Atque Arabes, qui jamdiu Herodis principatu dolerent, concitati erant, ac tunc ejus rebus dissidium creare conabantur, idque de causa ut tum videbatur satis probabili. Zenodorus enim, de suis rebus jam despe-

τύτοις ἀνελθοῦσι καταγωγὴ μὲν ὑπὸ [y] Πολλίωνα οἶκον, ἀνδρὸς τῶν μάλιστα σπουδασάντων πρὸς τὸν Ἡρώδην Φιλίαν. ἐφεῖτο δὲ καὶ τοῖς Καίσαρος καταίγεσθαι, καὶ γὰρ ἐδέξατο μὴ πάσης φιλανθρωπίας τοὺς παῖδας, καὶ δίδωσιν Ἡρώδῃ τὴν βασιλείαν ὅτῳ βέλτιον βεβαιοῦν τὰ ἐξ αὐτοῦ γεγονότων, καὶ χώραν ἔπι τοῖς τε [z] Τραχῶνα καὶ [a] Βατανέαν καὶ [b] Αὐρανῖτιν· ἔδωκε δὲ πρὸς τούτοις [c] αἰτίαν. [d] Ζηνόδωρός τις [e] ἐμεμίσθωτο τὴν οἴκησιν Λυσανίου. τούτῳ τε μὲν κατὰ τοὺς προσόδους οὐκ ἤρκει· λῃστήρια δὲ ἔχων ἐν τῷ Τραχῶνι, πλείω τὴν πρόσοδον ἔφερεν. οἰκοῦσι γὰρ ἄνδρες ἐξ ἀπονοίας ζῶντες τοὺς τόπους, οἳ τε Δαμασκηνῶν ἐλήιζοντο. καὶ Ζηνόδωρος οὐ μόνον ἐλήιζε, κοινωνὸς δὲ αὐτοῖς τῶν ὠφελειῶν ἐγίνετο. κακῶς δὲ πάσχοντες οἱ [f] πλησιόχωροι, [g] Οὐάρρωνος κατηγόρουν [h] τότε ἡγεμονεύοντος, καὶ γράφειν ἠξίουν Καίσαρι περὶ Ζηνοδώρου τὴν ἀδικίαν. Καίσαρος δὲ, ἀνενεχθέντων τούτων, [i] ἀνέγραφεν ἐξελεῖν τὰ λῃστήρια, τῷ δὲ χώραν Ἡρώδῃ [k] προσνέμειν, ὡς διὰ τῆς ἐπιμελείας τῆς ἐκείνου μηκέτ' ἂν ὀχληρὸν τοῖς πλησίον. ὁδὸς γὰρ ῥᾴδιον οὐδὲ ἐπιχειρεῖν αὐτοῖς, ἐν ᾗ τὸ λῃστεύειν πεπιημένοις, καὶ βίον οὐκ ἄλλοθεν ἐχομένοις. ἔστι γὰρ πόλις αὐτοῖς, ἔστι κτῆσις ἀγρῶν ὑπῆρχε, [l] ὑποφυγαὶ δὲ κατὰ τῆς γῆς καὶ σπήλαια, καὶ κοινὴ μετὰ τῶν βοσκημάτων διαιτᾶται. μεμηχάνηνται δὲ καὶ σιταγωγοὺς ὑδάτων καὶ προπαρασκευὰς σιτίων, καὶ δύνανται πλεῖστον ἐξ ἀφανοῦς ἀντέχειν. αἱ μὲν οὖν εἴσοδοι στεναὶ [m] καθ' ἕνα παρερχομένων, τὰ δ' ἔνδον ἀπίστως μεγάλα, καὶ πρὸς εὐρυχωρίαν ἐξειργασμένα· τὸ δ' ὑπὲρ τὰς οἰκήσεις ἔδαφος οὐχ ὑψηλὸν, ἀλλ' οἷον ἐξ ὑπαίθρου. πέτρα δὲ τὸ σύμπαν σκληρὰ, καὶ δύσοδος, εἰ μὴ τρίβῳ χρῷτό τις ἐξ ὁδηγίας. ὁδὸς γὰρ αὕτη κατ' ὀρθὸν, ἀλλὰ πολλὰς ἕλικας [n] ἐξελίττουσα. τούτοις ἐπιθὴ τῶν εἰς τὸν πλησίον κακουργημάτων ἐκωλύοντο, καὶ [o] κατ' ἀλλήλων ὑπὸ τῆς λῃστείας τρόπος, ὡς μηδὲν ἀνομίας ἐν τούτῳ [p] λελεῖφθαι. λαβὼν δὲ τὴν χάριν Ἡρώδης παρὰ Καίσαρος, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν χώραν, ὁδηγῶν ἐμπειρίαν, τούς τε πονηρευομένους αὐτῶν κατέπαυσε, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀσφαλῆ τὴν εἰρήνην παρέσχεν.

β'. Ὁ δὲ Ζηνόδωρος ἀχθόμενος, πρῶτον μὲν ὅτι τῆς ἐπαρχίας ἀφῃρέθη, μᾶλλον δὲ καὶ φθόνῳ τῷ δεχθῆναι Ἡρώδην μετεληφότος, ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην κατηγορήσων αὐτοῦ. κἀκεῖνος μὲν ἀπράκτως ἀνεστρέφη. πέμπεται δὲ Ἀγρίππας [q] τὴν πέραν Ἰονίου διάδοχος Καίσαρι· καὶ τούτῳ περὶ [r] Μιτυλήνην χειμάζοντι συντυχὼν Ἡρώδης, ὡς δὲ εἰς τὰ μάλιστα φίλος καὶ σπουδῆς, εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν ἀνεστρέφη. [s] Γαδαρέων δέ τινες ἐπ' Ἀγρίππαν ἦλθον κατηγοροῦντες Ἡρώδου, καὶ τούτους ἐκεῖνος, οὐδὲ λόγον αὐτοῖς δοὺς, ἀναπέμπει τῷ βασιλεῖ δεσμίους. οἵ τε Ἄραβες, καὶ πάλαι δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν Ἡρώδου, διεκεκίνηντο, καὶ σεισάζειν ἐπεχείρουν αὐτοῦ τὰ πράγματα τότε, καὶ μετ' αἰτίας ὡς ἐδόκουν εὐλογοτέρας. ὁ γὰρ Ζηνόδωρος, ἀπογινώσκων ἤδη

[y] Πολλίωνος οἶκος.] Videsis *Casaub.* adv. *Baron.* p. 90. & *Montacutium* in *Exercit.* IV. p. 158. HUDS. Asinii Pollionis, alius proinde à Pollione Pharisæo, de quo supr. lib. 14. c. 9. §. 4. item lib. 15. c. 1. §. 1. & paulo post §. 4. SPANH.

[z] Τραχῶνα] Vid. infr. §. 3. SPANH.

[a] Βαταναίαν] Βατανεάδι supr. lib. 4. c. 7. §. 4. vid. & *alios.* lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

[b] Αὐρανῖτιν·] Sic lego ex lib. 1. de *Bello Jud.* Ἀβρανῖτιν in *Editis.* Αὐρανίτιδα *Hen.* καὶ Ἀβρανῖτιν ἔδωκε διὰ τ. *Busb.* HUDS. Conf. infr. §. 2. & *alios.* lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

[c] Αἰτίαν.] *L. B.* αἰτίαν ἀδικλαιῶν, quasi delendum foret διά. HAV.

[d] Ζηνόδωρός —— Λυσανίου.] Hic forsan ille est, cujus meminit Strabo lib. 16. p. 756. Ed. *Paris.* HUDS. in *Add.* Id. de Zenodoro *alios* lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

[e] Ἐμεμίσθωτο τὴν οἴκησιν] Ἐμεμίσθωτο *Busb.*

[f] Πλησιόχωροι,] Lege πλησιόχωροι.

[g] Οὐάρρωνος κατηγόρουν τότε ἡγεμονεύοντος,] Ita cum *Casaubono* lego ex *Vet. Interpr.* antea erat Οὐάρωνος. HUDS. Conf. *alios.* lib. 1. c. 20. § 4. SPANH.

[h] Τῷ τότε ἡγεμονεύοντος,] Ita *Hen.* & *Vat.* Τραχῶνος ἡγεμ. *Busb.* Τραχῶνος ἡγεμ. in *Editis.*

[i] Ἀνέγραφεν ἐξελεῖν] Ἀντέγραφεν *Busb.* & *Hen.*

[k] Προσνέμειν,] Προστίνειμεν *Busb.*

[l] Ὑποφυγαὶ] Ita ex *L. B.* posuimus. *Vulgati* & *Alii* φυγαὶ. HAV.

[m] Καθ' ἕνα] Illud καὶ è *Cod. Hen.*

[n] Ἐξελίττουσα.] Ἐξαλλάττουσα solus *Vat.*

[o] Καὶ κατ' ἀλλήλων] Ita *Hen.* καταλλήλων absque καὶ in *cæteris.*

[p] Λελεῖφθαι.] Ita *Hen.* (*Coccejus*) & *Gall.* λειῶσθαι in *cæteris.*

[q] Τὴν πέραν Ἰονίου διάδοχος] Trans Ionium *Rufin.* SPANH.

[r] Μιτυλήνῃ] Μυτιλ. ex Nummis. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. SPANH.

[s] Γαδαρέων] Mox §. 3. Γαδαρηνοὶ· Nummi ΓΑΔΑΡΕΩΝ seu ΓΑΔΑΡΩΝ. SPANH.

ἤδη τῶν κατ' αὐτὸν, ἔφθη τῆς ἐπαρχίας μέρος τὶ τῷ [t] Αὐρανίτιν αὐτοῖς ἀποδόσθαι πεντήκοντα. ταύτης ἐμπεριεχομένης τῇ δωρεᾷ Καίσαρος, ὡς μὴ δικαίως ἀφαιρούμενοι, διημφισβήτουν, πολλάκις μὲν τοῖς καταδρομαῖς, καὶ τῷ βιάζεσθαι θέλειν, ἄλλοτε δὲ καὶ πρὸς δικαιολογίαν ἰόντες. ἀνέπτων δὲ καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν στρατιωτῶν, καὶ δυσμενεῖς ἦσαν, [v] ἐλπίζοντες ἀεὶ καὶ πρὸς τὸν νεωτερισμὸν ἐνδιδόντες, ᾧ μάλιστα χαίρουσιν οἱ κακῶς πράττοντες τῷ βίῳ. ταῦτα δὲ μακρὰ γινώσκων Ηρώδης, ὅμως οὐκ εἰς τὸ δυσμενὲς, ἀλλ' ἐξ ἐπιλογισμοῦ παρηγόρει, τοῖς παρακαιροῦ ἀξιῶν ἀφορμὰς ἐνδιδόναι.

γ'. Ηδη δὲ [x] αὐτοῦ [y] τῆς βασιλείας [z] ἐπτακαιδεκάτου [a] παρελθόντος ἔτους, Καῖσαρ εἰς Συρίαν ἀφίκετο. καὶ τότε τῶν Γαδαρέων κατοικούντων οἱ πολῖται κατηγόρουν Ηρώδου, βαρὺ αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιτάγμασι καὶ τυραννικὸν εἶναι. ταῦτα δὲ ἀπιτόλμων μάλιστα μὲν ἐγκειμένου καὶ [b] διαβάλλοντος αὐτὸν Ζηνοδώρου, καὶ ὀμνύοντος ὅρκους, ὡς οὐκ ἐγκαταλείψοι μὴ πάντα πρόσω ἀφελέσθαι μὲν τῆς Ηρώδου βασιλείας, προσθήσειν δὲ τῇ διοικήσει τῇ Καίσαρος. τούτοις ἀναπτόντες οἱ [c] Γαδαρηνοὶ [d] ὀ μικρὰν [e] καταβολὴν ἐποιήσαντο, θρασεῖ δὲ μηδὲ τοὺς ὑπ' Αγρίππα δεδομένους ἐν τιμωρίᾳ γενέσθαι, διαφέντος Ηρώδου καὶ μηδὲν κακὸν εἰργασμένου· καὶ γὰρ, εἴ τις ἄλλος, ἐδόκει δυσπαραίτητος μὲν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις, μεγαλόψυχος δὲ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασι συγγνώμων. κατηγορούντων οὖν ὕβρεως καὶ ἁρπαγῆς καὶ καθαιρέσεως ἱερῶν, ὁ μὲν Ηρώδης ἀπηρκολήσεως ἕτοιμος ἦν εἰς τὴν ἀπολογίαν· ἐδείκνυτο δὲ Καῖσαρ αὐτὸν, ὡδὲν ὑπὸ τῆς παραχῆς καὶ πλήθους μεταβαλὼν τὴν εὐνοίαν. καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ, οἱ περὶ τούτων [f] ἐρρήθησαν λόγοι· τῇ δὲ ἐξῆς οὐκέτι [g] προσῆλθε διάγνωσις. οἱ γὰρ Γαδαρεῖς ὁρῶντες τὴν ῥοπὴν αὐτοῦ τε Καίσαρος καὶ τῆς συνεδρίας, καὶ προσδοκήσαντες ὅπερ ἦν εἰκὸς ἐκδοθήσεσθαι τῷ βασιλεῖ, καὶ φόβον αἰκίας οἱ μὲν ἀπέσφαξαν αὐτοὺς ἐν τῇ νυκτὶ, τινὲς δὲ καθ' ὕψους [h] ἀφέεσαν, ἄλλοι δὲ εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπίπτοντες ἑκουσίῳ διεφθείροντο. ταῦτα δὴ ἐδόκει κατάγνωσις εἶναι τοῦ προπετείας καὶ ἁμαρτίας· ἔνθεν δὴ μεληθεὶς ὁ Καῖσαρ ἀπέλυε τῶν αἰτιῶν Ηρώδην. ὑπεσυμπίπτει δὲ καὶ μέτριον εὐτύχημα τοῖς ἤδη γεγονόσιν. [i] ὁ γὰρ Ζηνόδωρος, ῥαγέντος αὐτῷ τοῦ σπλάγχνου, καὶ πολλοῦ καὶ τοῦ ἀσθενείαν ὑποχωροῦντος αἵματος, [k] ἐν Αὐλωνίτιδι τῆς Συρίας ἐκλείπει τὸν βίον. Καίσαρ δὲ καὶ τοῦτο μοῖραν, οὐκ ὀλίγην οὖσαν, Ηρώδῃ δίδωσιν, ἥ μεταξὺ τοῦ [l] Τραχῶνος καὶ τῆς Γαλιλαίας ἦν, [m] Οὐλάθαν καὶ [n] Παναιάδα καὶ τὴν περιέχουσαν χώραν. ἐγκαταμίγνυσι δὲ αὐτὸν καὶ τοῖς ἐπιτροπεύουσι τῆς Συρίας, ἐντελλόμενος μὴ τὰ ἐκείνου γνώμης τὰ πάντα ποιεῖν. τὸ δὲ, τι σμικρὸν εἰς τὸν προσῆλθεν εὐτυχίας, ὥστε δύο τούτων τοῖς Ρωμαίων ἀρχοῖς διεπόντων, τοσοῦδε τὸ μέγεθος ἦσαν, [o] Καίσαρος καὶ μετ' αὐτὸν Αγρίππα, τῇ πρὸς αὐτὸν εὐνοίᾳ, Καίσαρ μὲν ὀλίγα μετ' Αγρίππαν Ηρώδου προετίμησεν, Αγρίππας

rans, eis suæ præfecturæ partem, Auranitidem *scilicet*, vendiderat quinquaginta talentis. Et quoniam pars in eo, quod donaverat Herodi Cæsar, continebatur, tanquam injuste ea privati, cum eo concertabant *Arabes*, & crebras incursiones faciendo, & vim tentare cogitando, nonnunquam etiam jure experiundo. Quin & sibi conciliabant pauperes milites, & Herodi infesti erant, semper sperantes, & novis rebus studentes; quibus maxime gaudent, qui vitam male agunt. Hæc jam pridem intelligens Herodes, tamen non hostiliter agebat, sed eos prudenter leniebat, neque turbis occasionem dare volebat.

Zenodorus præfecturæ suæ partem Arabibus vendit.

Arabes Herodis injuriam sensi.

3. Cum autem jam annum decimum septimum in regno egisset *Herodes*, venit Cæsar in Syriam: ac tum maxima Gadarenorum pars de Herode expostulare cœperunt, imperiosum esse acerbumque & tyrannum dicentes. Eos autem ita audaces faciebat Zenodorus, instigando, & de Herode conquerendo, jurandoque se nunquam deserturum eos, quin Herodis regno adempturum esse & Cæsaris ditioni adjecturum. His adducti Gadareni magnum clamorem *contra eum* sustulerunt, eo freti, quod quos ei vinctos tradiderat Agrippa, pœnas non dedissent, sed ab Herode dimissi, nihilque mali ab eo passi fuissent: etenim, si quis alius, in suos inexorabilis esse existimabatur, cum ex animi magnitudine in peccatis aliis remittendis facilem se præberet. Igitur cum ab illis de vi & rapinis & templorum eversionibus accusaretur, Herodes imperturbatus parabat causam suam defendere: sed Cæsar ei dextram dedit, neque quidquam de sua erga eum voluntate ob multitudinis turbationem immutavit. Ac primo quidem die de hisce rebus actum est; die vero sequenti non perrectum est in cognitione. Nam Gadareni, propensionem tum ipsius Cæsaris tum assessorum videntes, & se regi traditum iri (ut erat verisimile) arbitrantes, cruciatuum metu partim se noctu interfecerunt, partim *ex alto* se præcipitarunt, aliique se in fluvium dejicientes mortem sibimet consciverunt. Ista autem videbantur indicare levitatis culpæque pœnitentiam: itaque Cæsar sine ulla dubitatione Herodem absolvit. Præterea & aliud accidit, quod ei feliciter admodum cessit. Nam Zenodorus, rupto intestino, multoque, cum viribus deficeretur, amisso sanguine, vita decessit Antiochiæ in Syria. Quamobrem & ejus regionem Cæsar Herodi dedit, (quæ erat non parva, inter Trachonem & Galilæam posita) *scilicet* Ulatham & Paniadem, agrumque finitimum. Quin & eum cum Syriæ procuratoribus conjunxit; eisque, ne quid sine Herodis sententia facerent, imperavit. atque, ut rem in pauca conferam, eò felicitatis pervenit, ut, cum Romanum imperium, idque tantæ magnitudinis, duo isti regerent, Cæsar eique proxime Agrippa, ex *singulari* in eum benevolentia, Cæsar quidem neminem secundum Agrippam pluris fecerit quam Herodem, Agrippa vero secundum Cæsarem Herodi primum in amicitia sua locum tribuerit. Itaque

Augustus Cæsar in Syriam venit.

Gadareni Herodem accusant.

Causæ suæ diffisi semetipsos male mulctant.

Zenodori mors.

Cæsaris & Agrippæ in Herodem benevolentia.

Herodes tetrarchiam à Cæsare Pheroræ impetrat.

t Αὐρανίτιν] Supra §. 1. *Gen.* Αὐρανίτιν SPANH.

v Ελπίζοντες ἀεὶ] Ετιλπίζοντες *Busb.* & *Vat.*

x Αὐτοῦ τῆς βασιλείας ἐπτακαιδεκάτου] Anno XVII. Regni Herodis profectio Augusti in Syriam. *Petav. D. Temp.* l. IV. c. 1. vertenda hæc statuit: *Cum jam regni* XVII. *annus Herodi præterisisset.* quod probat Pagius adv. Baron. p. 28. SPANH.

y Τῆς βασιλείας] Τῇ βασιλείᾳ *Hen.*

z Επτακαιδεκάτου] *Sc.* à morte Antigoni. *Usserius* in *Annalibus V. T.* p. 509. Ex quo devicerat Antigonum. *Langius* de *Annis Christi*, l. 2. c. 18. p. 147.

a Παρελθόντος ἔτους,] Προελθόντος *Busb.* προσελθόντος *Hen.*

b Διαβάλλοντος αὐτὸν Ζηνοδώρου,] Καὶ διαβάλλοντος αὐτοῦ *Busb.*

c Γαδαρηνοὶ] Γαδαρεῖς *Hen.* & *Busb.* & in *Epiphanii* versione *Gadarenses.* HUDS. Supra §. 2. Γαδαρέων. SPANH.

d Οὐ μικρὰν] Illud ὀ è *MSS.*

e Καταβολὴν] Sic καταβολὰ sup. lib. 4. c. 3. §. 1. ὁ δὴ πᾶς ὅμιλος φύσει χαίρειν τῇ καταβολᾷ τοῦ οὐ τιλῆ· καταβολὴ *Thucyd. lib.* 1. *p.* 48. SPANH.

f Ερρήθησαν λόγοι·] Εἰρήθησαν *Busb.* rectius εἰρέθησαν *Hen.* & *Lugd. Bat.*

g Προσῆλθε] *L. B.* προσῆλθε.

h Αφέεσαν,] Ηφίεσαν *Hen* & *Busb.*

i Ο γὰρ —— αἵματος,] Vixisse Zenodorum Tetrarcham ad initia Herodis & Philippi Tetrarcharum censet Harduin. de Numm. Herod. p. 25. 26. SPANH.

k Εν —— τὸν βίον.] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

l Τραχῶνος] Verum Trachonitida Zenodoro tribuit infr. lib. 16. c. 9. §. 1. & supr. §. 1. & Dio Cassius lib. LIV. 602. SPANH.

m Οὐλάθαν] Infra lib. 17. c. 2. §. 3. Οὐλαθὰ SPANH. Οὐλάνθαν *Lugd Bat.*

n Παναιάδα] Παναιάδα *Eusebio Aliisque.* HUDS. Vel Παναιάδα· SPANH.

o Καίσαρος —— Καίσαρα] Idem ἀλωτ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

p Πρὸ-

que pro ea quæ ſibi ex *gratia* nata eſt fiducia, à Cæſare * tetrarchiam petiit fratri ſuo Pheroræ, atque ipſe ei centum talentorum reditum de ſuo regno dedit, ut ſi forte moreretur *Herodes*, eſſet in tuto Pheroræ res, nec ea potirentur Herodis filii. Poſtquam autem Cæſarem ad mare comitatus rediit, pulcherrimum ei templum exſtruxit, ex candido ſaxo, in Zenodori terra, prope eum locum quod Panium appellatur. Specus eſt pulchra admodum in monte, eique ſubjectus eſt terræ hiatus & vorago prærupta immenſæ altitudinis, ſtagnantis aquæ plena: ſupra autem mons ingens imminet, & infra ſpecum oriuntur fontes Jordanis fluminis. Hunc locum, utpote maximæ celebritatis, templo inſuper exornavit *Herodes*, quod Cæſari ſacrum eſſe voluit.

Jordanis ortus.

4. Tunc etiam ſui regni hominibus tertiam vectigalium partem remiſit, prætextu quidem ut ſemet poſt *terræ* ſterilitatem recrearent reficerentque: ſed id magis faciebat, ut ab illis ſibimet infenſis gratiam iniret. Nam ejuſmodi opera quibus adeo ſtuduerit, quaſi ex iis tolleretur religio & mores dilaberentur, ægre ferebant. atque in ore erat omni populo, quippe ſemper irritato & perturbato. Huic autem rei occurrebat ille diligenter, eis occaſiones adimendo, & perpetuos labores injungendo, ut jam civibus coire, ſimulve ambulare aut vivere non liceret, obſervantibus omnia cuſtodibus: atque ſi quis deprehenſus eſſet, in eum acerbe animadvertebatur; multique, tum palam tum ſecreto, in Hyrcaniam caſtellum adducti, illic interficiebantur. erantque certi, tum in urbe tum in viis, homines, qui obſervarent ſi qui convenirent. Quin ipſum quoque ajunt, ne hanc quidem partem neglexiſſe: ac ſæpe veſtitu privati hominis ſeſe noctu turbis immiſcuiſſe, ut experiretur & reſciſceret quid de principatu *illius* ſentirent. Quod ſi qui obſtinate in mores conſentire recuſarent, eos modis omnibus perſequebatur: reliquos vero ad fidem jurejurando perducendos cenſebat, atque ipſos compulit ut ſacramento ſe aſtringerent fidelitatem ei in imperio conſervaturos eſſe. Multi itaque, tum ut eum colerent, tum etiam quod metuerent, iis quæ poſtulabat conſenſerunt: qui vero faſtidioſe ſtomachabantur, & ſeſe cogi non ſuſtinebant, eos quavis ratione è medio tollebat. Volebat etiam Pollionem Phariſæum & Sameam, & complures eorum qui illos frequentabant, ad jurandum cogere: ſed illi in eam rem non conſenſerunt; neque tamen, ut cæteri qui juramentum detrectarunt, pœnas luerunt, illo eorum rationem habente propter Pollionem. Ab hac eadem neceſſitate ex-

Herodes Judæos indies majore ſervitute premit.

Pollio & Sameas Phariſæi.

Eſſæi Pythagoricis ſimiles.

ἢ μὴ Καίσαρα [p] πρῶτον ἀποδίδω φιλίας τόπον Ηρώδῃ. τοιαύτης ἢ ἐχόμενος παῤῥησίας, τῷ μὲν ἀδελφῷ [q] Φερώρᾳ ἅτε δὴ Καίσαρος ἠτήσατο τετραρχίαν, αὐτὸς δὲ πεντήκοντα τάλαντα τῶν βασιλείας τεσσάρων ἑκατὸν ταλάντων, ὡς, [r] εἰ καί τι πάθοι, τὰ κατ' ἐκεῖνον ἀσφαλῶς ἔχῃ, καὶ μὴ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ κρατεῖν. Καίσαρα δ' ἐπὶ θαλάττης πεσπέμψας, ὡς ἐπανῆκεν, ἐν τῇ Ζηνοδώρου τετρακαλλέστατον αὐτῷ ναὸν ἐγείρει πέτρας λευκῆς, [s] πλησίον δὲ [t] Πανίου καλουμένου. [v] ἄντρον ἐν ὄρει τετρακαλές ἐστιν, ὑπ' αὐτῷ δὲ γῆς ὀλίσθημα, καὶ βάθος ἀπέῤῥωγὲς [x] ἄφατον, ὕδατος ἀκινήτου πλέον· καθύπερθεν δ' ὄρος παμμέγεθες, ὑπὸ δὲ τὸ ἄντρον ἀναπίλνσιν [y] αἱ πηγαὶ τοῦ Ιορδάνου ποταμοῦ. τοῦτον ἐπισημότατον ὄντα τοῦ τόπον, καὶ τῷ ναῷ τεθοτεκόσμησεν, ὃν ἀφιέρωσε Καίσαρι.

δ'. Τότε δὲ τὸ τρίτον μέρος ἀφῆκε τῶν Φόρων τοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ, τεθφασιν μὲν ὡς ἀναλάβοιεν ἐκ τῆς ἀφορίας, τὸ δὲ πλέον ἀνακλώμενος ἔχοντας δυσμενῶς. καὶ γὰρ τοῦτο ἐξεργασίαν τούτων ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἂν λυομένης αὐτοῖς τῆς εὐσεβείας, καὶ μεταπιπλόντων τὰ ἔθη, χαλεπῶς ἔφερον. [z] καὶ λόγος ἦν πᾶσιν ἐγγίνεσθαι παροξυνομένων ἀεὶ καὶ περαιτέρω τομένων. ὁ δὲ δὴ πρὸς τοῦτο πολλὴν ἐπιμέλειαν ἐπῆγε, ἀφαιρούμενος μὲν τὰς εὐκαιρίας, ἐπιτάττων δὲ ἀεὶ γίνεσθαι πρὸς τοῖς πόνοις, [a] ὥστ' ἐξ ἔτους ἐφιεμένη τοῖς περὶ τοῦ πόλιν, ἔστε κοινωνία τε πάτου καὶ διαίτης, ἀλλ' ἐπιτήρησις πάντα. καὶ χαλεπὴ τῶν φωραθέντων ἦσαν αἱ κολάσεις· πολλοί τε καὶ φανερῶς [b] καὶ λεληθότως εἰς τὸ Φρούριον ἀναγόμενοι, τοῦ [c] Υρκανίαν, ἐκεῖ διεφθείροντο. καὶν τῇ πόλει, καὶν τῇ ὁδοιπορίαις ἦσαν οἱ τὰς συνιόντας εἰς ταὐτὸν ἐπισκοποῦντες. ἤδη δέ φασιν αὐτὸν ἀμελεῖν τούτου μέρους, ἀλλὰ πολλάκις ἰδιώτου σχῆμα λαμβάνοντα καταμίγνυσθαι νύκτωρ εἰς τοὺς ὄχλους, καὶ πεῖραν αὐτῶν λαμβάνειν [d] ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς. τοὺς μὲν οὖν πανταπάσιν [e] ἐξανθαδιαζομένους, πρὸς τὸ μὴ [f] συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἐπιτηδεύμασι, πάντας ἐπέσχε τοὺς τρόπους· τὸ δ' ἄλλο πολὺ ὅρκοις ἦξίου πρὸς τοῦ πίστιν ὑπάρχειν. καὶ [g] συνηνάγκασεν αὐτῷ ἐνώμοτον τοῦ εὔνοιαν ἢ μᾶλλον [h] ἀσφαλίζειν ἐπὶ τοῦ ἀρχῆ ὁμολογεῖν. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, καὶ θεραπείαν καὶ δέος, εἶκον οἷς ἠξίου· τοὺς δὲ φρονήματος μεταποιουμένους καὶ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ καταναγκάζεσθαι, παντὶ τρόπῳ σκοπὸν ἐποιεῖτο. [i] συνίστησι δὲ καὶ [k] τοὺς περὶ Πολλίωνα τὸν Φαρισαῖον καὶ [l] Σαμαίαν, καὶ τῶν ἐκείνοις συνδιατριβόντων τοὺς πλείστους ὀμνύειν· οἱ δ' ἐπὶ συνεχώρησαν, ἐφ' ὁμοίοις τοῖς δεηθεῖσιν ἐκολάσθησαν, ἐντροπῆς μὲν τὸν Πολλίωνα τυχόντες. [m] ἀφείθησαν δὲ τούτης τῆς ἀνάγκης καὶ οἱ παρ' [n] ἡμῶν [o] Ες-

[p] Πρῶτον ——— Ηρώδῃ.] Illa πρῶτον ἀποδίδω φιλίας τόπον Ηρώδῃ accepta debemus *Codd. Hen. Lugd. Bat.* & *Busb.* ὧν μὲν Καίσαρος ἐφιλεῖτο μετ' Αγρίππαν, ὧν' Αγρίππα δὲ μὴ Καίσαρος, lib. 1. *de Bello Jud.*

* *Tetrarchiam petiit fratri ſuo Pherora*,] *Id eſt*, unam de quatuor regionis partibus.

[q] Φερώρᾳ ——— τετραρχίαν,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 24. §. 5. SPANH.

[r] Εἰ καί τι πάθοι,] Sic *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* εἰκέτι in *Editis Aliisque.*

[s] Πλησίον δὲ Πανίου καλουμένου.] Conf. ſup. lib. VIII. c. 8. §. 4. Πάνειον montem extitiſſe negat, ſed factum Harduin. de Num. Herod. p. 30. Verum mons etiam dicitur infr. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 21. §. 3. SPANH.

[t] Πανίου] Ita in libris omnibus *Joſephi*, tum *Editis* tum *MSS.* & Πάνιον *ἀπηλιῶτον* Παλαιστίνης *Stephano Byzant.* Juxta *Euſebium* tamen (in *Hiſt. Eccl.* l. 7. c. 17.) & *M. Aurelii* nummum Mediceum Πάνειον ſcribendum. Videſis *Scalig.* in *Euſeb.* p. 157. *Salmaſium* in *Exercitationibus* ad *Solinum* cap. 35. *Noriſium* de *Epocha Syro-Maced.* Diſſ. IV. *Spanhemium* de *Præſt. Num.* Diſſ. IX, *Baſnagium* in *Annalibus*, tom. 1. p. 35. & *Relandum* in *Palæſtina S.* p. 918.

[v] Σπήλαιον] Πανίου ἄλσος meminerunt *Euſeb.* & *Philoſtorgius.* nomen tamen hoc nunquam monti tribuit *Joſephus*, nec alii Veterum quod ſciam ulli præter iſtos. Nec eſt quod quis nummum objiciat, qui habet, KAIC. CEB. IEP. KAI ACY. ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ. cum illa ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ poſſint æque referri ad ſpecum ac ad montem; cui nomen *Chermon*, ut oſtendit *Relandus* in *Palæſtina S.* p. 324.

[x] Ἄφατον] Ἄπατον *Hen.* & *Epiphanius*, ut puto.

[y] Αἱ πηγαὶ τοῦ Ιορδάνου ποταμοῦ.] Vide *Noldium* p. 274. & *Reland.* in P. S. 922. HUDS. in *Add.* Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 21. §. 3. SPANH.

[z] Καὶ λόγος ἦν πᾶσιν ἐγίνετο] Καὶ λόγοι ἦν πᾶσιν ἐγίνοντο *Hen.* & *Vat.*

[a] Ηὖ ἦν ——— ἀναγόμενοι,] Idem Zonaras p. 242. SPANH.

[b] Καὶ λεληθότως] Ita *MSS. Gen. pr. Cocceius* &.

[c] Υρκανίαν] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 8. §. 2. SPANH.

[d] Ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς λαμβάνειν.] Ita *Busb. Hen.* & *Epiphan.* (ἐπὶ *Lugd. Bat.* at *Cocceius* conjicit pro οἱ reponendum forte eſſe ἔνιοι) οἱ ἐπὶ in *Editis Aliisque.*

[e] Εξανθαλίζομένους,] In *Editis* ἐξανθαδιαζομένους, proculdubio pro (ut & corrigit *Cocceius*) ἐξανθαδιαζομένους. verum ἐξανθαδιζομένους habent *Busb.* & *Hen.*

[f] Συμπεριφέρεσθαι] Ita *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* συμπαραφύεσθαι in *Editis Aliisque.*

[g] Συνωμόσατεν αὐτῷ] Συνωμόσαζεν *Vat.*

[h] Επὶ τοῦ ἀρχῆ ὁμολογεῖν.] Επὶ τῆς ἀρχῆς *Hen. Lugd. Bat.* & *Busb.*

[i] Συνίστησι δὲ] Ita *MSS.* & *Zonar.* συνιστᾷ perperam in *Editis.*

[k] Τοὺς ——— Σαμαίαν,] Conf. ſup. lib. 14. c. 9. §. 4. & ſupr. hoc eod. cap. 1. SPANH.

[l] Σαμαίαν,] Σαμαίαν *Busb.* & *Hen.* ſicuti lib. 1. c. 1. §. 1. Videſis *Caſaubonum* contra *Baronium* p. 56. *Edit. Lond.* & *J. H. Othonem* in *Hiſtoria Doctorum Miſnicorum.*

[m] Αφείθησαν δὲ ταύτης] Ita in *MSS.* ἀφίθησαν in *Editis.*

[n] Ημῶν] *Gen.* ὑμῶν.

[o] Ες-

σεῖοι καλούμενοι. γλῶ ἢ τοῦτ' ἐστὶ Δημήτη χρώμενον τῇ παρ' Ελλησιν ὑπὸ Πυθαγόρου καταδεδειγμένῃ. περὶ τούτων μὲν οὖν ἐν ἄλλοις σαφέστερον διέξειμι. τοὺς δὲ Εσσηνοὺς ἀφ' οἵας αἰτίας ἐπῖμα, μεῖζόν τι φρονῶν ἐπ' αὐτοῖς ἢ κατὰ τὴν θνητὴν φύσιν, εἰπεῖν ἄξιον. οὐ γὰ ἀπρεπὴς ὁ λόγ@ φανεῖται τῷ τῆς ἱστορίας γνῆ, σαφηνιζόντων καὶ τῶν ὑπὲρ τούτων ὑπολήψιν.

ε'. Ην τις [p] τῶν Εσσηνῶν [q] Μανάημ@ ὄνομα, καὶ τἄλλα κατὰ τὴν σωφρόνησιν ζ βίᾳ κεκοσμημένος [r] μαρτυρόμεν@, καὶ [s] σεφύγωσιν ὑπ θεῦ τῶν μελλόντων ἔχων. ὅτ@ ἔτι παῖδα τὸν Ηρώδην εἰς διδασκάλου φοιτῶντα κατιδὼν, βασιλέα Ιουδαίων σεσημήνυσεν. ὁ δ' ἀγνοεῖν ἢ καταφρονεύεσθαι νομίζων αὐτὸν, ἀνεμίμνησεν ἰδιώτης ὤν. Μανάημ@ δ', μειδιάσας ἠρέμα καὶ τύπτων τῇ χειρὶ [t] κατὰ τὸν γλουτὸν, "ἀλλά τοι καὶ "βασιλεύσεις, ἔφη, καὶ τὴν ἀρχὴν εὐδαιμόνως [v] ἀπάρ- "ξεις, [x] ἠξίωσαι γὰ ὑπ θεοῦ, καὶ μέμνησο τῶν Μα- "ναήμου πληγῶν, ὥστε καὶ τοῦτό σοι σύμβολον εἶναι τῶν "κατὰ τὴν τύχην μεταπλάσεων. ἄρις@ γὰ ὁ τοιοῦ- "τ@ λογισμὸς, [y] εἰ καὶ δικαιοσύνην ἀγαπήσας, καὶ "σεβὴς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν, φιλοικειάν τε σὺς τοὺς "πολίτας· ἀλλ' ἃ γὰ οἶδά σε τοιοῦτον ἐσόμενον, τὸ πᾶν "φιλοτιμούμεν@. [z] εὐτυχίᾳ μὲν γὰ ὅσον οὐκ ἄλλ@ δι- "δοίσεις, καὶ πεύξῃ δόξης αἰωνίου, λήθην δ' εὐσεβείας "ἔξεις καὶ τοῦ δικαίου. ταῦτα δ' οὐκ ἂν λάθοι [a] τὸ "θεῖον ὑπὸ καθαιρομένῃ τοῦ βίου, [b] τῆς ἀντ' αὐτῶν ὀρ- [c] γῆς [c] ὑπομνημονευομένης." τούτοις αὐτίκα μὲν ἤνιστα τὸν νοῦν σεσεῖχεν, ἐλπίδι λειπόμεν@ αὐτῶν, Ηρώδης. κατὰ μικρὸν δ' ἐρθεὶς, ἕως καὶ τοῦ βασιλεύειν καὶ εὐτυχεῖν, ἐν τῷ μεγέθει τ ἀρχῆς [d] μεταπέμπει τ Μανάημον, καὶ σὺν τοῦ χρόνου πόσον ἄρξει, [e] ἐπυνθάνετο. Μανάημ@ δ', τὸ μὲν σύμπαν οὐκ εἶπεν. ὡς δ' σιωπῶντ@ αὐτοῦ, μόνον εἰ δέκα γνήσονται τ βασιλείας ἐνιαυτοὶ σεσεπύθετο· καὶ εἴκοσι καὶ τριάκοντα εἰπὼν, ὅρον οὐκ ἐπέθηκε τῷ πλῆ τ σωφρονισμίας. Ηρώδης δ' ἀ τούτοις ἀρκεσθεὶς, τόν τε Μανάημον ἀφῆκε δεξιωσάμεν@, καὶ [f] πάντας ἀπ' ἐκείνου τοὺς Εσσηνοὺς τιμῶν διετέλ. ταῦτα μὲν οὖν, εἰ Ϲ σοφὸν δόξα, δηλώσομεν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἠξιώσαμεν, καὶ περὶ τ παρ' ἡμῖν ἐμφῆναι, διότι πολλοὶ [g] διὰ τοιούτων ὑπὸ καλοκαγαθίας καὶ τ τῶν θείων ἐμπειρίας ἀξιοῦνται.

cepti fuerunt etiam qui Eſſæi appellantur. iſti autem ſunt genus hominum qui ſimili vitæ inſtituto utuntur ac Græcorum Pythagoræi. Et quidem de illis planius & apertius alibi verba feci. De Eſſenis vero, quamobrem magis iis tribuit quam mortalis fert natura, jam dicere convenit. non enim ab hiſtorica narratione alienus videbitur hujuſmodi ſermo; præſertim cum oſtendat, quam de iſtis opinionem homines habuerint.

ſ. Erat Eſſenorum quidam nomine Manahemus, præter alia in vitæ inſtituto ob morum honeſtatem bene audiens, & qui futura divino inſtinctu prævideret. Hic conſpicatus aliquando Herodem, puerum adhuc, in ludum literarium commeantem, dixit regem fore Judæorum. Et Herodes, illum aut ſui notitiam non habere aut jocari arbitratus, ſubmonuit *eum*, ſe privatum eſſe. At Manahemus, leniter ſubridens, & ei nates manu feriens, "Atqui & regnabis, inquit, & imperium "(à Deo quippe dignus habitus) feliciter auſpi- "caberis: & memento ictuum Manahemi, ut hoc "tibi ſit indicium mutationum fortunæ. Optima "enim erit hujuſmodi cogitatio, ſi juſtitiam & "pietatem erga Deum amaveris, & erga cives cle- "mentiam: verum ego, totius rei gnarus, ſcio te "non talem futurum. Vitam enim fortunatam tu "quidem, ſi quiſquam alius, ages, & laudem tibi "paries æternam, ſed pietatis & juſtitiæ oblivio- "nem capies. Hæc autem Deum ſane non late- "bunt, dum ſub vitæ tuæ finem de te pœnas ob "iſta ſumet." His verbis mentem protinus minime adhibuit Herodes, quod ejus rei ſpem nullam haberet. ſed poſtquam paulatim ad regnum, & quidem fortunatum, evectus eſt, in ipſo imperii vigore Manahemum accerſit, & ex eo quamdiu regnaturus eſſet quærebat. Manahemus vero omnino quidem nihil dicit: ſed eo tacente quærebat Herodes duntaxat, an decem annorum futurum eſſet regnum: ad quod ille reſpondit, etiam viginta aut etiam triginta, & vitæ nullum certum finem præſtituit. Herodes vero etiam hiſce contentus, & Manahemum dextra ei data dimiſit, ac deinceps Eſſenos omnes habuit in honore. Atque hæc quidem, licet fidem pene ſuperant, nobis tamen viſum eſt lectoribus indicare, & de noſtris id palam facere, quod multi illorum in hujuſmodi rebus propter vitæ honeſtatem honorati erant rerum divinarum peritia.

Manahemus Eſſenus, vates.

Quare Eſſenos in honore habuit Herodes.

ΚΕΦ. ια'.

Ως Ηρώδης τὸ ναὸν μετεσκεύασε, καὶ πρὸς ὕψ@ ἄρας μεῖζον Ϲ ἀξιοπρεπέστερον ἐξετέλεσε· καὶ περὶ τ βάρεως, ἣν Αντωνίαν ἐκάλεσεν.

CAP. XI.

Quomodo Herodes templum in aliam formam mutavit, atque altius & magnificentius exſtruxit: deque turri, quam Antoniam vocavit.

XIV.

Τοτε [h] γοῦν [i] ὀκτωκαιδεκάτῳ τ Ηρώδου βασιλείας [k] γενομέν@ ἐνιαυτῷ, μετὰ τὰς σεσημασμένας πράξεις,

Tunc igitur decimo octavo regni Herodis anno, poſt ea facta quæ ſuperius dicta ſunt, arduum

o Εσσαίοις καλεμένοις.] Εσσηνοὶ, qui Εσσαῖοι, Εσσαῖ@ apud Zonaram p. 243. A. B. conf. infr. lib. 18. c. 1. §. 5. & ἀλλοτ. lib. 2. c. 8. §. 2. item ſupr. lib. 13. c. 10. §. 8. Porphyr. de Abſtin. lib. IV. c. XI. XII. Euſeb. Præp. lib. IX. c. 11. Item *Philo* libro Quod omnis ſtudioſus liber. SPANH.

p Τῶν Εσσηνῶν] Conf. ſupr §. 4. SPANH.

q Μανάημ@ ὄνομα,] Hunc illum Manahemum eſſe ajunt, cujus meminit Autor *Juchaſin*, tanquam collegæ ipſius *Hillelis*, antequam ei acceſſerat *Schamajas*. Vide *Juchaſin*, fol. 19.

r Μαρτυρόμεν@,] Μαρτυρούμεν@ *Busb.* & *Vat.* Vide *Pricæum* ad *Act.* c 6. v. 3.

s Προγνωσιν ὑπ Θεοῦ τ μελλόντων ἔχων.] Conf. ἀλλοτ. lib. 1. c. 3. §. 5. & lib. 2. c. 8. §. 12. SPANH.

t Κατὰ τ γλουτὸν,] Κατὰ τῶ γλουτῶν *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.*

v Απάρξεις,] Απάξεις *Busb. Lugd. Bat.* & *Vat.*

x Ηξίωται γὰ ὑπ Θεοῦ.] Sic è *MSS.* ἀξίωσαι in *Editis*

y Εἰ καὶ δικαιοσύνην] Voculam καὶ ex *L. B.* additam eſſe volui. HAV.

z Εὐτυχίᾳ μὲ γὰ δ'] Εὐτυχίας *Busb.* & *Hen.*

a Τὸ θεῖον ὑπὸ καθαιρομένῃ τοῦ βίου] Τὸν Θεὸν ὑπὸ τῆ καθ. *Busb.* & *Hen.*

b Τῆς ἀντ' αὐτῶν ὀργῆς] Vers. *de te pœnas ob iſta ſumet*, potius *pœnæ ob iſta te manebunt*. vel totàm periodum ſic verterem. *Hæc autem Deum non latere, pœnæ ab iſta ſub vitæ finem in te immiſſæ monebunt.* Dele itaque comma poſt βίου. IBBETS.

c Υπομνημονευομένης.] Απομνημονευομένης *Busb.* & *Hen.*

d Μεταπέμπει τ Μανάημον,] Μεταπέμπει Ϳ *Busb. Hen.* & *Vat.* μεταπαλῶ *Zonar.*

e Επυνθάνετο.] Διεπυνθάνετο *Hen* & *Vat.*

f Πάντας —— διετέλ.] De Eſſenis & eorum inſtitutis vid. infr. lib. 18. c. 1. §. 5. & ἀλλοτ. lib. 2. c. 8. §. 2. SPANH.

g Διὰ] Abundat. COCC.

h Γοῦν] *L. B.* δ' οὖν.

i Οκτωκαιδεκάτῳ] *Sc.* poſtquam Herodes regnum adierat, captis Hieroſolymis, ut dicit *Caſaub.* quem videſis in *Exercit.* XIII. contra *Baronium*, n. 22. & *Lud. Cappellum* in *Spicilegio* ad *Joan.* c. 3. v. 20. HUDS. Malè ιϛ in Ed. Gr. vid. Petav. Doct. Temp. P. 11. p 221. ἀλλοτ. lib. 1. c. 21. §. 1. anno πεντεκαιδεκάτῳ Herodis inſtauratum Templum dicitur. *Zonaras* autem p. 243. C. ὀκτωκαιδεκάτῳ ſeu A. Regni XVIII. id factum dicit. SPANH.

k Γενομέν@ ἐνιαυτῷ,] Non de ineunte ſed adulto jam Hero-

De templo Hierosolymitano instaurando cogitat Herodes.

duum opus aggressus est, *scilicet* ut Dei templum sua opera ædificatum iret, eique ampliorem ambitum daret, & in altitudinem magnificentissimam erigeret; cogitans fore id omnibus quæ unquam fecisset præclarius, sicuti erat, si illud perficere ei contigerit, atque futurum ad sempiternam *sui* memoriam. Verum cum populum *ad hoc* minus paratum esse intelligeret, neque facilem habiturum esse ad rem tantæ magnitudinis aggrediendam, in animum induxit prius eos oratione præparare, ac deinde toti operi manum admovere; cumque illos convocasset, verba fecit in hunc modum. "De

Herodis concio ad populum.

"aliis quidem ex quo regnare cœpi à me factis, "viri populares, nihil necesse mihi dicere arbitror, "quanquam ita comparata fuerint, ut vobis plus "securitatis quam mihimet ornamenti attulerint. "Nam cum in rebus difficillimis neque ea negle-"xerim quæ ad vestras necessitates levandas face-"rent, neque in iis quæ ædificavi studuerim ut i-"pse magis quam vos omnes ab injuriis sarti tecti "essetis, mihimet persuadeo quod Dei voluntate "Judæorum gentem ad eam, quam nunquam antea "habuerunt, felicitatem perduxerim. Cæterum, "*ut dixi*, sigillatim omnia, quæ per provinciam "perfecimus, quotque urbes in ea & regione ei "contributa excitando genus vestrum maximis or-"namentis auximus, vobis commemorare, qui ea "probe nostis, supervacaneum mihi videtur. Quod "autem in præsentia mihi in animo est aggredi, "id omnium pientissimum, vobisque pulcherri-"mum fore nunc *paucis* ostendam. Fuit quidem "templum hoc summo Deo à parentibus nostris "ædificatum, cum à Babylone revertissent. Ve-"rum ei ad altitudinem desunt cubiti sexaginta:

Solomonis templi altitudo.

"tanto enim altius erat primum illud à Solomo-"ne constructum. nemo tamen negligenttiam pie-"tatis nostrorum parentum accuset. nam per illos non stetit, quo minus hoc magnitudine prius adæ-"quaret: sed Cyrus & Darius Hystaspis filius hunc "ædificii modum præscripserunt; quibus illi sub-"jecti, eorumque filiis, & post illos Macedonibus, "facultatem non habuerunt * primum *hoc* pieta-"tis *illorum* exemplar ad eandem magnitudinem "perducendi. Quoniam vero nunc ego quidem "Dei beneficio regnum adeptus sum, & longa pa-"ce fruor, & divitiis affluo, & magnis reditibus "abundo: quodque maximum est, cum Romanis, "omnium (ut ita loquar) dominis, in amicitia sum "& gratia, operam dabo, ut, id quod necessitate "& superiorum temporum servitute omissum est "resarciendo, perfectam Deo, pro illius in me be-"neficiis, hujusce regni pietatem reddam.

Populus mœstus & solicitus, ne Herodes opus nimis arduum & impeditum aggrederetur.

2. Et quidem Herodes hæc verba habuit: multi vero sermone ejus attoniti sunt, quod præter opinionem accidebat: &, quia incredibile minime-

